Sarmient. in suo libello de reddit. ecclesiast. par. 3. cap. 2. n. 12. decif. 51. n. 77. f. 206.  
Surdi decisio 202. explicatur decif. 34. n. 5. f. 143.  
Domini Theodori in allegat. 43. decif. 7. n. 26. f. 27.  
Thesauri quæst. forens. lib. 1. quæst. 17. decif. 52. n. 7. f. 211.

## F. I N I S.





SELECTARVM IVRIS  
**CONCLVSIONVM**  
 IN SACRO REGIO  
 SARDINIENSI PRÆTORIO  
 Digestarum, & Decisarum,  
 CENTVRIA.



ARGVMENTVM.

Per pollicitationem absenti donationem inter viuos nullatenus perfici, sed ad sui validitatem, quod fiat per epistolam, vel per nūcium specialiter destinatum, exigere.

S V M M A R I V M.

- 1 *Donationem inter viuos per solius donantis consensum, nullatenus perfici, cum veriori, & receptioni sententia demonstratur, & deciditur, aduersus Anton. Fabr. & alios, de quibus n. 2.*
- 2 *Antonij Fabri, & aliorum interpretatio ad l. si quis argentum, §. finali, C. de donat. & ad §. aliæ Inst. ecd. proponitur, sed reÿcitur in sequen-*

tibus à num. 4.

- 3 *Consensus donantis, & donatarij est donationis esse prædicatum.*
- 4 *Iuribus ab Ant. Fabr. adductis contrarium sentiente non incongruè satisfit.*
- 5 *Dotis promissionem per simplicem pollicitationem validam esse, subfinetur.*
- 6 *Correctio in iure non præsumitur, nisi exprimatur.*
- 7 *L. si quis argentum. §. fin. C. de donat. quid de nouo inducerit, demonstratur.*
- 8 *Verba prefata l. si quis argentum declarantur.*
- 9 *Obligatio non oritur ex sola alicuius cogitatione.*
- 10 *Manifestatio, que fit in obligationibus, quæ solo consensu contrahuntur, illius ad quem tendit, consensum exigit.*
- 11 *Venditionis ad exemplum donationem perfici, demonstratur.*
- 12 *Conclusio limitatur pia causa fauore, remissione.*

## DECISIO PRIMA.

**A**bsenti inter viuos donari posse per epistolam, vel nuncium ad id specialiter destinatum; secus autem per similitudinem pollicitationem. *Conclusum*, & *decisum* fuit die 22. Mensis Decembris anni 1637. me referente, in causa inter Oeconomum, & Procuratore Collegij tunc Societatis Iesu Ciuitatis Bosae, & heredes Reuerendissimi q. D. Melchioris Pirella Episcopi Vsellensis. *Actuario* Ioa. Antonio Serracarta. Per iura expressa in l. absentiff de don. & in l. nec ambigi. C. eod. ibiq; Doctores, & alibi passim conclusionem firmant; & cum communi, & recepta opinione probat *Iul. Clar. recept. sent. lib. 4. S. donatio. quæst. 12.* vbi Addentes citant alios, inter quos videndus Hartham. *Pistor. quæst. iur. lib. 1. quæst. 13.* à num. 1. vbi Filius in additione plures alios cumulat, & comprobant cum multis *P. Thom. Sanch. de matrimon. lib. 1. disput. 6.* à num. 2. *Cardin. Manticade tacit.* & ambig. conuent. lib. 13. tit. 7. à num. 1. tom. 2. & *Iacob. Cancer. variar. resolut. par. 1. cap. 8.* à num. 36. aliis consulto omissis.

Quamvis enim oppositum verius 2 contendat ex iure nouissimo per l. si quis argentum. *S. si C. eod. de donation. & per S. alie, Inst. eod. tit. Anton. Faber de error. pragmatis. tom. 2. decad. 44. error. 2. num. 19. & 21. & error. 4. n. 7. multisq; aliis in locis, & præcipue decad. 47. error. 1. per totum. vbi ait, errore captos fuisse Doctores, qui ex dictis iuribus nuper citatis adhuc necessariam esse donatarii acceptationem, & veriusque tam donantis, quam donatarii consensum concurre; atq; ita nudum pactum intervenire debere ad validitatem, & perfectionem donationis, crediderunt; iuribus, & rationibus per eum relatis, ex quibus cum eo transit *Ioann. Cas. Still. Sotomaior. quotid. controvers. to-**

*mo. 4. cap. 37. à num. 41.* & expresse sequitur Dominus Regens Don Francisc. Merlin. *controvers. forens. cap. 59.* à num. 19. antè eos autem constat, idem voluntate, tametsi non ita clarè per eadē iura à *Fabro* citata, *Ioann. Vincent. Hondon. conf. 37. num. 13.* & 44. vol. 1. post *Christoph. Porium*, & *Franc. Marcum*, quos citat, affirmans, donationem perfici solo consensu, nuda voluntate donantis: Sed latius post *Marcum*, & *Hondon.* per eademmet iura *Steph. Gratia. discept. forens. cap. 531. num. 43. tom. 3.* dixit, ad perfectionem donationis non requiri acceptancem donatarij, cum respectu donantis, statim ac donat, solo eius consensu, & nuda voluntate, siue signis, siue outu perficiatur donatio. Et nouissime etiam donationem per pollicitationem ex d. l. si quis, *S. fin. validam esse*, & contradicuum nominatum inductum censeri, tradit *Don Mar. Cutell. de donation. tract. 1. discurs. 1. num. 22. cum seq. expressius* antè omnes firmauit quoq; *Fortu. Garzia ad l. iurisgentium. num. 25. ff. de paet.*

Nihilominus tamen non est receundum à nostra conclusione, quæ sicuti receptissima, ita quoq; verissima est; propterea quod ex eodem iure nouissimo ad validitatem, & perfectionem donationis necessarium esse utriusq; tam donantis, quam donatarii consensum, & quod illa fiat saltim nudo pacto constans sit nostra sententia, ut agnoscit idem *Faber d. error. 1. in principio*, & comprobant citati pro conclusione, & signanter *Iul. Clar. vbi supra quæst. 14. numer. 1.* vbi Addentes citant plures alios, & voluerunt *Rimin. Jun. ad rub. Institut. de donation. nu. 153. Alex. Trentacing. variar. resolut. lib. 3. tit. de donationib. resolut. 1. num. 18. Petr. Gregor. Tholos in Syntagma. iur. vniuers. par. 3. lib. 28. cap. 13. à num. 1. Iacob. Gall. conf. 108. num. 8.* & multos alios citans *Camill. Borrelli. in sua summa decis. totius ur-*

bis.

*bis. tom. 3. tit. 10. de donation. num. 30.  
cum seq.*

4 Pro satisfactione autem iurium, & rationum Anton. Faber. prætermisis his, quæ pro intellectu d. l. si quis, s. fin. docuit Ferdinand. de Mendoça disput. *Iur. Ciuit. lib. 3. cap. 9. quest. 5. à n. 19.* notandum est, in hoc S. & in d. S. aliae nullam fieri mentionem de pollicitatione, ut ex eisdem resulterat, nec iniuitus facetur. *Faber d. error. 2. num. 19.* licet ibi asserat, *Iustinianum eo loco pacti nudi nullatenus meminisse*, referuata tamen inferius responsione ad istud ultimum ex hac ipsa pollicitationis omissione, non obscurè deuincitur, *Iustiniani mentem in dictis iuribus non eam fuisse*, ut per pollicitationem donationem fieri posse, statueret; nam si sola voluntatis declaratio, quam pro validitate donationis ille induxit, nihil aliud esset, quam pollicitatio, ut in locis ex Fabro relatis ipse facetur, & signanter d. error. 4. num. 7. & error. 1. n. 6. quare illam pollicitationem *Iustinianus non appellasset*, nullam de hoc Faber rationem reddit, quia nec reddere potuit; pugnat cum eo dispositio *L. si idem. de codicil.*

Præcipue, quia si verū esset, quod ille hic, & in locis nupèr relatis constantē affirmat, *Iustinianum prefata iura constituisse exemplo eius*, quod à *Theodosio* iam olim constitutū fuerat de pollicitatione dictis in *l. ad exactionem. C. de dot. promiss. quemadmodum* hic sit expressa mentio de pollicitatione, ita similitudinata à *Iustinia* non fuisse; ac proinde cùm nō fecerit, aliam in constitutione dictorum iuriū mentem, & intentionem habuisse, non incongruē dicendum est.

Multoque magis cùm sic per pollicitationem ex sententia Fabri inouarentur nedum duæ iura illa antiqua à capite pro conclusione citata; sed etiam alia plura, & præcipue *l. in omnibus. ff. de action. & obligat. per quanto expresse in donatione consen-*

sum utriusque tām donantis, quam donatarij concurrere debere, disponitur: De iure autem quidquid speciali lege non videtur expressum, id, veterum legum, constitutionū quæ regulis relictum, intelligi, clare patet ex *l. precipimus in fin. C. de appellat.*

Accedat insuper, quod ex verbis expressis in d. S. fin. d. l. si quis evidenter colligitur, atq; deprehenditur, *Iustinianum ibi, ea dumtaxat iura innovare voluisse*, quæ ad validitatē 7 donationis, traditionem, & stipulationem requirebantur; ac propter eas ex his non nisi ineptè argumenatum deduci potest ad nouationem aliorū iuriū, & signanter d. l. in omnibus, per quam principaliter inter alias leges, quæ idem confirmant, pactum nudū virtualiter, tametsi non expressum in d. S. fin. contineri, esseque necessarium ad validitatem donationis Doctores nostri voluerunt, atque illam *Faber d. error. 1. num. 1. citas & n. 3.* pro satisfactione, id, de quo disputatur, quod ex sola voluntate donatoris perficiatur donatio, affirmatur; cū nouatione d. l. in omnibus, de qua haec verbum adest, supponit, quod nequit quam est ferendum. Siquidem quod *Iustinianus in sepius repetito S. fin.* disponit de perfectione donationis, ex eo quod quis donare existimat, vel instituit, quæ sunt potissima verba, quibus insistit Faber, sano modo accipi debent iuxta dispositionem legum antequarū, concurrente veriusq; donatoris, & donatarij consensu; Ita quod non per pollicitationem, sed per pactum omnino fieri operatur, ut constat ex *l. ff. de politis. & l. 1. ff. de patribus.*

8 Nullatenq; vero verba illa existimauit, & instituit intelligi debent, prout sonant; sic etenim non ratiū pactum, & pollicitationem includerent, verū etiam cogitationem donationis; cùm ex proprietate fermoris existimare, & instituere, idē quod coritare, iudicare, decernere, atque pro-

ponere significet, ex traditis post alios per Ambrosium Calepin. in suo dictionario lingue latine sub eisdem verbis. Sed quam alienum hoc sit à Justiniani mente, & à vera iuris ratione, quod donatio perficiatur ex solo proposito, & cogitatione, nullus est, qui negat, nec negari potest, stante quod propositum in mente retentum nihil operari probat. *l. si reperiendi.* C. de cōditio. ob causam, & sola cogitatione quem neq; purari, neq; obligari posse, disponit. *l. cogitationis, ff. de pæn. cū concordantibus, vbi Doctores:* Vnde si existimatio, & institutio donationis, de qua Justinianus agit in d. § fin. non prout verba sonant de ea, quae in solo proposito, & intentione consistit, sed ex iuri ratione, de ea, quae ad actum externum deuenit intelligi oportet, non est, cur magis ad pollicitationem cum notatione legum antiquarum, quam ad pactum cum stabilitate, & obseruancia earum referenda sit.

Praesertim cum in d. S. alia. *Instit. de donatione.* clarius idem Justinianus eo dixerit, perfici donationes, cum donator voluntatem suam scriptis, sive sine scriptis manifestauerit, quandoquidem hoc non de qualibet manifestatione, sed ex tantum, quae donatario praesenti, aut absenti per Epistolam, vel Nuncium specialiter destinatum sit, iuxta leges antiquas intelligi debet; cum alias in obligationibus, que solo consensu contrahendum, prout est donatio, nulla habeatur ratio de manifestatione verbis, vel scriptis facta, dummodo hi, qui negotia gerunt, consentiant, ut caueatur in l. *consentire.* *ff. de actione. & obligatione.*

Presterea idem Justinianus in hoc codem S. alia ad maiorem declaratio nem addidit, perfici donationes ex sua constitutione ad exemplum venditionis, sed in venditione ex hac eadem lege, nuper citata, & ex d. l. in omnibus, & ex leg. 1. *ff. de contrahend.*

*empti, in fine constat, consensum unius non sufficere, sed utriusque simul cocurrere debere inter presentes quo modo declaratum, & inter absentes per Epistolam, vel Nuncium; & amplius ex hoc ipso, quod Justinianus voluit, validas esse donationes ad exemplum venditionis, eneruatur, & excluditur prouersus sententia Fabri, & contrariorum; ex eo nimis, quod si in venditione pollicitatio incidat, nulla datur actio ad id, quod in pollicitationem deductum est, ut probat text. expressus in l. cū te. C. de pactis. inter empt. & vendit. & agnoscit Faber eud. tom. 2. de error. decad. 45. error. 8. num. 14. ac proinde cū donatione perficiatur ad exemplum venditionis, sicuti in venditione pollicitatio non producit actionem, pari ratione dicendum est, illam non producere in donatione, & consequenter ad validitatem, & perfectionem donationis non sufficere pollicitationem, sed pactum nudum esse necessarium; & sic merito tenenda est conclusio nostra. Sed limita fauore piz cause, ut in Conclus. Monasterio. 59. Post hec autem scripta ad meas manus peruerterunt dissertationes iuris, siue decis. Belgiae Ioann. Deckeri, qui ad lib. 1. differ. q. num. 34. aduersus *discretum Fabrum* mouetur, escandescit, & indignatur suæ doctrinae, affirmans, esse falluum commentum, & metachymera in illius cum alijs apud eum evidendis. Fabri vero opinionem, recente amplectitur Dan. Ioann. Baptista Larrey in suis decis. Granatenibus post hæc quoq; scripta vobis ad decis. 9. t. num. 16. & 19. t. num. 2. sentiens cum illo, ex sola voluntate, & existimatione donandi, & rei nominatione ius irreuocabile donatario etiam absenti, & ignorantie acquiri, nondum expectata eius ratificazione, vel acceptatione. Quamvis in hac parte nuperrime contradictem habeant Dan. Mari. Cusell. qui in fut. 2. tomo his annis in lucem edito*

de don. tra. 2. discurs. i spec. 9. n. 5. facta relatione ad ea, quæ firmavit in i. to. vbi suprà citatus, ita fatur, *donatio nem per pollicitationem nudam contra Etum minime esse, quia duorum tractatum non contineat, ac ideò quod nulla per eam oriatur obligatio, licet ex Imperatoris constitutione actio ei accommodetur post acceptationem, quo casu contractus efficitur; per quod sit, ut ante eam distracti possit, quasi in contraria vox unius, vox nullius existimetur. haec tenuis ille. Concordat pariter Osuald Hillig. ad Donell. Enucleatum lib. 13. cap. 22. lit. D. per hęc verba. Nec etiam hodie perfecta est, nisi cui donatur, eam gratam, & ratam habuerit. Sed in hac re distinguit Don. Franc de Amaya in suis Commentarijs noue pariter excussis ad lib. 10. C. l. i. sit, inde iur. Fisci à nu. si quod ad scilicet obligatiuam perfectionem, & quod ad acquisitiuam, neutquam tamen est recedendum à nostra conclusione, cum qua post Peregrinum, & alios nouissime quoq; visus transiit Franc. Censal. in addit. ad ipsum Peregr. artic. 54. vers. tertio obserua.*

## ARGUMENTVM.

Portionem legitimę in filia ab ea exclusa per exclusiōnem translatiuam ei tantum quāri, & accrescere, cuius contemplatione fieri contingit.

SUMMARYM.

- 1 Legitima portionem in filia ab ea exclusa ad beneficium eius, in cuius favorem sit, accrescere ostenditur.
- 2 Portio legitima deficiens qui nā acquiescatur, dubia questio proponitur.

- 3 Filiam à legitima exclusam exclusione translatiuam in computatione ipsius partem facere, remissiuē proponitur.
- 4 Scipionis Rouiti Confilium 70. n. 4. vol. 1. declaratur.
- 5 Antonij Fabri differentia, quam inter hereditatem, & heredem constituit, reiçitur, & declaratur. n. 6. & 7.
- 8 Bona in renuntiacione contenta quāri ei, ad cuius commodum interfuit renuntiatio, comprobatur.

## DECISIO II.



Crescere portionem legitimę in filia ab ea exclusa eidem dumtaxat, in cuius favorem valide fit tam per renuntiacionem, quam per statutum, vbiq; exclusio non extingue; sed translatiuē peracta supponitur. Conclusum, & decisum fuit Die 24. mensis Novembris anni 1637. me referente ad favorem nobilis Angelae Sanius, & Scarebioris, contra Nicolaum Escarioni Ciuitatis Ecclesiarū, Actuario Ioan. Antonio Rotta notario. Per regulam l. 6. defunctus. C. defuis, & legit. & l. 2. s. fiducia. de collatione boni, cum concordancibus, in quibus probatur, portionem exclusi applicari ei, cuius contemplatione extinguitur.

Nam & si in hac materia satis dubia videatur, & controversa valde questio sit, an portio deficiens acquiratur fratribus, vel hereditati, sed etiam heredi, prode ad eam fate invraq; exclusione varios casus distinguendo, & contrarias Doctorum opiniones recentendo tradunt Peregrin. de fideicomiss. art. 38. à n. 10. usque ad 24. & nouissime Moreur. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quest. 3. per totam cum tribus sequentibus, aliquique Doctores, de quibus infra.

Verūtamen re attente considerata, & supposito, quod filia exclusa facit partem, quamvis non admitt-

tatur ad partem, prout de necessitate supponendum est ex vi exclusionis translatiæ, de qua in alia nostra Conclusione, quæ incipit Partem 69. tunc quælibet opinio in suo casu vera est, & veritas decisionis pendet ex superius memorata regula, quod portio exclusæ acquiratur, & applicetur ei, cuius contemplatione exclusio contingit, & per eam cedant omnes amaritudines, & contrarietates, veritatemq; hanc in parte, tametsi non perfectè, nec plenè post Paul. de Castro, & alios, quos citant, agnouerunt idē Peregrin. d. num. 10. in fin. & Merlin. dict. quæst. 3. num. 12. & num. 39. cum duobus seq. sed melius Rot. Romana. decis. 266. num. 2 part. 1. in nouissimis. cum veriori, & receptiori sententia in eo, quod tenet, portionem legitimè deficiente fratribus acquiri, & tam ibi citati, quam alij, de quibus tam in materia statuti, quam renunciatio- nis per Scipion. Rouit. conf. 70. num. 4. cum duobus seqq. vol. 1. in dicta regula se fundat; ut ex eorum inspectio- ne manifestè apparet. Sequuntur etiam nouissimè Donati. Anton. de Ma- rin. variar. resolut. cap. 252. num. 6. & latius cum veriori, & receptiori sen- tentia, de qua testatur Ioan. Anton. Bellon. de iur. accrescend. cap. 3. quæst. 48. d. nam. 15. & quæst. seq. per totam.

Licet enim contra Consilium illud Roais fuerit decisum, ut ad finem fa- tetur, refertque etiam Ioann. Baptista Thora in compend. decis. Neapol. in verbis legissima filij, tom. 2. Sed vt ex eodem confin. 6. resultat factum, ex eo deprehenditur, quod renuncia- tio fuit facta iad beneficium patris, qui cùm testatus decesserit, cessauit exclusio vi Constitutionis Neapolis ad fauorem fratrum masculorum; ac propterè merito portiones femininarum exclusarum hereditati applicare fue- re, ut ita in simili facto decisum per Senatum Cathaloniæ ad fauorem hereditatis, tradit. Ioan. Petr. Fontanell. de pannis nuptial. tom. 2. claus. 9.

gl. s. unica par. 2. nu. 38. per predictam rationem, quam tradit in num. antece- denti 37. quod in Cathalonia ex sua consuetudine, & obseruantia renun- ciationes fiunt parentibus, & in eo- rum fauorem, quod quando contin- git, ex pluribus Doctoribus, quos in numeris antecedentibus adducit, ait, certam rem esse, in illorum, & suorum hæredum fauorem cedere, reiecit differentia, quam inter hæreditatem, & hæredem notauit Anton. Faber de error. pragmatic. tom. 1. decad. 12. er- ror. 9. vbi in primis tuerit, portionem deficiente hæreditati, non hæredi ac- quiri, & ita à suo Senatu decisum te- statur, nec aliud est, deinde adiungit, tametsi renunciatio facta fuerit fauore masculorum, quod cum conclu- sione nostra pugnare viderit.

Nam ad primum, quod portiones renunciantium hæreditati potius, quam hæredi accrescant, vt tradit Fontanell. d. num. 38. nihil interest, dum intelligatur ad effectum, ve- niant in fiduciocommissio, non in bene- ficium aliorum filiorum, & ad hoc est decisio, quam citat apud eundem Fa- brum in C. lib. 2. tit. 3. defin. 28. vbi in Scholijs num. 3. in additione ad fauorem nostræ conclusionis cōtra illud, quod docuit in dicto error. 9. tradit, portionem renunciatam acquiri, non hereditati, sed hæredi ad proprium illius commoda, vbi ad eius fauorem pater stipulatus sit filii renun- ciationem, & ita tractatum, & decisū affirmat.

Ex hoc etiam tollitur aliud, quod in dicto error. voluit contra fratres masculos, quod eis non acquiratur, nec proposita stipulatio patris quæ in conclusione supponitur valida; Sed melius pro filiis masculis, ex senten- tia sui Senatus idem Faber firmat d. si. 3. defin. 7. Et 9. nec non & pro filiis feminis, si ad earum fauorem renunciatio facta reperiatur, vbi in defin. 12.

Quod autem pars filii renuncian-

tis instituto hæredi à patre accrescat, cui pater prouidisse videtur, nisi singulari nomine in fauorem alicuius certi fratri renunciauerit, nam tunc pars renunciantis ad illum soluta pertineret, atquè ita portio exclusæ applicatur ei, cuius contemplatione exclusa est, tradit in terminis post alios Petr. Gregor. Tholos. in *Synegma sur. uniuers. tom. 3. lib. 41. tit. 11. num. 4.* quodquæ applicetur patri, si ad eius commodum renunciatio fiat, voluit Andr. Fachin. *controuers. iur. lib. 4. cap. 38. in 4. conclusione*, ita etiam renunciationes, propterea quod strieti iuriis sint, fauore aliquorū factas, ad alios nullatenus porrigi, probat cum multis nouè *Thomat. decis. Maserat. 50. num. 458.* & propterea num. 462, cum alijs etiam firmat, renunciationem factam patri, vel matri stipulati pro se, & hæredibus, cedere solū ad cōmodum patris, vel matris acceptantis, non autē augere portiones aliatum filiarum, quæ omnia aptè pro nostra conclusione faciunt, & aduersus eam nullus est, qui insurgat, aut dubitet, cùm alijs dubitari nequeat, suppositis terminis habilibus in ea expressis: *Controuersia* siquidē inter Doctores ex inaduertētia prouenit, nimirum, quia nullatenus currant, nec attendunt distinctionem illam inter exclusionem extinctiām, & translatiām, de qua latè per Andr. Molles. *ad Consuetud. Neapolit. tom. I. par. 4. de renunc. quest. 6.* & 14. & per Paulum Staibān. *conf. 82.* cum pluribus per eos citatis, & nouè post hæ scripta vīsis Horat. Montan. *controuers. forens. 10. per totam*, & Franc. *Confal. in addit. ad Peregrin. d. art. 38.* de translatiua autēm actum est in prefata nostra conclusione Partem 69. in hac ergo illa expressè supponitur, quia de facto contingit, factam fuisse ad fauorem patris, ac propterea portionem deficientem hæreditatis commodo ad beneficium fideicōmissi cessisse, decilum fuit in dicta causa.

## ARGUMENTVM.

Contrarias actiones cumulari neutiquām posse in prima, nec secunda instantia.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Action ab intestato intentari non potest,* cùm sit proposita actio ex testamento.
- 2 *Contrarietas actionum*, testamenti, & intestati agit, ut eleccio unius alterius causam non amplectatur.
- 3 *Positione* unius contrariorum alterum tolli: *assumpta est nondū Philosophis clarum*, verū etiam & Iureconsultis.
- 4 *Cumulationem predictarum actionū implicare, infertur.*
- 5 *Minsyng. obser. 25. cent. 3. quæ restituitionē in integrū admittit in cumulatione dictarum actionum*, quando adeat probabilis facti, & iuris ignorantia, rejecitur.
- 6 *Medices Consilium 40. num. 29. cum seq. explicatur.*
- 7 *Variatio actionum si legitimè propoenatur* (ut dilucide infra ostenditur) admittitur.
- 8 *L. fin. C. de codicillis in quo casu habeat locum, ostenditur etiam in num. 9.*
- 10 *Decisio Afflīti 53. soluitur, eiusquæ fundamenta patefiunt.*
- 11 *Reus si opponat, quod actor intestati actionem proponere nequeat, cùm iam ex testamento intentauerit, quāmuis deinde ipse reus consentiat, nihil proficit, nisi lis super variata legitimè actione denuò sit contestata.*
- 12 *Variatio actionum è permittitur, quò proceditur sola facti veritate inspecta, & summarie. Cumulatio vero quāmuis ad sit in libello clauula, omni meliori modo deducēs, pro-*

*hibetur,*

- bibetur, & latè num. 13.
- 14 *Iudicium in quo quis cōtrarias actiones amplexus fuit, deficit ipso iure.*
- 15 *Cumulatio actionum eò fortius prohibetur, quòd necessariò condemnatio sequi valeat super diuersa.*
- 16 *Sentētia fertur iuxta ea, quæ tantùm extant in actis.*

## DECISIO III.



**C**tionem ab intestato ad successionem patrum, qui domum inter alia bona possidebat nullatenus intentari, nec cumulari posse in secunda appellationis instantia cum actione ex testamento in prima proposita ad prælegatum præfatæ dominus per fiduciocommissum ab aucto ordinatum. *Conclusum, & decisum fuit in Regia Audietia Die 31. mensis Octobris anni 1643. me referente in favorem Don Ioannis Baptista Manca contra D. Augustinum Coasina, & Gualbes, Actuario Ioanne Baptista Massida notario. Per iex. in l. fin. C. de codicil. vbi sancitur, nō posse quempiam, postquam agendo testamenti viam elegit, ad intestati causam conuolare, ibique Glos in verbo præclississe, Bart. Bald. & cæteri Scribentes ratione electionis contrariorum id prouenire, affirmant, propterea quòd iemedia hæc agendi ex testamento, & ab intestato ex diametro inter se pugnant; contrariorum autem ea sit natura, ut per positionem, & electionē unius alterum tolli, & excludi, necesse sit. Facit etiam ad idem l. i. C. de furt. vbi unam ex actionibus contrarijs quis debet eligere, nec poste à variat, sed electione sibi præjudicat, cum alijs, de quibus per Camil. de Medices conf. 40. à num. 3. latè, & benè conclusionem nostram comprobantem, & in conf. sequent. Dominus Fab. Capycius Galeot. eius gener doctè eam cōfirmat, optimèque cum eis, & alijs de ea differit, & secundūm eam decisum refert Do-*

- minus Don Franc. Merlin. controuers. forens. c. 12.
- 4 Propriè tamen ad eam, in qua nō de variatione diétarum actionum secundūm illos, sed de cumulatione tractatur, conferunt decisiones Nicol. Boer. 33 part. 1. & Ioac. Minsyng. 25. cent. 3. cum quibus, & alijs transit Ioann. Aloys. Ricc. in collectan. decision part. 4. collectan. 925. in fine: Sed latius, & melius in nostris proprijs terminis, quòd præfatæ actiones ex testamento, & ab intestato tanquam contrarij vni libello, & iudicio contineri, & intentari nequeant, probat cum multis Don Franc. del Castillo videndus dec. 59. à n. 72. usq; ad 78. vbi ita decisum testatur.
- 5 Nequè id, quod ex illa decisione Minsyngerij pro dicto Coasina oppositum fuit de probabili facti, & iuris ignorantia ad cumulationem diétarum actionum admittendam latitum per restitutionem in integrum, per illum petitam iuuare, aut in aliquo ei prodesse visum fuit, tam per ea, quæ aduersus iuris, & facti errorē deducit, & probat Medices d. conf. 40. à num. 19. & ibi ei Addit. lit. B. latius quoq; cum veriori, & magis communii Hartham. Pistor. quæst. iur. lib. 4. quæst. 22. à num. 4. Atquè ad exclusiōnem restitutionis prætextu erroris in terminis post multos Fab. Turreti. de clausul. codicil. quæst. 15. effect. 5. n. 4. cum seq. quam etiam quia per testes receptos in prima instantia ad exigentiam dicti nobilis de Manca facti ignorantiam deficere appetet. De iure autem adhuc contéditur per dictum nobilem de Coasina, validum esse primum testamentum, vndè non nisi inepte iuris, & facti ignorantia allegari potest, ineptam autem, & supinam ignorantiam neutiquam opitulari docet eadem deciso Minsyngerij.
- 6 Per eandem similitè tollitur, & eneruatur, quod cum communi sententia probat Medices ubi supra dicto conf.

conf. 40. num. 29. cum seq. posse quemlibet iure directo ex testamento, & ab intestato agere, & etiam iure directo ex testamento, & iure obliquo ex codicillis ab intestato, si non ex eadem, sed ex diversa scriptura agat, namq; ex eodem Medicis manifeste constat, loquitur fuisse in casu variationis actionis, vbi quis dimissa prima, ad aliam confugiat, & tunc si successuè ea varatio fiat, & prōponatur per modum legitimū (de quo infra) postquam videlicet, agens ex testamento succubuit, & ad codicillos ab intestato, in subsidium recessu habere intendit; ex eadem etiam scriptura licetum, & permisum esse, voluit post multos Fab. Turre. dicto tract. de claus. codic. quest. 12. effect. 9. quem sequitur Aca. Anto. Ropol. var. resol. cap. 13. d. natu. 70. sed quidquid de his sit, quod attinet ad casum nostrum, qui non de variatione actionum, sed de cumulatione tractat, expressè Minfynger. & antea cum Boerius dicta decision. ab eo relata, firmanit, quod siue ex eadem, siue ex diversa scriptura, eodem, vel diuerso tempore cumulatio dictarum actionum fieri nequeat; quia cumulatio supponit concursum, qui in actionibus contrarijs dari, & supponi neutriquam potest, cùm per positionem unius contrarij, alterū tolli oporteat, ut probant Doctores à capite citati, ratio autem est clara, quia contrarieitas, & repugnanciam in uno, & eodem actu, moliri, induciq; nullatenus debet, l. vbi repugnancia ff. de reguliur. vbi DD. & in l. unicā C. de inoffic. test. tradunt Deciani. conf. 117. nu. 61. lib. 3. & Achil. Pedroth. conf. 10. num. 9. ad eō quidēm, ut nec Natura, neq; Deus ipse, repugnantiam illam supponere, valeat, ut ex Angl. & Dec. probat Ioan. Petr. Surd. conf. 230. nu. 27. lib. 2. Anguis. conf. 8. num. 9. lib. 1. Rimini. iun. conf. 64. num. 26. lib. 6. & Fran. Bur- sat. conf. 228. num. 29. lib. 3. conferunt etiam tradita per Augustin. Barbosam

axiom. iur. 58. à num. 2. & per Simon. Vaz Barbosam, in suis princip. & loc. com- mun. lit. C. num. 64. & ex his pariter diluitur, & tollitur aliud, quod pro dicto Nobili de Coasina oppositum fuit ex dicta leg. fin. permisum scilicet esse in linea descendenti, & ascendi- enti agnatis usq; ad quartum gra- dum, cognatis verò usq; ad tertium ex testamento, & ex codicillis ab in- testato agere, quia id est verum in præfato casu variationis actionum; quemadmodū ex eodem sextu resul- tat, eumq; ita declarant DD. omnes ibi; non autem in casu cumulationis, per rationes, & decisiones iā citatas.

Vlterius, in casu nostro præfatus nobilis Coasina, qui ad successionem Doctoris Coasina sui patrui agit ab intestato, neutru in linea descendenti, aut ascendi cū eo, sed in collaterali tātū existere, certè certius est: tunc ergo cessare, quod per dict. leg. pro descendantibus, & ascendentibus disponitur, receptissima est Scriben- tium sententia, ut testantur Boer. de- cis. 33. & Medic. d. conf. 40. num. 5. ita similiter in linea descendenti, & ascen- denti dispositio illa variationis per- missua corruit, nisi is, qui ad suc- cessionem agit, primum locum in ea ob- tineat, ac propterea merito cessat in casu nostro, in quo per mortem pa- trui fideicommissum petitur, iuxta ea, quæ docet Gulielm. Benedict. ad capit. Raynuntius. de testament. ita verb. testamentum 4. num. 73. solu. fin. vers. pariter dictum.

10 Ad decision. Affl. 53. cum Marant. in prax. titul. de appell. numer. 164. nec non etiam Lancellot. de attent. part. 2. c. 12. de attent. appell. pend. lim. 37. in- princ. num. 3. alijsq; in contrarium oppositis, qui eam sequuntur in eo, quod inulta casum nostrum agentem in prima instantia ex testamento, & succumbētem obtinuisse dicitur per actionem ab intestato, in secunda instantia appellationis deduciam, ad quam de cisionem addendi sunt alij

recentet relati per Ioann. Mar. No-  
uar. quest foren. p. 2. quest. 52. nu. 7.  
in fin. Facilis est responso ex iam  
dictis; cum non loquantur in casu  
nostro, qui de cumulatione tantum  
tractat; sed in alio de variaione. Præ-  
tereà, ut optimè declarant Hartham.  
Pistor. quest. iur. d. lib. 4. quest. 23. nu.  
11. & Sizism. Scacc. de appellat. quest.  
11. num. 30. vers. 1. respondeo, maxi-  
mum, & porissimum fundementum  
decisionis. Afflitt. in eo consistit, quod  
per reum nihil in contrarium fuit  
oppositum, quemadmodum expresse  
in illa decisione legitur: Vnde impu-  
tet sibi reus, si non contradixit: In ca-  
su autem nostro non solum fuit sim-  
plicitè contradicuum, sed etiam so-  
lemnitè protestatum aduersus cu-  
mulatas actiones, apposita, & adiecta  
semper clausula, saluis, quæ cum sit  
præseruatua, & protestatiua, conser-  
uat iura illæsa, iuxta tradita per Mart.  
de clausul. part. 1. clausul. 133. cum  
seq. & in simili tractatu per Augustin.  
Barbos. clausul. 139. & Theod. Rub. in  
suis singul. tom. 2. p. 4. claus. 693.

In præfato ergo calu contradictionis, & oppositionis factæ per reum  
non licere actori, qui ex testamento  
egit, ad vausam intestati configit,  
agnoscit, & firmat per dictam h. final.  
idem Afflitt. dec. 134. Quin immò ne-  
quæ in isto calu consensum rei profi-  
cere, nisi sit per eum deuò super il-  
la actione variata, contestata fuerit,  
benè probat Hartham. d. quest. 22.  
num. 3. Camill. Borrel. in summa decis.  
totius Orbis tom. 1. sit. 49. de libello nu.  
98. & Baldass. de Angel. in suo prato ad  
lib. 2. C. tit. de eden. l. edita sub vv. 6.

12 Præter quam si ex forma Ritus,  
iuxta ea, quæ secundo loco ad dict.  
dec. Afflitt. 53. respondet Scaccia ubi  
suprà. vers. secundo respondeo; variatio  
permittatur, propterea quod possit  
ferri sententia super probatis non  
conformis libello, quod viue in  
omnibus Supremis Tribunalibus, &  
ubi summarie, & sola facti veritate

inspecta proceditur, concessu, & per-  
missum est, maximestantibus clausu-  
lis, omni mactori modo, deducens, pe-  
tens, cum similibus in libello apponi  
solitis, per quæ agens ex una causa  
etiam incepit, & probans ex alia,  
quamvis non expresse deducta; suffi-  
cit ad hoc, ut ex probatis non dedu-  
ctis obtineat, quia virtualiter, & ex  
sequitur intelligitur omnne ius dedu-  
ctum, etiam si de novo superueniat,  
iuxta ea, quæ late probant D. Franc.  
del Cassill. decis. 57. à num. 3. Rot. Rom.  
apud Ludouis. dec. 370. à n. 3. & Fran.  
de Peir. cons. 34.

13 Ista tamen, & summa, quæ pro di-  
cto nobili de Coasina deducta fuere  
ex dictis clausulis in suo libello, ap-  
positis ex privilegio huius Ciuitatis  
Calaris, & ex summa nostræ Regiæ  
Audientiæ autoritate, & præemi-  
nentia nullatenus ei suffragari, aut  
conclusionem nostram in aliquo eli-  
dere, & expugnare, certum, & indu-  
bitatum est, cum illa, & omnia alia,  
quæ per D. Egred. de actionum varie-  
tate, & cumulatione pertractantur;  
de quibus præter citatos suprà late  
per Jacob. Menoch. de arbitrar. iudic.  
lib. 2. quest. 176. per Jacob. Cancer. va-  
riar. resolut. lib. 3. tit. 16. de litis. coope-  
statione à nu. 39. per Vacon. à Vacuna  
lib. 6. declar. 89. per Osuald. Hillig. ad  
Donel. enucleat. lib. 21. cap. 3. & lib.  
23. cap. 5. per Augustin. Barbos. in col-  
lectan. Doctor. ad ledita C. de edend.  
per Dominum Cardinalem Tuschum  
præct. conclus. tom. 1. conclus. 243. per  
Laurenz. Vrzel. in suo exam. apud. suæ  
conclus. legal. tom. 1. conclus. 35. & per  
Dominum Regentem. Hectorum Capyc.  
Latra. decis. 120. à num. 12. quæ n. 35.  
prædictas, & alias limitationes refert  
pro admissione tam variacionis, quam  
cumulationis actionum, nullatenus  
tamen locum habere possunt, ubi-  
cunq; actum fuerit iuxta casum no-  
stræ conclusionis, de cumulatione  
carum actionum, quæ omnino con-  
trarie, & repugnantes sunt; proprie-

- reà quòd istæ, vt probatum est, vnicō libello, & iudicio contineri, & concurrere nequeant; & vltrā citatos cū communi sententia post alios tenet Cardin. *Tuscb. practic. conclus. tom. 2. conclus. 1096. num. 10.* ita vt illæ omni meliori modo deducens, & ceteræ nullatenus proflint; propterea quòd eam tantum extentionem, & ampliationē admittant, quæ actioni, & petitioni iam propositæ conueniens, & cōgrua sit, non autem ad contrariam, & prorsus repugnantem: nam alijs esset dare absurdum, videlicet quempiam posse duas actiones cōtrarias eodem tempore proponere, vt in terminis considerat D. Merlin. vbi supra nu. 5. vers. nec iuuatur, cum alijs, de quibus per D. Franc. del Castill. d. decis. 59. nu. 73. ¶ Prædictæ ergo clausulæ, & iudicium, in quo summariè, & sola facti veritate inspecta procedi debet, non admittunt cumulationem earum actionum, quæ inuicem contrariantur, vt bene post alios probat Ioann. Petr. Surd. cons. 273. à num. 22. vol. 2. quem sequuntur Steph. Gratian. decis. 193. num. 6. cum seq. & Augustin. Barbos. de clausul. v. suffrquent. claus. 173. num. 6. nequè tunc necessaria est op. 14 positio partis, quia ipso iure iudiciū deficere in terminis, post Socin. in cap. fin. vers. 20. casu de libelli oblat. firmat Anton. Gabriel. commun. concl. lib. 2. sit. de action. concl. 3. num. 5. atq; in actionibus contrarijs, quando per positionem vnius altera tollitur, admittunt Doctores omnes ad d. l. edita, & signantur Philipp. Corn. num. 36. & Ioan. de Vicomercato num. 137. in fin. 15 Accedat pro exclusione dictæ cumulationis, alteriusvè actionis ex codicillis Romæ confectis, quamvis extra propositam cōclusionem, quòd actiones illæ cumulatæ non tendunt, nec concludunt ad id, quod ex prima fuit petitum, taliter quòd condemnatio sequi valeat super eadem re; sed versantur circa diuersa, & tunc non esse admittendam cumulationem

est decisio Rot. Rom. apud Paul. demil. Verall. 132. nu. 2. par. 3. quem refert, & sequitur Borrell. vbi supra d. tit. 49. num. 101. cum prima etenim actione in prima instantia petita fuit domus ex prælegato in testamento relieto; cum actione autem cumulata ex codicillis Romæ conditis petita fuerūt omnia bona, quæ cum dicta domo dictus Doctor habuit à patre; cum alia verò actione pariter cumulata per successionem ab intestato petita fuerunt omnia bona propria dicti Doctoris: vndè optimè facit doctrina Iacobi Cancer. variar. resol. tom. 2. cap. 2. à num. 259. quod etiam per suprema Tribunalia, vbi summarie, & sola facti veritate inspecta proceditur, nō possit fieri condemnatio super probatis extra rem à principio cum libello petitam, in quo multos non contemnendæ conditionis viros erasse affirmat.

16 Ultimò ad maiorem exclusionem prædictæ cumulationis consideratum etiam fuit, quòd super actionibus cumulatis actor neutiquam probauit necessaria de iure, quemadmodum resultat ex alijs conclusionibus. in hac causa sumptis; de iure autem certum, & indubitatum est, in quolibet iudicio habendam esse rationem de his tantum, de quibus in processu liquido constat; non verò de alijs. Iuxta ea, quæ ferè in terminis declarat D. Franc. del Castill. d. decis. 57. nu. 5. & 9. Alia verò ad conclusionem videnda sunt apud eūdem Dominum Regentem Merlin. in 2. suarum controveriarum volumine anno proximè præterito excusso cap. 80. per totum; nec non Dominum Regentem Sanfelicium decis. 72. tom. I.

III. III. III.  
Digitized by Google

## ARGVMEN T VM.

Ex omni contractu venditionis, permutationisvè, siuè etiani innominato agere ad interesse, ei licere, qui rem, & pecuniam dedit ob aliam rem, cuius traditio inficiatur.

## SV MMARIVM.

- 1 *Actio in eo, quod interest, quando res, & pro aliare pecunia datur, cuius traditio non officiatur; siuè contractus venditionis sit, siuè innominatus, competit.*
- 2 *Actio ex empto aduersus venditorem accommodatur ad id omne, quod emptoris interest, si rem tradere nolit.*
- 3 *Actio præscriptis verbis, si in eam rem instituatur, in qua agitur de permutatione in specie, tunc quidquid actionis interest, est prestandum.*
- 4 Antonij Fabri interpretatio super tex. in l. naturalis S. 1. ff. de præscriptis verbis, reprehenditur, & num. 5.
- 5 Tex. iu. l. 1. ff. de rerum permut. contra Fabrum ex obscuritatis nebulis cœribitur.
- 6 Obligatio actionem necessariò parit.
- 7 Actio præscriptis verbis non competit, ut, quod datum est, restituatur.
- 8 Traditio rei ab uno facta statim alterius parit obligationem.
- 9 Substantia permutationis, in quo verisetur, explicatur.
- 10 Ant. Faber afferens, cum, qui prior rem tradit, non tam illici dare, vt aduersarium obliget ad rem tradendam, quam ut se libere, & pactum præcepit, de permuto ex sua parte implere, deceptus fundamentis veritati proximis ostenditur.
- 11 Voluntas contrabentium non solum

- re, bis, verum etiam è facto declaratur.
- 13 *Differentia, quæ adsit inter permutationem, & contractum innominatum, do, vt des, elegatèr, & subtilièr explicatur.*
- 14 *Actio ex permutatione est bona fidei, ex contractu, do, vt des, est stricti juris.*
- 15 *Actio bona fidei quo casu concedatur ex permutatione, & quo casu stricti juris ex contractu innominato.*
- 16 *Ex unius traditione datur actio ad id, quod interest in permutatione.*

## DECISIO IV.



Ctionem competere in eo, quod interest, vbi res, & pecunia datur pro aliare, cuius traditio de negatur, præterim si conuentio præcedat, siuè is contractus venditionis sit, siuè innominatus do, vt des, siuè etiam permutationis, tunc maximè cùm res data venalis fuerit. Conclusum, & decisum extitit Die 21. mensis Ianuarij anni 1634. me referente ad fauorem Bartholomai Boer contra D. Petrum Pilo, Actuario Didaco Serra not. Nam quod attinet ad venditionem, indubitata res est, actionem ex empto aduersus venditorem dari ad id omne, quod emptoris interest, si nolit rem tradere l. 1. l. ex empto ff. de actio. empt. l. si in venditione, & leuita ssde eius Elion. vbi Doctores; quod si contractum innominatum tuisse dicatur, supposita differentia inter eum, & permutationem, quam nouiter constituit Anton. Fab. coniectur. iur. lib. 6. cap. 9. col. penult. pariter secundum eum ibi, actione præscriptis verbis in eo, quod interest agi potest, pér text. expressum in l. naturalis S. 1. ff. de præscript. verb. vbi dicuntur; & super verba textus. Quia nō placet, permutationem esse emptionem, dubium novet, nasci ciuilem obligacionem, in qua actio

id

*id venit, non ut reddas, quod acceperis; sed ut damneris mihi quanti interest mea, illud, de quo conuenit accipere, ut ibi etiam firmat idem Faber in ratione 3 naturali tom. 5.* Quòd si de permutatione in specie agatur, præstandum esse omnino actori quidquid eius interest, si in eam rem actio præscriptis verbis instituatur, sententia est *Acur- sij, Bartol.* & communis in *L. i. ff. de rer. permuat.* Vbi textum legunt adiecta dictione tantum ad verba illa, scilicet non in hoc agemus; ita quòd in potestate, & electione agentis sit, an velit per actionem præscriptis verbis habere id, quod interest; an potius rem datam condicere.

4. Quàmuis enim interpretationem hanc concoquere non posse dicat *Anton. Fab. dicto cap. 9.* eamquè ibi, & in d. S. i. impugnet, lentiens, non in actoris electione, sed eius, qui rem accepit, est; verum ex parte sua contractum implere velit, an vero, quod accepit, restituere è ac propter à ad euitandam contrarietatem *d. l. naturalis.* S. i. ait, quòd hic agitur de contractu. *Do, ut des,* in quo obligatio resultat eo ipso, quòd quis ab alio rem accepit, ut suam ei daret, quamuis non dederit; nequè enim potest ille rem alterius sibi ea lege datam accipere, quin ex hoc illi obligetur in eo, quod alterius interest, si ex parte sua dare nolit: at in *d. l. i.* de permutatione agitur, in qua obligatio non nascitur antequā traditio ab vtraq; parte perficiatur; quia fieri non potest, ut quis ex permutatione obligetur, antequā permutatione facta sit; proprie- rà quòd permutatione non sit, cùm ita do, ut des, sed cùm do, quia de disti- cum alijs per *Fabrum* subtiliter ex- cogitatis.

5. Verùm enim vero hæc Fabri opiniatio ita noua, & singularis est, ut à comuni contraria in iudicando, & consuendo recedere nullatenus liceat, præsettim cùm ipsem et Faber parum tibi confans in rationali. ad l. i. ex

diametro sibi expressè contradicat, & communem sententiam amplectatur sub *lit. F.* per hæc verba, ut in permutatione habet electionem auctor, qui iam ex parte sua contractum implevit, an malit rem, quam dedit repetere conditione ob causam dati, causa non sequuta; an verò agere præscriptis verbis ad id, quod interest ob nō impletum contractum: atquè ita *Interpretes omnes post Acurium bene locum hunc acceperunt;* alia etiam adiungit omnino videnda, præcipue *text. in l. na- turalis.* S. i. cui non benè adaptari potest responsio alias ab eo data, modo, quo supra; quòd scilicet in illo agatur non de permutatione: sed de contractu *do, ut des,* qui longè à permutatione distat, quandoquidem Iu- risconsultus agens hic de contractu *do, ut des,* cum expressè permutationem compellatur per hæc verba, sin autem *rem do, ut rem accipiam,* quia non placet, permutationem rerum re- ditionem esse; sc propter à agens ex- pressis verbis de permutatione, sub- iungit alia superius relata, per quæ, actionem in eo, quod interest, dari, cauetur: in dicta autem l. i. (vbi etiā expressè de permutatione agitur, quod & *Faber* faciet, & negari non potest) non obscurè deprehenditur, actionem, quanti nostra interest, dari eo ipso, quòd res ex una parte tradi- tur, potissimum ex illis verbis, ibi per- mutatione autem ex re tradita initium obligacionis præbet, quia vbi datur obligatio, ibi actionem quoquè dari, necesse est; sed & io illa esse non po- test, quām in eo, quod interest.

Nam quod dicit *Faber*, dari eo casu conditionem, ad hoc, ut res data restituatur, quasi velit, quòd ista condi- tio nascatur ex illa obligatione; pugnat vtiquè cum eo, quod ipse trudit, tam in rationali ad hanc legem, quām ad d. S. i. conditions videlicet omnes: non tam ex vi, & potestate contractus dari, quām ex æquitate generali, etiam extra id, quod agitur,

- vt ibi probat; actionem vero ex permutatione ab una dumtaxat parte re tradita praescriptis verbis non illam conductiuam esse, constat ex *l. rebus C. de rerum permut.* nunquam tamen actio praescriptis verbis ad hoc competit, vt quod datum est, restituatur, vt docet idem *Faber* in ratione decidendi ad *l. ob eam causam ff. de praescript. verb.*
9. *Kurlus* in illa ratione, quam tradit ad *d. f. i. l. naturalis*, supposito quod in ea agatur de permutatione prae uitanda ratione dubitandi ex *d. l. i.* non solum probabilem communem interpretationem, de qua supra ad hunc textum agnoscit, sed etiam ita fatur, & sanè fatendum est, interpretationem, & cumulationem; illam esse necessariam; si utraq; locus de eodem contractu intelligatur, prout ita esse intelligendum, non minus necessarium videtur, quam etiam supposita vera differentia illa inter contractum do, vt des, & permutationem à *Fabro* excogitarat; quæ quidem probabilis est, vt ad primum sufficiat, si traditio ab una parte fiat, ad hoc, vt ex alia obligatio statim nascatur: ad secundum, ab utroque factam traditionem requiri, antea vero nullæ ex ea obligationem otiri, neq; dinasci.
10. Nihilominus differentia hæc diversitatem inter hos contractus non inducit, nisi quatènus unum prædere, alterum vero subsequi, nec esset; quia sicuti in illo, in quo traditio ex utraq; parte concurrit, permutation est, propterea quod ultimò qui tradit, ideo tradit, quia rem accepit, in quo consistit substantia permutationis, vt voluit *Faber*; ita in permutatione, si traditio ab una tantum parte fiat inest contractus do, vt des, cùm primus qui tradit, ideo tradit, vt rem accipiat, in quo istius contractus substantia versatur.
11. A veritate ergo aberrat, quod *Faber* dicit in permutatione, eum, qui prior rem tradit, non tam ideo trade-

re, vt adueriarium obliget ad rem tradendam, quam vt se liberet, & patetum præcedens, quod intercessit de permutando ex sua parte impletat; quia præterquam quod nullibi reperitur iure cautum, placitum permutationis debere præcedere, quod necessarium putat *Faber* ex ea ratione, quam tradit *d. cap. 9.* vt dignosci possit, an ea contrahentium voluntas fuerit, vt permutationem potius, quam aliud negotium contraheret, quasi quod voluntas contrahentium non ita facto, sicuti verbis declarari valeat, aut saltim non sufficiat cum ipsa prima rei traditione illam patefacere, sicuti sufficit in contractu do, vt des. Quod si hoc esset necessarium in illo, perquæ necessarium resultaret in isto, cùm militet eadem ratio, & nulla vrgens diuersitas inter hos contractus considerari, nec excogitari possit, atq; ita, quod dicitur de uno, esset dicendum de altero.

At hæc ex alio capite dicta per *Fabrum* expugnantur per verba superius relata ex *d. l. i.* ibi, permutation autem ex retradita initium obligacioni præbet, adiunctis alijs, quæ subsequntur ibi, alioquin si non dum res tradita sit, nudo consensu constitui obligationem, dicimus. Ex quibus duo colliguntur; primum, quod in permutatione prima traditio rei initium obligationis præbet, atque ita permutationem consistere, & initium sumere ab ipsa traditione, quamvis nulla conuentio præcedat: secundum, quod si conuentio præcedat, antequam res tradatur, nudo consensu constitui obligationem, ac propterea nullam dari; quia, vt aliqua detur, vt subiungit *textus*, in his dumtaxat receptum est, quæ nomen suum habet, vt in emptione, venditione, conductione, mandato, & per consequens si nulla ex placito permutationis antea traditionem datur obligatio, corruit quod dixit *Faber* in permutatione eum, qui prior tradit, ideo

tra-

tradere, ut se liberet, non verò ut aduersarium obliget. Hunc ergò, & non illum esse animum, & intentionem eius, qui prior tradit. Colligitur iuxta superius notata ex animo, & intentione secundi; namquè in utroque est dandus consensus in idem, cùm contractus, & pactum sit in idem placitum, & consensus; at qui secundò tradit, ideo tradit, quia rem accepit: vnde qui prior tradit, ideo tradit, ut rem accipiat, illa sola admissa differentia Fabri, quod in secundo subsequuta utriusq; traditione, perficiatur permutatio, at in primo post unius traditionem antè aliam permutatio non erit; sed contractus innominatus do, ut des; ex utroque tamen datur ea actio prescriptis verbis in eo, quod interest, cum hac diuersitate; quod actio ex permutatione est bona fidei, sed ex contractu do, ut des, est stricti iuris, ut probat idem Faber locis relatis per S. actionem. Instit. d. actio. l. 2. C. de rer. permut. & l. 2. ff. eod. Ex his itaq; sequitur, quod in d. l. in hoc sit. & in d. l. naturalis S. I. nō tantum secundum interpretationem communem, sed etiam singularem Fabri de eodemmet contractu agi, cùm agatur de permutatione, in qua ab una dūtaxat parte traditio facta fuit.

15 Sed supposito etiam casu, in quo per solam unius traditionem deneretur actio ad id, quod interest, quæ alias post sequentiam veriusq; traditionem cōcedi nullatenus inficiatur: ex eo tamen neutiq; argui, nec deduci poterit contrarietas aliqua obstativa, sed tantum diuersificativa: quia in primo casu denegabitur quidem actio bona fidei ex permutatione, sed non stricti iuris ex contractu innominato do, ut des. In secundo autem casu dabitur sane actio ista, non verò illa, quamvis hodie in hac etiā parte innouatum appareat per ius Codicis, à quo ex placito permutationis subsequura unius tantum traditione, actionem prescriptis verbis

competere tanquam ex permutatione, de qua dumtaxat agitur sub eo titulo, dubio procul disponit in l. cum precibus ibi. Si verò nulla stipulatio intercessit prescriptis verbis actio est, & idem in l. ultima.

16 Insuper Faber ipse in suo C. ad istū titulum definit. 2. quamvis ex opposito citatus fuerit ad comprobationē eorum, quæ prius dixerat in d. cap. 9. verè tamen nostram conclusionem amplexitur per hæc verba, qui ab alio rem ex permutatione accepit, si ex parte sua implere nolit, non utique cogi potest, ut rem suam tradat, sed condemnandus est, ut acceptam restituat, & præterea præstet, & quid alterius interficit, non quod utrumque facere tenetur, sed quod unum eligere possit actor, atquè ita, electionem ad eum spectare, & actionem dari ad id, quod interest in permutatione ex sola unius traditione, dubio caret.

Idquè tunc maximè obtinet, cùm res, quæ traditus, venalis est, siquidē in ea expresse constitutum constat per l. 1. C. eod. ad exemplum exempto actionis, non immerito id, quod interest, consequi posse; nam etiū Faber d. cap. 9. hanc legem explicet, ut videat, & locum habeat in casu evictio. nis, cuius in ea sit mentio, quæq; traditio cum ab utraque parte factam supponit, quod antè eum putauit arsis Pinell. ad l. 2. de rescind. vendit. in 2. par. rub. cap. 1. sub num. 15. verum tamen ipse Pinell hic agnoscit, Barzoli, & aliorum sententiam esse in cōtrarium, ut scilicet dispositioni huius legis. I. locus sit etiam antè implemētum ex parte alterius. Hæc ergò cōmunitis est, ut liquet ex citatis per eū, & tenet Steph. Gratian. discept. forens. cap. 206. num. 25. vol. 2. Eam quoquè sequitur, & expresse comprobat idem Faber in rationali ad d. l. 1. ff. eod. sub lit. B. col. 3. ubi dicit, quod isto ca- su datur utilis actio exempto ad id, quod interest, & idem repetit in ratione decidendi ad d. l. naturalis.

S. i. sub lit. C. ibi, quamvis non sit uulsi  
actio ex emplo extra priorem speciem,  
d.l. i. C.eod. Ex his itaque firmissima  
manet nostra conclusio.

## ARGUMENTVM.

Vxoricidiū ex interuallo post  
adulterium commissum, sed  
incontinenti postquam ma-  
ritus de eo certam notitiam  
habuit, nullatenus pena or-  
dinaria, sed extraordinaria  
tantum ad Iudicis arbitrium  
esse plectendum.

## SUMMARIUM.

- 1 *Maritus interficiēs adulterum quamvis ex interuallo post commissum adulterium, sed in continenti postquam habuit notitiam, non punitur pena ordinaria.*
- 2 *Opinionem contrariam sectantes, eam communem appellant.*
- 3 *Maritum non puniri nisi pena extraordinaria, tanquam verior opinio demonstratur.*
- 4 *L. Grachus C. ad līlūl. de adult. in 2. respōso, interpretatūr, & eius intellectus rationibus suadetur, & na. 5.*
- 5 *L. Divius Hadrianus ff. ad l. Pompei. de parricidijs, in quo habeat locum.*
- 6 *Ius illud 12. tab per l. Pompei. de par-  
tic. non fuit abrogatum tempore Di-  
ui Hadriani.*
- 7 *Fundamenta precitatae opinionis tan-  
quam veriora ostenduntur.*
- 8 *Regula illa, ubi lex loquitur cum ali-  
quo, cessante presupposito, cessat il-  
lius dispositio, in declaratis ad lū-  
cem trahitur.*
- 9 *Ratio prefereatur legi, & eius dicto est  
superior.*

- 10 *Farinacij opinio in cons. 141. num. 9.  
afferens, iūc iustum dolorem adesse,  
quādo proprijs oculis cernitur cum  
adultero vxor, reprehenditur.*
- 11 *L. ii adulterium. Imperatores ff. de  
adult. & l. nec in ea. l. fin. ff. eod.  
sensus distinguuntur.*
- 12 *Dolor iustus in marito decernēt adul-  
teram uxorem quomodo dicatur;  
& eius iustitia in quo veretur.*
- 13 *Actus deprebensionis tantum in adul-  
terio est dubitate carens; omnis au-  
tem alius est incertus tam in adul-  
terij sc̄iētia, quam in eius punitione.*
- 14 *Coniugius de delicta dicitur, qui in eo  
diprehenditur.*
- 15 *Doctrina Farinacij in d. cons. 141. in  
quo casu habeat locum, ostenditur.*
- 16 *Qui fecit, statim ac potuit, dicitur in-  
continenti fecisse.*

## DECISIO V.

**A** Dulterum si maritus  
necauerit ex interuallo post adulterium co-  
missum, sed incontinenti post habitam de  
eo certam notitiam, neutquam pe-  
na ordinaria, sed extraordinaria dū-  
taxat pro arbitrio Iudicis fore illum  
puniendum. Conclusum, & decisum  
fuit Die 1. Septembbris anni 1629. me-  
referente ad fauorem Didaci Palafoto  
contra Fisci procuratorem, & partem  
querelantem. Actuario Paulo Ribera  
Scriba in criminalibus. Ex pluribus  
congestis per Barthol. Bertazzol. cons.  
crimin. 42. vbi Filius Claudio in ad-  
ditione ita iudicatum refert per Ioan.  
Franc. de Poni. cons. 98. per tatum. to. 1.  
per Martam voto Pisan. 206. per totū.  
per Petr. Caball. resolut. crimin. cap.  
300. cent. 3. à num. 24. ibique num. 26.  
ait, ita in contingentia facti obserua-  
ri vidisse; atque eam benignorem, &  
mitigem opinionem compellatur,  
ac tandem per Mar. Mut. a decis. 61.  
à num. 11. usq; ad finem, vbi ita de-  
cisum constat.

2 Quidquid aliás ex opposito contendant post multos Anton. Gomez. ad l.80. Tauri num. 58. & Farinac. in sua praxi criminal. tom. 4. quest. 121. à num. 111. vbi relatis omnibus, qui in hac re dissentunt, opinionem, quæ excusationem mariti à pena ordinaria denegat num. 113. veriorem esse de iuris rigore profitetur; tametsi quæstionem valde dubiam fateatur, & dicat, in re dubia consulto Principe esse seruandam dispositionem l. non puto. ff. de iur. Fisci, sed nouiter Farinac. conf. 141. vol. 2. per plura respondit contra maritum, multosq; ad hoc citat, & num. 9. testatur de communi opinione, nec non rationibus, & authoritatibus additis per Berzazzolum facere satis conatur; ac propterea in fine concludit, illam à Sacra Consulta magis approbatam fuisse, & iuxta eam decisum apparet ex Arresto Papon. in append. 5. lib. 22. tit. 9. vbi maritus fuit ad mortem condemnatus.

3 Verum tamen prima opinio nostra conclusione sicuti benignior, & mitior ab omnibus agnoscitur, ita de iure stricto verior demōstrabitur, idq; non sanè ex dispositione l. Gracchus in 2. responso secundū vnum intellecū C. ad l. Iul. de adulter. aut l. Diuus Hadrianus. ff. ad l. Pompei de parric. in quibus Marta hanc suam fundat opinionem, cùm eis optimè satisfecerit Farin. d. conf. 141 à nu. 15.

Quodad primum itaq; ex lectura d.l. Gracchus cvidēt̄ deprehenditur, non agi in p̄fato secundo responso de homicidio ex interuallo: sed de facto in fragranti crimine, prout in primo expressum est de eo, qui in adulterio nocturno deprehensum interfecit, mutata dumtaxat persona,

4 quæ in primo eius conditionis supponitur, vt per legem Iuliam impunè occidi potuerit. Quod tunc contingit cùm adulter est vilis, iuxta Lmerit. ff. cod. sed in secundo agitur de adultero non vili, in quo cessat legis per-

missio, retento in omni alio eodem facto, de quo in primo, quod ineuitabilit̄ demonstrant verba illa, Quia & nox, de quibus in secundo. Quæ quidē verba id operantur, vt subintelligantur alia in adulterio nocturno deprehensum, de quibus in primo, atquè ita secundum recipit declarationem à primo.

5 Dicitio autem illa aduersatua, Sed et si, in qua Marta suam vim, & operam confert, satis suum operatur effectum per diuersitatem personarū inter primum, & secundum responsum: vndē tām facti, quam iuris resultat diuersitas, nec vllam legitimā reddit rationem Marta, cur in dicto secundo responso homicidium adulteri non in fragranti, sed ex interuallo interpretari debet, nequè sequitur id, in quo consistat superfluitas, & indubitabilitas, quam ille pro inconuenienti deducit; quinimmo maius, fortiusq; inconueniens, & absurdum ex intellectu Marte provenit, si in eo secundo responso homicidium ex interuallo supponatur, cùm ibi dumtaxat decernatur pena exilij, & in l. si adulterium. S. Imperatores ff. cod. homicidium in fragranti in Insulam relegatione puniatur. Ita ergo maiori poena pleceretur homicidium in continenti, quam ex interuallo, omni iure, & ratione repugnante; ac proindē huius absurdī vitandi causa, etiam si alia deficeret, dicendū venit ad dictam l. Gracchus in 2. responso de homicidio in fragranti agi, prout in dicto S. Imperatores, nec ex eo, quod hic de relegatione, illic de exilio statuatur super eodem facto, vlla retulat contrarietas, cùm collectiū arbitrio Iudicantis committatur, vt optimè comprobat Ponte d. conf. 98. num. 16.

6 Quodad texti. verò in d.l. Diuus Hadrianus, & si verius sit, ibi agi de adulterio ex interuallo, ex his, quæ tradunt idem Marta loco citato n. 3. Cahall. resolut. 15 nu. 8. cent. 1. D. Ivan.

Solorzat ad l. Pompei. de parric. lib. 2. cap. 9. & Decian. in suo tractatu criminal. lib. 9. cap. 8. num. 11. Minimè tamen ex illo textu inferri, nec colligi potest conclusio nostra generalis, cùm loquatur in casu speciali de patre, cui iure patriæ potestatis per l. 12. tabularum permisum erat, filium impunè occidere; in eo itaque iure patrem suam defensionem fundasse, nō obscurè deducitur ex eodem text. ibi patris iure, & rursus patria potestas; quamvis enim pater in Insulam fuerit deportatus, ex eo factum conciatur, quod latronis magis in venatione, quam patris iure filium interficerit, nam, ut ibi dicitur, patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere.

7 Nec est verum, quod multi sentiunt, temporibus Divi Hadriani iam fuisse abrogatum ius illud. 12. tabularum per l. Pompeiam de parricid. cùm in l. 1. istius tituli, in qua enumerantur personæ omnes, quæ de parricidio tenentur, nec in toto eo titulo tale quid legatur, & licet in d. l. 1. matri filium necanti imponatur poena parricidi, sed non ita patri: vnde dispositionem d. l. Diuus esse specialem in patre, nec trahendam in consequentiā ad alios. firmissimè tenendū est.

8 Veritas itaque opinionis pro marito deuincitur ex dicta l. Grachus in d. 2. responso retento intellectu, quod ibi agatur de homicidio in fraganti, & ex d. S. Imperatores per rationem decisiuam, quæ in utroq; textu eadē est in primo. ibi, quia & nox, & iustus dolor factum eius relevant: in secundo ibi, cùm sit difficillimum, iustum dolorem temperare; nam & si in eis adulterum in adulterio deprehensam proponatur: vnde Farinac. d. conf. 141. num 4. ex eisdem, & alijs iuribus concordantibus suam tuetur opinionem per regulam relatam num. 6. quod vbi lex loquitur cū aliquo præsupposito, cessante præ-

supposito, cessat illius dispositio.

9 At hæc regula tunc viget, & locum obtinet, cùm præsuppositum continet rationem finalē dispositionis; alias si ista ulterius se extendat, extenditur etiam dispositio, cùm legis vigor in ratione consistat, l. scire. ff. de legibus. cap. fin. de regul. iur. in 6. tradit, & per plura exornat Camillus Borrell. de magistr. edit. lib. 2. cap. 2. à num. 7. vbi num. 11. dicit, quod ratio est ipsius legis mens, spiritus, & anima, verba autem sunt corpus, & nu. 16. quod ratio præfertur ipsi legi, ac 10 verbis, & eius dictio est potior: vndē cùm ratio decisiva dictorum iurium consistat in dolore iusto, consequens fit, quod vbiunque maritus ex iusto dolore propter adulterium vxoris mouetur ad necem, siue illam deprehendat in fraganti, siue ex interuallo, excusari debet à pena ordinaria.

11 Quamvis enim Farinac. d. conf. n. 9. pro iusto dolore intellexerit doloris impetum, quo maritus impetratur, & exardescit, proprijs oculis cernens uxorem, & adulterum in actibus venereis, iuxta id, quod dicitur in d. S. Imperatores. ibi impetu, tractu doloris, & in l. nec in ea S. fin. ff. eod. ibi mariti calor, & impetus. Ex quibus illud maximè prætentit, quod tam seruens, & fortis dolor mariti in adulterio ex interuallo commisso neutquam concurrat.

12 Animaduersione tamen dignum est, quod etiam si concedatur doloris impetum esse maiorem in deprehensione, quam in conuictione, non tamen iura prædicta ex ratione impetus, sed iusti doloris constituta fuere; nec sufficit, maritum dolore compungi; nisi etiam dolor iustus sit. Quis autem in proposito censi rebeat dolor iustus? hoc opus, hic labor est, & à nemine tactum reperitur; nam & si d. l. Grachus, & d. S. Imperatores manifestè aperiant, & demonstrent, iustum dolorem in marito dari, vbi uxorem deprehendit in adulterio,

sed

sed qua ratione id factum, nequaquam declarant.

13 Dici autem non incongruè potest, dolorem iustum ex eo decerni in marito deprehendente vxorem in adulterio, quod tunc ius ipsum marito iubet, quod dolat, & irascatur vxori, & alias eum punit, ut constat ex *L.mrito 29. ff.eod.ibi mariti lenocinium lex coercuit, qui deprehensam uxorem in adulterio retinuit, adulterumque dimisit, debuit enim uxori quoq; irasci; quæ matrimonium eius violauit.* Sed rursus, qua ratione hoc de marito tunc statuatur, lex ipsa patefacit per hæc verba. Tunc autem puniendus est maritus, cum excusare ignoratiā suam non potest, vel adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis. Ecce ergo ratio originalis, & fundamentalis, super qua nititur resolutio nostræ conclusionis; certitudo scilicet scientiæ, & credibilitatis mariti deprehendentis vxorem in adulterio, quia tunc non potest allegare ignorantia, aut incredibilitatem; itaque ex ipsa certitudine resultat causa iusti doloris, & per iustum dolorem maritus, & si dumtaxat teneatur vxorem dimittere, & nequeat occidere, verum tamen sequuta nece, propterea quod delinquat per excessum, remittitur poena ordinaria, & extraordianaria imponitur per dicta iura; ac propterea ex eis generalis deducitur conclusio, quod vbi cunq; in marito dari potest certitudo scientiæ, & credibilitatis de adulterio vxoris, siue ex actu deprehensionis approbato, & à iure recepto, siue ex alio quocunque modo, si non approbato, non tamen excluso, sed potius comprehenso per rationis identitatem, si ille statim, & incontinenti perimerit vxorem, aut adulterum, excusandus erit à poena ordinaria delicti.

14 Benè verum est, quod præter di-  
atum acutum deprehensionis omnis  
alius dubius, & ambiguus erit in cer-  
tioranda scientia, & credibilitate.

adulterij, siue ad punitionem, de qua in d.l. mariti, vxorem retinendo, siue ad excusationem, de qua in d.S. Imperatores, & in d.l. Grachus in casu homicidij, prudentis ergo Iudicis arbitrio committendum erit; tunc verò maximè daretur certitudo seclusa deprehensione, vbi vxor proprio ore fateretur adulterium, ut in casu Ber-  
tazzoli, & Mar. Mutæ, quorum decisiones summo iute, & ratione subnixaæ apparent, & Marta in suo casu presupponit, de adulterio constare, & Petr. Cabal. d. resol. 300. n. 26. loqui-  
tur de existente verè, & realiter adul-  
tera, hocquè apertissimè probato.

15 Nulla ergo vrgens ratio differen-  
tiæ assignari potest, propter quam  
maritus excusetur ab homicidio vxo-  
ris, seu adulteri, vbi eos in adulterio  
deprehenderit; secus autem si per  
propriam vxoris confessionem, vel  
aliam legitimam, & certam pro-  
bationem de adulterio conuicerit,  
propterea quod vera sit opinio Ber-  
tazzoli, quam sequuntur alij, quod  
scilicet conuictus de delicto dicitur  
in eo deprehensus, ut est textus clarus  
in *L. que sententiam. C. de pæn. ibi con-  
uictus sit,* & sic in obiecto flagitio de-  
prehensus.

16 Nam & si Farinac. d. cons. 141. n. 9.  
ad finem dicat, hoc procedere, quan-  
do agitur de puniendo deprehēsum,  
secus autem quando de excusando  
occidentem deprehensus in facino-  
re, attamen hanc suam distinctionem  
iure non probat, eiusquè opinio in  
eo dumtaxat casu, in quo consuluit,  
potest esse vera, ut maritus tunc te-  
neatur pena ordinaria, cum occide-  
rit adulterum, seu vxorem non in-  
continenti, postquam deprehēderit,  
vel conuicerit de adulterio, sed ex  
interuallo, calore iræ cessante, post-  
quam scilicet ad extraneos actus se-  
diuerterit, iuxta ea, quæ tradit per  
totum d. consil. & præcipue num. 12.  
& 25. in fine, vbi expressissimè inquit,  
quod sua dubitatio non erat de ma-

SV M M A R I V M.

rito occidente adulterum ex inter-  
vallo, hoc est de eo, qui ad extraneos  
actus neutquam diuertit, & in his  
quoq; terminis intelligenda est deci-  
sio Papon. superius relata.

17 Certissimum namquè est, quod si-  
cuti pater, vbi apprehendit filiam in  
adulterio, ad hoc ut liberetur à ne-  
ce, debet occidere illam in conti-  
nenti, antequam ad alios actus se di-  
uertat, ut habetur in d.l. quod ait lex  
§. fin. Ità pariter hoc ipsum tenetur  
facere maritus, ut excusatetur à pena  
ordinaria, siue deprehendat, siue con-  
vincat, nec hoc negant, quin immò<sup>mo</sup>  
supponunt, & constituunt pro vero  
Bertazzol. Marta, à Pont. Caball. &  
Mutavbi supra, ceterique sectatores  
nostræ conclusionis: sufficit autem  
quod fecerit statim, ac potuerit, quia  
tunc dicitur, in continenti fecisse; &  
hoc est, quod considerat lex, ut post  
Augustin. de Arim. & Ponte tenet C. s.  
de Barz. decis. Bonon. 132. num. 31, sed  
de hoc latius in fortioribus terminis  
per Nicol. Anton. Gizzarell. decis. 18.  
num. 4. & 5. vbi Addentes post hæc  
scripta visi plures alios citant, &  
signanter Didac. de Mar. num. 7. in  
proprijs terminis firmat, post Giurb.  
conf. 86. num. 19. cum quo nouissimè  
transit Dominus Regens Sanfelic. post  
hæc scripta visus decis. 264. num. 5.  
tom. 2. ac propterea ex his dictis Pa-  
lazoto fuit dumtaxat in exilium con-  
demnatus.

## ARGUMENTVM.

Maritum constringi alimenta  
necessaria vxori præstare,  
etiam extrà illius domum  
agenti ad Thori separatio-  
nem pendente lite, non pro-  
batis adhuc iustis causis cō-  
tra illum, dummodò de in-  
iustis contra eam nullatenus  
apparet.

- 1 Alimenta sunt præstanda uxori ad thori separationem agenti, quamvis separationis iustas causas non probauerit, dummodo iniusta contra eam non appareat.
- 2 Dispositio prædicta à fortiori habet locum, quando vxor marito dotem deredit.
- 3 Fundamenta oppositæ opinionis eneruantur, & reiciuntur.
- 4 Vxor à domo mariti discedens propria auctoritate, non probata priùs causa legitima, tunc alimenta habere non potest, quando sine iusta, & rationabili causa discedit, iniusta autem causæ dicuntur, quæ ipsius leuitatem denotant.
- 5 Vxor agens ad separationem Thori, expensas, quæ ad huius litis prosecutionem interesse debent, à mari-  
to de dote babet, ne ius suum amittat.
- 6 Reus, qui est absoluendus, melius est, ut frugaliter lite pendente eroget, ne actor magnam litem pra inopia non defendat.
- 7 Alimenta uxori fugitiæ debentur, iusta, vel iniusta cause cognitione præ-  
cisa.

## DECISIO VI.



I Limenta per maritum  
vxori extrà illius do-  
mum agenti ad Thori  
separationem, in dubio  
etiam non probatis iu-  
stis causis contra illum, dummodò  
de iniustis contra vxorem non appa-  
reat, fore præstanda. Conclusum, &  
decisum fuit ad fauorem nobilis Victo-  
rie Pijquedda, & Machi contra eius  
virum Ianuarium Deliperi V. I. Do-  
ctorum Die 14. Mensis Augusti 1636.  
me referente. Actuario Hieronymo  
Martis Notario. Per decis Matth. de  
Afflict. 10. cum addit. ex quibus con-  
stat, maritum teneri subministrate

ali-

alimenta vxori secum litiganti, sequitur Ioseph Ludou. decis. Perusin. 64. num. 4. atque in puncto, quando lis est super matrimonio dirimirendo, cum multis probant Aluar Valasco. decis. 1. num. 5. & Alex. Trentacing. variar. resolut. lib. 1. tit. de aliment. resol. 1. nu. 37. quod sequuntur Didac. de Mari in addit. ad decis Gizzarelli 47. nu. 5. alios referens. Iuan. Petr. Fontan. de paci. nuptial tom. 2. claus. 5. gl. 2 par. 4. num. 69. & Rot Roman. apud Ludo- uis. decis 534. num. 2. vbi id iustitia, & æquitati conuenire affimat, quod tunc demum procedit, quando vxor marito dotem dederit, secus si alias, vt declarat ibi Beliram. in addit.

Nequè obstat, quod in hac ultima decisione dicitur, eò magis procedere, vbi vxor obtinuit sententiam in causa principali, quod etiam cum alijs probauit Ioaann. Baptista Ferret. conf. 97. num. 1. in fine, & num. 2. contra conclusionem addit, quod alias si vxor propria autoritate discesserit à viro, non probata prius causa legitima, non tenetur ille eam alere, etiam lite pendente super separatione: sequitur, & cù decisionibus Rot. Roman. cēprobat Hercul. Marescot. variar. resolut. lib. 2. cap. 83. num. 68. Conuenit etiam quod in Curia Archiepiscopali Neapolitana resolutū dicit Ioaann. Aloys. Riccius in 4. parte suarum decis. decis. 35. num. 17. mulieri lite pendente super separatione matrimonij. minimè esse præstanda alimenta, quotiēs sui culpa contigerit lis per Doctores, quos citat.

Siquidèm oppositum de sententia facile diluitur ex receptioni opinione, quæ docet, quod etiam si deficiat sententia, alimenta tamen, sumptusq; litis debentur; dummodò pro alimentario præsumptio boni iuris, & paupertas concurreat, & constat per Doctores à capite citatos, signantè per Valascum. Fontanell. cum alijs nouissimè additis ad Ludouic. Molin. de Hispan primogen. lib. 2. cap. 16. a num.

29. usque ad 38. recentèr etiam post multos docet Gabr. Aluar. Veluz. de priuileg. paup. par. 1. quæst. 39. num. 21. & per totam quætionem latè de materia, & ad eam post hæc scripta visi Dominus Regens Galeota controu. illustr. lib. 1. controu. 6. & Laurent. Vr- sel. conclus. legal. tom. 1. conclus. 50.

Quod autem additum fuit de vxore discedente propria autoritate, neutiquam probata priùs causa legitima, tunc locum habet, cùm vxor sine iusta, & rationabili causa propria autoritate, seu potius leuitate à marito recedit, secus autem si ex iusta causa iudicio Prudentum ponderata, vt declarando contraria probauit Rota Romana decis. 250. post 2. volum. consil. Farinac. num. 4. ac propterea num. 3. firmat nostram conclusionem, quod vxori extiā domum mariti agenti super separatione Thori, & cohabitationis cum marito litigare volenti, subministrari potuisse alimenta, licet nondum esset probata mariti fœticia, vel adulterium: sequitur Fontanell. vbi supra num. 68. nec non in proprijs terminis est definitio Antonij Fabri 26. in C. tit. de rei vxor. action. in allegat. & facit decis. D. Ludou. Peguer. 20. cum alijs additis per Petrum Barbos. ad Rub. ff. solut. matrimon. part. 2. num. 44. in fine, vbi libenter admittit, mulieri agenti ad separationem thori per maritum de dote necessarias expensas ad litem prosequendam fore præstandas, ex ea ratione, ne scilicet alias ius suum amittere cogatur: sequitur Pater Sanch. de matrim. lib. 10. cap. 8. nu. 28. vbi affirmat, nullum de hoc esse dubium, ex illa ratione, ne mulier expensis destituta à causa cadat, idquè ad eius favorem rem semper in du- bio, quotiēs non apparet de causis iniustis contra eam, tenendum est; propterea quod, vt post alios scripsit Dominus Scipio Theodor. allegat. 64. num. 15. hoc leges animaduertane minus esse inconveniens, reum, qui

venit

venit absoluendus, aliquid modicum  
potius erogasse lite pendente, quām  
actorem magnam litem p̄x inopia  
defendere non potuisse; & pro nostra  
etiam conclusione confert, quod in  
fortioribus terminis dicit Ioann. Vi-  
cent. de Anna singul. 21. in fine, se vidis-  
se per Sacrum Consilium Neapolitanum  
decerni, alimenta vxori fugi-  
tiꝝ postposita cognitione iustæ, vel  
iniustæ cause. Sed an Iudex laicus  
possit ea alimetita decernere, & assi-  
gnare, an iusta etiam causa sit ad ali-  
menta extrā domum, quod vxor no-  
luit habitare cum priuignis, ad alias  
conclusiones, quæ incipiunt Iudicem,  
& Vxorem recurrentem est.

## ARGVMENTVM.

Ex donatione etiam contemplatione certi matrimonij  
facta nullum ius quæri vxori, vel filijs ex eodem matrimo-  
nio, ad hoc vt eo consta-  
te agere liceat ad reuocationem retrocessionis, seū  
alterius alienationis bonorum  
donatorum per donatarium  
peractam, vbi is ex alijs bo-  
nis matrimonij onera susti-  
nere valet.

## SUMMARIUM.

1. *Filij si bona à patre certi matrimonij contemplatione donata non petere promittant, si habent, ut aliundē matrimonij onera valeant sustinere, maioris commoditatis alimen- torum prætextu non possunt promis- sionem illam reuocare, nec mulier*

- pro avois securitate eā impagnare.
- 2. *Remissio valet in remittentis p̄audi- cium.*
- 3. *Vxor, aut filij nunquam possunt con- queri, quando eorum ius maneat il- læsum.*
- 4. *Remissio p̄dicta si diminutionem in arris mulieri non afferat, ei contra- dicere non potest, secus si damnum pa- tiatur propter diminutas facul- tates; hoc autem non procedit in fru- ctibus, quia extante matrimonio sunt viri, & remittere potest.*
- 5. *Fructus dotis, si maritus aliundē ba- beat, vnde possit onera sustinere, remittere potest.*
- 6. *Remissio fructuum facta à marito va- let, quia sunt mariti, & retrocessio capitalis bonorum donatorum ma- rito etiam valet, quia illius sunt, & non vxoris.*
- 7. *Differentia, quæ extat inter fructus, & capitale, explanatur.*
- 8. *Remissio fructuum alienatorum, etiā pro iuribus donum, & in subsidium non reuocatur, quamvis stipulatum sit, vt oneribus matrimoniū inservient, non solum secundūm necessita- tem, verū etiam omnimodam su- perfluitatem.*
- 9. *Creditores mariti bene agere possunt pro eorum satisfactione ex fructi- bus dotis, deductis matrimoniū one- ribus.*
- 10. *Opinio Molfesij in addit. ad suum cōs. 11. nu. 18. ad Consuetud. Neap. ha- bentis, non valere retrocessionem ca- pitalis, quando donatio est facta cer- ti matrimonij contemplatione, ex eo, quod ius vxori fuit in donatione quæsum, enarratur, & à num. seq. reicitur.*
- 11. *Donatio contemplatione matrimonij vxori non parit aliud ius, quām hy- potheca.*
- 12. *Fructus sicuti non queruntur vxori, ita & donatio capitalis facta mari- to.*
- 13. *Interesse mulieris (à Molfesio prola- tum) quæ utique non contraxisset,*

- nisi talis donationis contemplatione, reprobatur ex eo, quod nunquam posset de suo patrimonio maritus ex hypothesi disponere.
- 14 Mulier potest impedire alienationem rerum donatarum contemplatione matrimonij usq; ad securitatem dotis suae.
- 15 Donatio facta filio contemplatione certi matrimonij ius non parit filii ex eo matrimonio.
- 16 Alienatio rerum in ista donatione contentarum prohibetur, si fiat non solum filio, sed etiam filiis nascituris, & ius eis acquiratur non uti hereditibus, sed uti filiis.
- 17 Maritus non solum potest bona donata contemplatione matrimonij alterius obligare, sed etiam donanti retrocedere, dummodo ius extet uxori pro sua dotis securitate.
- 18 Simulatio, quae non est nucia, impunita est.
- 19 In pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis.
- 20 Retrocessiones donationum contemplatione certi matrimonij nullae censentur, si ex eis ius uxori, vel alterius questum fuit, nempe si marito simul, & uxori facte fuerint.
- 21 Argumenta contrariorum soluuntur, & num. seqq.
- 22 Repromissiones clandestinae in præiudicium uxoris, vel alterius irrita censentur.
- 23 Oppositi Ferentil. de revocatione donationis non habet locum, & explanatur.
- 24 Ius acquisitum non censetur ei, quando pro eo nulla adegit stipulatio.
- 25 Opinio Cutelli de donation. tom 2. tract. 2. discurs. 1. special. 9. à n. 11. afferentis, in donatione contemplatione certi matrimonij ius queri uxori, & filiis citra revocationem expressu, aut stipulationem, damnatur.
- 26 Doctrina Domini Scipio. Theodor. in allegat. 43. explicatur, ac defenditur, & num. 27.
- 28 Conclusio nostra comitem habet sen-

- tentiam Domini Regentis Capycij Latro in consult. 46. nu. 9. nempe ut in citata donatione primus acquirens possit ad libicum dispone re, nec filius & filius eius queratur, sed tanquam hereditibus.
- 29 Doctrina Bertrandi in consl. 276. dilucidatur, ac nostra conclusioni non opposita demonstratur.
- 30 Asserta per Dominum Regentem Merlinum controversi forens. to. 2. cap. 34. quamvis nostræ conclusioni contraria videantur, tamen ab eius intellectu longè distant, & in quo casu loquuntur, explanatur.

## DECISIO VII.

 Nt Epochas, quibus filii pollicentur fructus, & pensiones bonorum sibi à patre donatorum contemplatione certi matrimonij, aut etiam ipsa bona donata in totum, vel pro parte non petere in præiudicium ipsorum filiorum, si aliundē habeant, vnde commodè matrimonij onera sustineant, validas esse, nec uxorem constante matrimonio prætextu maioris comoditatis alimentorum, aut securitatis dotis, & iuriū dotalium, siue legitimæ filiorum ex eo matrimonio natorum fore admittendam ad illarum impugnationem. Conclusum, & decisum fuit Die 27. Mensis Ianuarij anni 1634. ad favorem nobilis Marie Manca de Bacullar contra D. Antonium Manca, & Domnam Mariam eius uxorem referente nobili D. Gaspare Pira. Scriba Ioanne Antonio Polla notario.

Per doctrinam in terminis P. Thom. Sanch. de matrimonio lib. 6. disput. 32. 2. num. 6. vbi ait, valere prædictam remissionem in remittentis præiudicium, cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, vulgata l. in remandata C. mandat, nec uxor, aut filii poterunt conqueri, quando non legenduntur, sed ius suum illatum manet:

vnde

- vnde ex hoc inferit, vxorem pati non posse diminutionem in arris sibi promissis propter praedictam remissionem, quia tunc esset in eius praejudicium,
- 3 additq; ex *Angulo*, quem citat, quod si hanc diminutionem in arris minime patiatur propter remissionem, neutiquam posse illi contradicere, nec etiam filios, si remissa donatio claudatur in quinta bonorum parte, de qua potest pater in hoc Regno Castellæ in ipsorum praejudicium disponere: nam & si statim dicat, non approbare id, quod vxor non valeat contradicere, quando remissio non laedit ipsam in arrarum quantitate, quia patitur etiam damnum, ex eo, quod diminutis facultatibus non ita opulentam, & tranquillam vitam matrimoniale ducet, sed hac ratione non obstante contrarium in fructibus, quia sunt viri, & non vxoris.
- post *Franc. de Amic. & Ioann. Baptista Stam Thoro* decisum refert *D. Andr. Molfes* in additione ad suum consil. i. num. 17. in 2. tom. ad *Consuet. Neapol.*
- 5 & per hanc rationem etiam in fructibus dotis, quia sunt mariti constante matrimonio, si aliund habeat vnde matrimonij onera sustineat, posse illum, ad libitum disponere, & dilationem dotati dare, ex decisionibus *Joseph. Ludou. & Anton. Fab.* quas refert, & firmat *Ioann. Petr. Fontanell. de paci. nuptial. tom. 2. claus. 6. glof. 2. par. 2. num. 3.*
- 6 Ac propterea hæc eadem ratio, que pro validitate retrocessionis fructuum facit ex eo, quod sunt mariti, & non vxoris, facit etiam pro validitate retrocessionis capitalis bonorum donatorum marito, cum ea pariter sint illius, & non vxoris, & nulla rete inter fructus, & capitale constituit
- 7 potest differentia, nisi quod in capitali ius competit vxori, statim ac donatum est contemplatione certi matrimonij pro securitate sua dotis, & iurium, & alteratio, seu retrocessio in eius praejudicium non tenet, sed in-

- fructibus alienatis, & retrocessis, etiā pro iuribus dotum; nec etiam in sub-
- 8 fidum datur revocatio, quia immo etiam si de his fuerit expresa stipulatum in capitulis nuptialibus, quod inseruirent oneribus matrimonij notam secundum necessitatem, quam omnimodam superfluitatem, ut in calu, in quo consuluit *Regens Scipio Rouit. conf. 88. vol. 2.* subintrat in eo arbitrium Iudicis pro debita taxatione, & adjudicatione ex dictis fructibus facienda, ad alimenta, & onera matrimonij sustinenda; sicuti fit in fructibus dotis, quæ principaliter, & plenè ad hunc effectum constituitur,
- 9 & tamen in eo, quod supersunt fructus, deductis oneribus matrimonij, recte agere creditores mariti pro suis creditis recipiendis, est celebris *decis. Vincent. de Francb. 617.* quam alios citans sequitur *Fontanell. dict. claus. 6. glof. 2. part. 2. num. 20.* & ideo de fructibus donatarum rerum marito *Rouitus* in fine illius consilij decisum refert, medietatem fructuum adjudicatam fuisse pro alimentis, & aliam medietatem creditoribus, & de hac decisione meminit etiā *Molfes. loco citato num. 18.*
- 10 Nequè obstat, quod iste ibi hæc declarat procedere, quando donatio praedicta non consistet principaliter in annuis introitibus, & num. seq. dicat, quod retrocessio capitalis non tenet, quando donatio est facta contemplatione certi matrimonij, propterea quod hæc non ita simpliciter sint intelligenda, ut sonant, quasi quod nullo modo valeat retrocessio capitalis, & annuorum introituum, sed cum modificatione, de qua per eundem *Molfes. in d. cons. 11. tom. 1. num. 1. & 2.* ubi fundamentaliter de his duabus conclusionibus peragit, easque constituit, ubi ius vxori simul ex donatione fuit quæsum, & idem firmat *num. 22. de fructibus*, si in eis ius vxori pariter queratur; ac proinde differentia inter fructus, & capi-

tale

tale notata vbi suprà in *additione*, intelligi, & declarari debet iuxta terminos dictatum conclusionum, ad quas expressè se remittit, vt scilicet non valeat retrocessio, vbi ius vxori fuit ex donatione quæsitum, quod in eadem *addit. num. 8.* & *12.* amplius declarat, vbi donatio facta fuit contemplatione certi matrimonij, secùs autem si incerti, vt *num. 9.* & *13.* præterquam pro hypotheca ratione datis, & iuriū dotalium.

**11.** In hoc autem allucinatur *Molfeasius*. cum nonnullis alijs existimantibus, ex donatione contemplatione certi matrimonij aliud ius quam hypothecæ vxori acquiri, etiam si de ea nulla sit facta mentio in donatione, quia hoc neutiquam verum est; nam sicuti de fructibus admittit, & comprobat ex alijs *d. conf. 11. num. 26.* quòd vbi ex donatione facta contemplatione matrimonij exprimetur persona filij tantum, licet fiat occasione, & causa matrimonij; nihilo minus ex illa nullum ius acquiritur vxori; ita in donatione capitalis idē contra suam opinionem pulchrè docuit *Alciat. conf. 7. lib. 8. num. 22. vers. citrā secūdum*, & est *decis. Rot. Roman. 537. part. I. in nouissimis*, & sequitur *Steph. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 924. num. 44.* & *53. cum seq. & firmans Cardin. Manric. de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 4. nu. 12. Ioann. Franc. à Pont. conf. 80. à nu. 10. vol. 1. & Scipio Roti. conf. 15. num. 7. vol. 2.*

**13.** Quanquam enim is *num. sequenti* asserat, quòd vxor, quæ contemplatione talis donationis matrimonium contraxit, fortassis aliter non contrahere, habet aliquale interesse in cōsequentiam, & ad hoc interesse introducendum est, vt ipsa possit agere ad obseruantiam donationis prædictæ. At his omnibus plenè satisfacit *Alciatus. d. conf. 7. num. 29.* quòd sibi impuiet vxor, quæ nō inuestigauit qualitates istius donationis per *l. qui cum*

*alio. ff. de regul. iur.* & rursus dicit, quòd istud interesse non est probabile, alioquin nō posset maritus neq; disponere de suo patrimonio, quod tamen est falsum, quia solùm potest **14** impedire usquæ ad securitatem datis suæ, & non ultræ per *l. si constante ff. solut. matrim.* Prætereà inquit, quòd istud principaliter interest mariti, vndè excluso eo, non curamus de interesse secundario, & remoto, secundum *Glos. in cap. quamuis, de patris lib. 6.* cum alijs, de quibus per eū, & ultimò probat, filijs ex donatione contemplatione matrimonij ius non quæreri, quod etiam post *Decium*, quē citat, tradit *Rouit. d. conf. 15. num. 1. cum seq.* Conferunt quoq; latè tradita per *Jacob. Menoch. conf. 286. lib. 3.* videndum, quia postquam ad partes examinat articulum, tandem docte, vt solet, concludit, & comprobat, ex donatione facta filio contemplatione certi matrimonij nullum ius quæreri filijs ex eo matrimonio, & secundum eius consilium iudicatum refert *Gaspar Anton. Thesaur. question. forens. lib. 4. quest. 2. num. 4.* sequitur *D. Ioann. Castill. Sctomator. quotid. controve. f. lib. 4. cap. 5. à num. 25. cum alijs ab eo citatis.*

**16** Ad hæc tandem concinune tradita per *Ioann. Franc. de Pont. d. conf. 80. num. 15.* in ea parte, in qua defendit, posse maritum obligare rem taliter donatam, & ad impediendas has alienationes solitas esse fieri donations, non solùm filio; sed etiam filijs nascituris, ita quòd filijs, vt filijs non vti heredibus ius acquiratur, quidquid alias dixerit in alia parte prædicta decisione *Guid. Pap.* & aliorum circa reuocationem, & retrocessionem donationis, quam nullo modo valere præsupponit; nám etiam si verum esset id, quod de reuocatione contendit, nempè donationem à patre filio contemplatione certi matrimonij validam esse, & irreuocabile, & ex eo quòd, vt tradit ex alijs *Guid.*

Pap. in illa aecis. 145. est pars contratus matrimonij, & cum ipso contraetu dotali confunditur, & dotis, & donationis propter nuptias naturam sortitur, & retinet, quod etiam probat Mantic. d. num. 12. & firmant decisiones contrariae per de Ponte relata; quod uti erroneous confutat subtilissimus Antonius Faber de error. pragmat. tom. 2. decad. 41. error. 2. que sequitur Anton. Merend. controvers. iur. lib. 1. cap. 22. num. 14.

Sed quod attinet ad retrocessio-  
nem, quae validitatem donationis  
presupponit, & pender non ex sola  
voluntate donantis, qui retrocessio-  
nem facit, utique validam esse, de ne-  
cessitate fatendum est, sicuti valet  
bonorum donatorum obligatio, ut  
probatum extat; alias si illa non vale-  
ret, pariter nec ista, ut considerat  
Steph. Gratian. d. cap. 924. num. 37.  
nullaque bona ratio differentia redi-  
ti potest, cur maritus valeat, bona  
donata contemplatione matrimonij  
alteri obligare, & donanti retroce-  
dere nequeat, supposito casu, quod  
in utroq; saluum ius remaneat vxo-  
ri pro securitate suz dotis, & iurium  
dotalium, quoties ex alijs bonis ma-  
riti soluto matrimonio satisfactione  
debitam consequi nullatenus possit.  
Quod maximè considerat ex alijs  
Rouit. d. conf. 15. num. 8. in fin. & num.  
seq. dicit, hoc interesse non esse per-  
petuum, nisi donec, & quo usq; durat  
matrimonium, eoq; constante, at ipso  
dissoluto cessat penitus hoc interesse  
vxoris, per doctrinam Oldradi quem  
refert; similitè etiam eo casu cessat  
interesse filiorum, si matrimonium  
dissoluatur sine labore, adeò quidem  
ut valeat tunc remissio, & retrocessio,  
ut tradit Sarcb. d. num. 6. in fine.

Nec alias etiam constante matri-  
monio est curandum de simulatione  
inter patrem, & filium, in qua maxi-  
mè se fundant decisiones illæ in cō-  
trarium relatæ, quia cessante inte-  
resse vxoris, filiorum, & alterius, si

mulario, quæ non est nocua, impuni-  
bilis est, ut in terminis ex alijs agno-  
scit Steph. Gratian. discept. forens d.  
cap. 924. num. 8. Filius verò, de cuius  
principali interesse agitur, qui retro-  
cessionem fecit, nō potest iuuari per  
allegationem simulationis, aut etiam  
fraudis; cum de his participauerit, &  
pater donans aliás non datus, sup-  
posita inualiditate retrocessionis re-  
maneret deceptus à filio, ut in simili  
casu considerat Ioann. Griuell. decis.  
Dolan. 48. num. 10. in pari itaq; causa  
turpitudinis melior debet esse con-  
ditio patris possidentis, iuxta tradita  
per Ioan. Petr. Fontan. de paci. nuptial.  
tom. 2. claus. 5. glos. 7. num. 9. & 17. ac  
proindè decisiones illæ contrariae,  
de quibus latè per Vincet. de Franch.  
decis. 203. cum suis addentibus Flavi.  
Amend. & Horat. Viscont. per Ioann.  
Franc. è Pont. conf. 25. num. 12. cum  
seq. & de potest. Proreg. tit. 6. de assens.  
Reg. S. 2. à num. 21. & ibi per Ioan. Ba-  
ptist. Thor. in addit. & in suo compen-  
dio decis. in verbo donationes; latè etiā  
per Ioann. Petr. Fontanell. de paci. nu-  
pti. tom. 1. claus. 4. glos. 1. num. 18. &  
21. cum seqq. per Papon. lib. 11. titul. 1.  
arrest. 15. per D. Francisc. del Castill.  
decis. 51. n. 9. tom. 1. & per Steph. Gra-  
tian. dict. cap. 924. per totum. vol. 5. Ex  
quibus resultat, retrocessiones dona-  
tionū cōtemplatione certi matrimonij  
nullitatis vicio laborare, nullasq; es-  
se. Signanter ex Jo. Franc. de Pontio, et  
Gratian. latelligendæ tamen sunt in  
casibus, in quibus ex donationibus  
ius principaliter vxori, vel alteri fuit  
quæsum, reputata si marito, & simul  
vxori nominatum, aut filii ex eo ma-  
trimonio uti filiis, non vel heredibus  
donatio facta fuerit, aut ubi vxor so-  
luto matrimonio fraudaretur securi-  
tate suz dotis, & iurium, aut filii sua  
legitima extræ casum nostræ conclu-  
sionis.

Ex his itaque patet, & perlique  
solutio, & satisfactio ad ea, quæ post  
hæc scripta visa aduersus conclusio-

- nem deducta fuere per *Ioan. Decker.*  
in sua *decis. 14. cap. 4.* per *Ioannem Franc. Ferentil.* in addit. ad *Buratt. decis. 861. tom. 2.* latiusque per *D. Mari. Cutell. de donation. tom. 2. tractat. 2. discurs. 1. spcial 9. à num. 10. & Dominum Regent. D. Franc. Merlin. controvers. forens. tom. 2. cap. 34. per totum.*
- 22 Nam quod attinet ad primum, verum est, quod definit, clandestinas reprobationes in præjudicium vxoris, vel alterius inanes, & irritas dijudicari debere; at in casu nostræ conclusionis illud potissimum supponitur, per retrocessionem nullum præjudicium vxori, vel filiis inferri; propterea quod retrocedens valeat, & potens sit ex alijs bonis matrimonij onera subire, & sustinere, eq; soluto integrum, & saluum ius eis permanere, ad repetitionem nimirum dotis, iuriumq; dotalium, nec nō legitimæ.
- 23 Quod verò addit *Ferentil.* de reuocatione donationis, satis in conclusione probatum, & declaratum, apparet, neutiquam pertinere ad retrocessiones, & alienationes per donarium factas, de quibus dumtaxat in ea pertractatur, atquè ad sui confirmationem maximè vrget hæc
- 24 eadem *decisio Buratti,* in qua donatio peracta supponitur contemplatione certi matrimonij; nihilominus tamen, quia nulla stipulatio pro vxore, aut filiis interuenit, nullum eis dominium, neq; ius acquisitionem censi, decisum fuit per Sacram illam Romanam Rotam, rationibus, & autoritatibus ibi à num. 1. relatis, quas in casu fortiori obtinere, & locum sibi vendicare, dixit num. 8. etiam quando mentio filiorum facta fuisset.
- 25 Nec ab ea in illa parte, in qua cum nostra conclusione concordat, redere licet, per apposita ab ultimo *D. Mario Cutell. locu* suprà citato à num. 11. ubi id maximè probare nititur, atquè concordat, quod scilicet ex donatione contemplatione certi matrimonij ius auerterit vxori, & filiis
- citrà vocationem expressam, aut stipulationem, per doctrinam *Bertrandi conf. 276. col. 2. vol. 3.* quam à Regente de Ponte, à Domino Regio Consiliario *Scrip. Theodor.* & ab alijs sequutam, differit.
- 26 Quia vltra deducta ad comprobationem conclusionis cum veriori, & receptiori sententia adhuc prenotari oportet, quod idem *Dominus Theodorus* agens de doctrina illa *Bertrandi* in *allegat. 78. num. 16.* illius somni fuisse affirmat, ac propterea miratur, quomodo illo usus sit *Regens de Ponte*, quam & alios allegat, vt probet, *Bertrandi* opinionem nullatenus esse veram; quapropter minus recte per *Cutell.* adducitur d. *Dominus Theodorus* ad suam opinionem comprobandam, cum verius sit, eam impugnare, nostramque conclusionem tueri.
- 27 Quod etiam ille firmat in *allegatione 43.* in qua allegatur per *Cutell.* à num. 20. cum seq. non id agit, vt excludat, & damnet validitatem nostræ retrocessionis, sed id maximè contendit, vt probet, post perfectam donationem reuocari nullatenus posse propter vxoris, & filiorum interesse, quod neutiquam cum nostra conclusio conuenit, nequè ad eam congruè adaptari potest, vt iam dictum, & edictum extat.
- 28 Ita similiter declarari, & intelligi oportet, quod *Dominus Regens Cap. Lato* in sua *consultat. 46.* à num. 9. pro opinione illa *Bertrandi* tradit, ne alias sibi videatur contrarius ex his, quæ postea docet in *consuli. 79.* à num. 44. ubi cum *Fabio de Anna cons. 52.* num. 22. firmissime tenet, de donatione cõtemplatione matrimonij etiam pro se, & liberis facta primum acquirentem ad libitum disponere posse, filiumque ipsius debere habere donationē cum qualitate hereditaria, per *consilium eiusdem Bertrandi 73.* lib. 2. qui à num. 6. punctualissime sentit, & tuerit, nullum ius acquiri filiis,

vti filijs ex ordinatione, contemplatione certi matrimonij, & filiorum ex eo procreandorum facta; vltieriusq; ipsem *Dominus Capycius* in hac eadem sua consultatione num. 54. pro satisfactione doctrinæ illius *Bertrandi*, & de *Ponte* ex opposito relatæ ita affatur, nequè his aduersatur consilium de *Ponte* 25. & consilium *Bertrandi* ab ipso allegatum, loquuntur enim prædicti Doctores, non ad finem, vt filijs queratur ius, tanquam filijs, & non tanquam heredibus, sed ad hoc ut donatione facta a contemplatione matrimonij reuocari non possit, quia in contractu matrimonij, nedum censentur contemplati filii, qui post matris obitum deberent esse ipsius heredes. Verum omnes, qui in contractu interuenerunt, quamvis nihil ex donatione ipsius unquam prouenire possit, ut considerat *Franch.* decif. 205. hactenus ille.

29 Accedat tandem, quod si beata attendatur tradita per *Bertrandum* in praefato suo cons. 276. in quo ad oppositum citatur, ad hoc ut ius queratur filijs ex donatione contemplatione matrimonij, taliter quod eis praividicium inferre nequeat, reuocatio etiam de consenu donatarij facta aperte loquitur in casu, in quo expressè donatarius stipulatus fuerat pro se, & suis ex eo matrimonio procreandis, vt constat ex num 4, ac propterea ineptè adducitur, & applicatur per *Cutellum ubi supra* ad casum nostræ conclusionis, in quo stipulatio, & vocatio filiorum expressè omnino deficit, nequè est curandum de alijs ab illo ad oppositum quoq; relatis; propterea quod ex iam dictis clarè liqueat de satisfactione, præsertim cum ipsem *Cutellus* in eodem special. 9. num. 25. cum duobus seqq. ex alijs limitationes afferat, & subiugat, per quas apprimè nostra conclusio stabilitur, & confirmatur. Dominus autem *Regens Merlin*. de ea præcipue pertraçat donatione, in qua pactum 30 expressum adiectum legitur, vt filij

ex eo matrimonio nascituri vti filij, non vti heredes succederent, vt in specie num. 7. notat, & ex longa serie illius capitulæ resultat, quod valde à nostra conclusione diitat, & discordat: & ad eam videndi sunt nouè etiā post hæc scripta vili *Paul. Staib.* iun. resolut. forens. 32. & 45. & *D. Petr. Noguerol.* allegat. 37. à num. 24. vbi in fortiori casu donationis filijs, & successoribus factæ, multas decisiones, & recentiores Doctores allegat, conciunt quoq; tradita per *Fontanell.* in suo nouissimo to. 2. decif. 581 à n. 8. in eo, quod fundat, non licere donatario contra retrocessionem agere, nam etsi cōtrarium decisum referat, vigore Constitutionis Cathalonie falsum dignoscitur, quod altiore m. requirit indaginem.

## ARGUMENTVM.

Vxorem neutquam lucrari antephatum, & sponsalitium, vulgò *esgreiz* dote non tradita, etiam si non dum aduenierit dies ad traditionem in ipsa dotis constitutione assignata.

## SUMMARIUM.

- 1 Vxor non lucratur antephatum si marito promissam dotem non tradidit.
- 2 Donatio propriæ nuptias non debetur, quando dos non fuit data, & mulier constituitur in mora, quamvis per maritum interpellatio non sit facta.
- 3 Donatio non debetur non data dose.
- 4 Antephatum dari dose non tradita si ad dotis solutionem sit præscriptus terminus, ac concessa dilatio, Doctores qui hanc opinionem sequuntur,

enarr-

- enarrantur, & eorum dicta numero sequentibus reperiuntur.
- 5 Tempus concedente marito ad dotis solutionem, non imputatur mulieri, cur dotem non exsoluerit; est fundamentum tacentium prædictam opinionem, & numeris sequentibus soluitur.
- 6 Dilatio ad solutionem dotis concessa, non mariti, sed uxoris parit visibilitatem, & qui sentit commodum, debet sentire incommodum.
- 7 Damnum, quod ex dilatione ad dotis solutionem contingit, non marito, sed uxori imputatur.
- 8 Tex. in l. ob res I. fin. ff. de pact. dotal. loquens in dote, habet locum in donatione propriæ nuptias.
- 9 Dilatio quamvis respiciat commodum creditoris, si interim debitor gaudeat aliquo beneficio, periculum rei imputatur non creditori, sed debitori.
- 10 Periculum rei vendite ad veditorem spectat, si sibi dominium reseruauerit, donec pretium fuerit solutum.
- 11 Dilatio ad solutionem concessa fidem de pretio parit, que pro solutione habetur; Alterum est aduersariorum fundamentum, & sequentibus reperiuntur.
- 12 Fides de pretio qua ratione pro numeratione, & solutione habetur, subsilitur explicatur.
- 13 Tex. in l. procuratoris S. sed & si ff. de tribut. action. interpretatur.
- 14 Solutio operatur, ut debitor ab obligacione se eximat.
- 15 Fides de pretio non in omnibus idem parit, quod operatur solutio, sed pro solutione ad instar nouationis habetur, quia liberatur quis ex prima obligatione, & debitor remanet ex mutuo.
- 16 Tex. in l. singularia ff. si certum petatur, & in l. qui negotia ff. mandati, conciliantur, & interpretatio Bartoli reprobatur.
- 17 Conuentio debiti ex uno contractu ad alium mutui sit per facultatem sol-
- uendi, etiam si res non sit realiter preparata.
- 18 Conuentio de uno contractu in mutuum non potest fieri, etiam si sit habitus fides de pretio, si debitor non habeat unde soluat.
- 19 Legis fictio non se porrigit ad impossibile.
- 20 Preparatio mentalis sufficit, quamvis pecunia non sit solutioni parata, ubi debitor fuerit soluendo.
- 21 Text. in l. promittendo S. si à debitorum fratre de iur. dicitur.
- 22 Obligatio pura, vel in diem statim novari potest, non autem conditionalis, sed ubi conditio extiterit.
- 23 Afflitus in decil. 333. in quo casu loquatur, & eius opinio locum habeat, explicatur.
- 24 Fides de pretio si non potest habere vim solutionis, non potest fingi ad me à te projectam.
- 25 Fides de traditione in rebus immobilibus primaæ obligationis exclusionem non introducit: sed illam facit durare.
- 26 Dispositio supradicta habet locum non solum in immobilibus, & mobilibus, que non consistunt in numero, pondera, & mensura, sed etiam si stateres estimantur pretio.
- 27 Res estimata, si debeatur, taliter quod fides de pretio habeatur, non contrabitur mutuum, nisi facta nouatione per stipulationem.

## DECISIO VIII.

I  Nephatum, siue sponsalium, vulgo (esgreiz) nullatenus deberi per maritum uxori, quæ dotem in numero, pondera, vel mensura neviquam consistentem post mortem patris tradere, promisit, nec tradidit, quia maritus prædecessit patri. Conclusum, & decisum fuit Die 8. Iulij 1624. ad relationem Magnifici Doctoris Petri Tarafsona. me tunc patrocinante in favorem

bere-

hereditatis Ioannis Baptiste Piagia contra Franciscum Periz, Actuario Sisinius Medda; & iterum ad mei assistentiam Cœclusum, & decisū fuit Die 22. Decembris 1635. ad relationem nobilis, & Magnifici D. Francisci Corts in favorem hereditatis quondam Doctoris Saluatoris Mostellino contra Mariam Sanchis, Actuario Ioanne Antonio Serra carta. Ex multis per me pro dicto Piagia allegatis, & præcipue ex textu in auth. dos data. C. de donation. antē nupt. & in § fin. auth. vt ex actio. instit. dot. vnde illa sumitur, in quibus ex-

2 pressè cauetur, donationem propter nuptias tunc deberi, cùm dos fuerit data; adeò vt mulier ipso iure constituantur in mora, nulla etiam per maritum interpellatione facta; propterea quod (vt ibi legitur) tenetur illa ingredere iudicium, & si res sit mobilis, signaculo imposito recondere; ac

3 propterea concluditur, quod dote non data donatio prorsus denegatur, comprobaturq; decis. Matth. de Affl. 242. quam sequuntur, & multos alios citant P. Thom. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 37. num. 2. Aluar. Valasc. consult. 3. num. 5. affirmans, pro hac sententia praxim, stylumq; communem obtinuisse. Jacob. Cantér. variar. resolut. par. 1. cap. 9. num. 82. Gaspar Anton. Thesaur. question. forens. lib. 2. quest. 9. num. 14. Andreas Molfs. ad Consuetud. Neapolit. par. 7. quest. 6. num. 4. & Ioann. Bapt. Thoro in comp. decis. Neapol. tom. 1. in verb. antephatum, alijs consultò omissis,

4 Nec obstat limitatio, quæ ad hanc textualem, & ab omnibus receptam doctrinam ab eisdem Doctoribus pro conclusione citatis vnanimitè adduci, & applicari solet, quod tunc scilicet corruat, & deficiat, cùm ad solutionem dotis terminus præscribitur, & dilatio conceditur, quemadmodum in casu nostro concessa supponitur, quia, inquiunt, si antē ipsius aduentum maritus pœmoriatur vxori, ad eam utique integrum anteph-

tum, scù ipsionalitum, postposita cōsideratione receptionis dotis, specta re, & pertinere debet. ita Affl. 243. Sanchez: eod. num. 2. vers. li mitandum. Valasc. eod. num. 5. vers. ceterum h. se ita. vbi, ita obtinuisse, testatur, ceteriq; in eisdem locis citatis, & est decis. D. Franc. Hier. Leo. 17. num. 3. sequuntur, & alias referunt Ioann. Petr. Fontan. de part. nuptial. tom. 2. claus. 7. glos. 1. part. 2. num. 68. cum seq. & Aloys. Riccius. in collect. decis. 87. & conferunt tradita per Rot. Rom. apud Ludouis. decis. 204. nu. 25. vbi Beltram. in addit. num. 32. alios cumulant, eisquè addendi sunt nouiter post hæc scripta visi Joseph. Sese decis. 404. num. 76. vol. 4. vbi, ita deci sum, & pro consentiens habitum, affirmat. Fran. Ferr. ad Constat. Cathalonie, quæ incipit hac nostræ temp. 3. declar. 1. à num. 335. Ioan. Domin. Tasson. ad pragmat. de anteph. vers. 4. obseruat. 4. sub num. 47. vers. limitatur, & Ioan. Bapt. Thoro in compend. decis. Neap. par. 3. ad verbum anteph. atum.

5 Quæ quidem limitatio duobus præcipue nititur rationibus, earumq; prima illa est, quod nimis impudicum non est mulieri, cur antē diem dorem neutiquam exsoluerit, post quam marito placuit, & contentus fuit tempus, & dilationem concede re; propterea quod hoc tempus soluti oni adiectum commodum, & beneficium mulieris respiciat: Lcūm tempus ff. de reg. iur. cum similibus.

6 Sed ista ratio parum, vel nihil vrget; quinimodo pro cōclusione facit, quia si verum est, dilationem ad solutionem dotis cōcessam commodum, & utilitatem vxoris, non mariti concernere, vt Affl. 243. & alij contendunt, pari ratione verissimum quoque erit, quod qui sentit commodum, sentiat etiam incommodum. cap. qui sentit. de regul. iur. in 6. vbi latè Augustin. Barbo. in collectan. ac propterea nullatenus marito, sed vxori impunari debet damnum, & periculum,

quod

- 7 quod ex illa dilatatione contingere potest.iuxta Lob res. l. fin. ff. de pact. do. sal. vbi in terminis disponitur, quod si conuenerit, nè dos manente matrimonio, viuo patre petatur, mortuo patre statim exigitur, & si non petierit maritus, renebitur huius culpe nomine, si dos exigi potuerit; nisi forte ancè diremptum sit matrimonium, quam facultatem petendi haberet: ecce ergò quomodo tēpus adiectum solutioni dotis cum consensu mariti
- 8 non currit suo periculo, sed vxoris. Quod si hoc disponitur in dote, pariformiter habebit locum in donatione propter nuptias, quæ quidem regulatur ab illa, & non debetur, nisi dote data, ut probatum extat.
- 9 Et non tantum ibi dilatio, & tempus adiicitur ad fauorem debitoris, & illius, qui dare, & soluere promisit, sed etiam si respiciat commodum, & utilitatem creditoris, si interim debitor gaudet aliqua commoditate, & beneficio, periculum rei debitæ currit, & est imputandum non creditori, sed debitori. Hinc periculum rei venditæ pertinet ad venditorem referuā.
- 10 item sibi dominium, donec pretium fuerit solutum, est celebris decis. Bor. gnin. Caual. 55. pars. 2. vnde merito prima ratio, qua nascitur doctrina contraria, iuri, & æquitati resistit.
- 11 Altera ratio efficacior videtur, quam post alios tradit Sanchez vbi supra, & fuit originalis Guid. Pap. decis. 565. quod scilicet per dilatationem, & tempus adiectum solutioni dotis de consensu mariti habita fuit fides de pretio, sed fides de pretio pro solutione haberi debet, iuxta l. quod vendidi. ff. de contrah. emption. & l. vedi. Inst. de rer. diuisio. vbi habetur, quod dominium rei venditæ facta etiam traditione in emptorem non transfertur, nisi pretio soluto, satisfacto, aut habita fide de pretio, sigitur.
- 12 Sed pro intelligentia istius rationis oportunè visum fuit quarese, quomodo, aut qua ratione fides de-

pretio pro numeratione, & solutione haberi debeat; id etenim ab omnibus Scribentibus vnanimitè receptum appareat, sed à nemine in specie tactum, nec enucleatum dignoscitur, ex eo forsan, quia satis ab ipso iure explanatum existit, per text. notabilem in l. procuratoris. S. sed & si ff. de tribut. action. vbi dicitur, & sunt verba formalia, Sed & si de mercem in ea vendendam, & extas, videamus, ne iniquum sit, in tributum me vocari, & siquidem in creditum ei abijs vbi glof. in verb. creditum, & DD. omnes interpretantur in creditum, quia de pretio fidem habui, & decidit textus tributio locum habebit) & sequitur, enim verò si non abijs, quia res vendita non alias designunt esse meæ, quævis vendidero, nisi aero soluto, vel fidei usq; dato, vel alias satisfacta, dicendum erit, vendicare me posse, ac propterea iuxta istum textum fidem de pretio est, in creditu abire; in creditum autem abire, quid est? est mutuo dare, ut probat l. 2. S. 1. ff. si cert. petat. ibi mutui datio consistit in his rebus, quæ pondere, numero, aut mensura consistunt, quoniam eorum datione possumus in creditum ire, nam & si credendi generalis sit appellatio, & omnes contractus, quos alienam fidem sequuti instituimus, complectatur, ut habetur in l. 1. ff. ead. sed sua propria, & specialis significatio pro mutuo est, ut tradunt glof. & DD. in d. l. 1. & colliguntur ex d. l. 2. ff. ead. & ex d. l. 3. sed & si, in dubio autem non est dicendum,

13 Iurisconsultum vsum fuisse verbo creditum in generali, & ampla significacione, nam frustratoria esset illa distinctione, an in creditum abijs, vel non, & corrueret totius illius sexus decisione: supposita enim venditione, de qua ibi, & non soluto pretio, siue vedor habuerit fidem de pretio, siue non, semper creditor fuisse, iuxta l. & si cui ex emplo, ff. de verbor. signif. Dicendum igitur de necessitate ve nit in illo textu, creditum in propria,

& stricta significatione pro mutuo intelligi, maximè cùm Iurisconsultus vñs fuerit verbis, *in creditum abire*, quibus etiam vñtitur in d.l. 2. §. 1. *pro mutuo, & sano iudicio in creditum ire*, vbi agitur de pretio, vel alia re, quæ consistit in numero, pondere, vel mēsura, vix pro alio credito, præterquā pro mutuo intelligi potest.

- 14 His itaq; cognitis, si fidem de pretio habere est in creditum ire, & in creditum ire, est mutuo dare, facile discerni potest, quo modò fides de pretio vim solutionis habeat. Solutione enim id operatur, vt debitorem ab obligatione eximat, & hoc ipsum operatur fides de pretio, non in omnibus, & per omnia; nam sic fides de pretio esset propria, & vera solutione, 15 per quam tolleretur omnis obligatio, iuxta text. in principio Instit. quibus mod. toll. obligatio, sed habetur pro solutione ad instar nouationis, de qua in tot. tit. ff. & C. de nouatio. eo quia licet debitor remaneat obligatus ex mutuo, liberatur tamen ex prima obligatione, veluti si ex venditione tenebatur soluere premium: nā eo ipso, quod fidē habuit de pretio, perinde est, ac si premium mihi fuisset solutum, & debitori creditum, & sic tollitur prima obligatio, & debitum ex prima causa cedit in causam secundi contractus; sic etiam in doto, & similibus. Id, quod probat expressissime tex. singularis in d.l. singularia. ff. si cert. petat in 2. responfa ibi, & sunt verba textus, & cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas, & cetera, ut crediti nomine eam retineas, videtur mihi data pecunia, & ad me à te profecta.
- 16 Nec isto casu per istam legem necessarium est, quod pecunia sit solutioni parata, vt voluit ibi Bartol. & cum eo nonnulli alij pro satisfactione, & conciliatione h. qui negotia. ff. mandat. quæ de directo pugnare uidetur cum d.l. singularia, & ad eam Cagnol. num. 19. appellat contrarium

terribile, propterea quod conciliatio dictarum legum neutiquam consistat in eo, quod pecunia sit solutioni parata, vel non, quia in d.l. singularia nullatenus apparet, quod fuerit pecunia solutioni parata, & in d.l. qui negotia neutiquam etiam constat, quod non fuerit parata: quin immò non incongruè contrariū ex veriusq; legis contextu deprehendi potest; etenim in d.l. singularia mandatarius erat debitor pecuniae, & per conse quens pecunia mandantis iam erat consumpta, sed in d.l. qui negotia mandatarius exigit pecuniam à debitoribus procuratorio nomine, & in ea non debitum pecuniae (prout in alia lege,) sed ipsam pecuniam mandatis, quam dixit apud le esse, voluit consertere in mutuum; & inferius dicitur, quamvis ipsius periculo numeri fuerint, dignoscitur, & convincitur, quod pecunia non erat consumpta; quamvis itaque in ista lege respondeat Iurisconsultus, non esse creditam pecuniam, istud ex eo est, quod alioquin dicendum veniret, ex omni contractu nuda pactione pecuniam creditam fieri posse contra naturam mundi, quæ requirit interuenitum rei verē, vel fidē, & in hoc consistit conciliatio dictarum legum, quia in d.l. singularia partes fuerunt praesentes; & licet realiter, & verē non interueniat solutio, & consignatio pecuniae, verū propter contrahentium presentiam, cùm breui manu et dicit Iurisconsultus in l. licet §. 1. 2. ff. id est iuridicti) potuisse esse locus ventri, itaq; id est lex singit pecuniam solutam, & creditam; sed in d.l. qui negotia pars erant absentes, & hac de causa Iurisconsultus meminit, epistolam effuisse transmissam pro diuersa facti circumstantia, quia per absentiam cùm longissima manu opus fuisset, nō potuit esse locus iuris fictioni, iuxta citrum in l. qui decem §. idem responsum ff. de salut. ibi non enim obrubitur propter absentiam intelligi potest, pro-

ut ita

ut ità declarat *Bald.* & alij in d. l. *singularia*, quorum verior est sententia tām in hoc, quām in eo, quod volunt, ad conuerzionem debiti ex uno con-  
 17 tractu ad alium mutui, sufficere fa-  
 cultatem soluendi, etiam si res non  
 sit realiter præparata, nec deputata,  
 quia, cūm sine difficultate solui pos-  
 sit, sufficit consensus, & quōd animo  
 præparata sit; & itā actus mentalis, vt  
 dicit idem *Baldus*, idquè iuri conso-  
 num arbitrari debet per *tex.* in simili  
*l. si mulier debitori ff. de iur. dot.* vbi  
 disponitur, quōd si mulier debitori  
 constituerit in dotem, quod is sibi  
 debeat (quamvis nō interueniat rea-  
 lis solutio, nec pecunia sit solutioni  
 parata) prima obligatio tollitur, per-  
 indē ac si solutum debitum mulieri  
 18 in dotē ab ea datum esset. Benē ve-  
 rum est, quōd illa qualitas sit in po-  
 testate, & facultate debitoris soluere,  
 de necessitate cōcurrere debet, cūm  
 aliās, si debitor non habeat vndē sol-  
 uat, etiam si fuerit habita fides de-  
 pretio, non potest fieri conuersio in-  
 mutuum, eo quia non poterit videri,  
 rem ad debitorem peruenisse, sed  
 magis liberationem obtinuisse. iuxta  
*l. si sponsalibus S. I. ff. eod. de iur. dot.*  
 in hoc ergo casu, vbi debitor non est  
 soluendo, procedit sententia *Bartoli*  
 in d. l. *singularia. num. 20.* Quōd legis  
 19 fictio non se porrigit ad impossibile-  
*l. qui ad certum in fine ff. locati cum*  
 similibus, sed vbi debitor fuerit sol-  
 uendo, licet pecunia non sit solutioni  
 parata, sufficit præparatio mentalis  
 ex sententia *Baldi*, maximē cūm idem  
 20 *Bartolus* concludat, quōd ad cognoscendum, an pecunia sit solutioni pa-  
 rata, personarum qualitas est atten-  
 denda, quod idem sonat: sed de his  
 latē pro concordia, & conciliatione,  
 dictarum legum singularia, & qui ne-  
 gotia *Nicol. Genua* post hāc scripta-  
 visus ad concil. legum fol. 105.

21 Ad textum autēm in *l. promittendo*  
*S. si à debitore. ff. de iur. dot.* vbi habe-  
 tur, quōd si à debitore mulieris sub-

cōditione dos promittatur, & poste à  
 antequām maritus petere possit, sol-  
 uendo esse desierit, magis periculum  
 ad mulierem pertinere placet, quia  
 iuxta ea superiū tradita videbatur,  
 quōd cūm de consensu mariti debi-  
 tum sub conditione fuerit eidem in  
 dotem constitutum, & sic fidem ha-  
 buerit de solutione, si prima obliga-  
 tio fuisset sublata, periculum non ad  
 mulierem, sed ad maritum pertinere  
 deberet.

22 Statim responsum fuit, quōd in-  
 ista *lege* debitum erat sub conditio-  
 ne, quo casu, cūm obligatio fuerit in  
 pendent, donec conditio extiterit,  
 antē tempus non potuit talis obliga-  
 tio tolli, & in mutuum conuerti, quia  
 non potest videri aliquid ad debito-  
 rem peruenisse, & vt in simili habe-  
 tur in *l. Stichum ff. de nouation.* Obli-  
 gatio pura, vel in diem statim nouari  
 potest, sed conditionalis non statim,  
 sed vbi conditio extiterit, & itā re-  
 manet satisfacta proposita difficul-  
 tas.

23 Ex his itaqè satis cognita, & de-  
 clarata extitit causa, & ratio, pro-  
 pter quam fides de pretio vim solu-  
 tionis habeat, vndē ad propositum  
 nostrum, quatēnus attinet ad deci-  
 sionem *Matthæi de Afflictis* in contra-  
 rium citam pro limitatione *auth.*  
*dos data nullatenus obstat dictum*  
 fuit, quia illa est intelligenda, vt pro-  
 cedat, vbi dos promissa consistit in  
 solutione, nimirū in pecunia, vel in  
 alijs rebus, quæ consistunt in nume-  
 ro, pondere, vel mensura, quæ ideo in  
 dotem dantur, vt maritus ad arbitriū  
 suum distrahat. iuxta *l. res. ff. de iur.*  
*dot.* nam in istis habita fide de solu-  
 tione, vel numeratione, in creditum  
 itur, & contrahitur mutuum, & pri-  
 ma dotis obligatio tollitur; quia, vt  
 iam probatum extat, perindē est, ac  
 si pecunia, vel alia similis res promis-  
 sa in dotem fuisset marito soluta, &  
 numerata, & per eum debitori credi-  
 ta; ac propterea, cūm actio dotis fue-

rit sublata, utique mulier debet consequi donationem propter nuptias, quemadmodum si dos fuerit realiter numerata, & soluta, quia d. auth. quæ loquitur de dote data, procedit non tantum secundum veritatem; sed etiam secundum iuris fictionem: cum fictio iuris idem operetur quod veritas. l. 1. ff. de adoptio. & l. cum ex oratione ff. de excusatio. tutor. cum similibus.

24 In alijs vero, quæ non consistunt in numero, pondere, vel mensura, cum in istis non possit contrahi mutuum. d. l. 2. §. 1. in fine. ff. si cert. pet. utique fides de pretio non potest habere vim solutionis, nec potest fingi, rem mihi datam, & ad me à te profectam, vt dicit Bartol. in d. l. singularia d. nam. 20. in fin. ibi, nam alia res licet fuerit solutioni parata, in ea non potest contrahi mutuum, ideo non potest fingi ad me à te profectam; & tunc demum (meo iudicio) lex induit illam fictionem, cum debitum ex una causa cedit in aliam causam in d. l. singularia, & d. l. si mulieri, & d. l. si sponsalibus. §. 1. & l. 9. §. fin. ff. de donat. int. vir. & vxor. cum similibus.

25 Vnde, cum in casu nostro agatur de re immobilis post mortem patris in dotem promissa, estò quod possit dici, habitam fuisse fidem de ea, nihil tamen debet operare, nec per eam potest dici, dictam rem traditam fuisse vere, vel factè, cum prima actio adhuc duret. In terminis ergo, quod in rebus immobiliis, fides de traditione nullatenus operetur, illam probat l. cum pater. C. de actio. empt. vbi emptor re non tradita non efficitur dominus, etiam si pro tali se gerat, & ita non tantum fides, sed nec ipsa gestio vim traditionis habet, quia si vim traditionis habuisset, utique emptor factus fuisse dominus, cum dominium non minus per factam, quam per veram traditionem acquiratur. §. interdum Institut. de rer. diuis. & magis in terminis est text. in l. cum venditorem. C. eod. vbi fuit data dilatio venditori


ad rem tradendam, & per consequens dici poterat, fidem de ea habitam fuisse; nihilominus tamen si tempore placito res non tradatur, exempto actio datur, & ita actio prima durat, nec fuit sublata; vnde apparet, fidem de traditione, traditionis vim nullatenus habere.

26 Hoc autem non tantum obtinet, & locum sibi vendicat in rebus immobiliis, seu mobilibus, quæ non consistunt in numero, pondere, vel mensura; sed etiam si tales res pretio æstimata sint; quo casu si species æstimata pro pecunia mutuanda detur, contrabi mutuum deciditur in l. si pro mutua. C. si cert. petat. Nihilominus si

27 debeatur res æstimata, taliter quod fides de pretio habeatur, neutquam contrahitur mutuum, nisi facta nouatione per stipulationem, vt est text. capitalis in l. si de pretio C. eod. & ratio est, quia cum debeatur res, & non pretium, non potest dici, rem ad debitorem peruenisse, nisi realiter tradita sit, & ideo huiusmodi placitum nihil de precedentibus mutauit obligatione, vt disponitur in ista lege.

## ARGUMENTVM.

Iudicem inhibitum per Superiorum, qui causam coram Inferiore motam ad se euocauit, inhibitum quoque censi, vt nec de causa alimenterum posteà coram se deducta cognoscere valeat.



## S V M M A R I V M .

- 1 *Iudex inferior, si per superiorē causā auocata fuit, nullatenus potest de causa accessoria alimentorum cognoscere, quamvis cum separato processu; sed corām superiore sunt petenda.*
- 2 *Alimenta corām illis Iudicibus peti debent, quorum interest causæ principalis cognitio.*
- 3 *Iudex, qui potest de accessorijs cognoscere, ille est, qui de principali.*
- 4 *Alimenta non solum possunt peti antē litem contestatam; verū etiam & postea, & in quacunq; parte iudicij.*
- 5 *Alimenta quamvis peti possint etiam in secunda instantia, non tamē corām diuerso Iudice, quando uti accessoria petuntur, non quando uti principaliter.*
- 6 *Iudex laicus potest decernere alimenta, etiam si corām Iudice ecclesiastico pendeat his super separatione matrimonij.*
- 7 *Alimenta ideo petuntur corām laico pendente lite corām ecclesiastico, quia principaliter, non incidenter postulantur.*
- 8 *Causa alimentorum, quæ tandiū durat, quandiu super principali pronunciatum non fuerit, ut incidenter principalis, auocata ista, etiam censetur illa.*
- 9 *Inhibitio in causa principali operatur etiam in connexis.*
- 10 *Incidentio necessariò sequuntur causam principalem.*
- 11 *Alimenta si petantur lite pendente, exigūtur uti accessoria causa principali.*
- 12 *Petitio alimentorum insertur ex probatione paupertatis, & ex urgenti presumptione boni iuris in lite principali.*
- 13 *Prouisso alimentorum cessat, quando praiudicium parat causa principali.*

## DECISIO IX.

- A** Vocata per Superiorem cāula super tenuta bonorum viri prædefuncti per vxorem ex causa suæ dotis, de cuius solutione inter partes controvrebatur corām Inferiore intentata, nullatenus posse inferiorem cognoscere de causa accessoria alimentorum, lite illa pendente corām se ab eadem metu vxore, etiam cum separato processu petitorum, sed illius partes esse absoluто reo ab obseruatione iudicij reseruare vxori ius ad alimenta corām superiore petenda. Conclusum, & decidsum fuit Die 18. Mensis Ianuarij anni 1638. me referente ad fauorem Illustris Marchionis de Lacony contra Illustrē Marchionissam de Villacidro. Actuario Ioanne Baptista Massida, notario. Per doctrinam Petr. Rebuff. ad ll. Gallic. de sentent. prouisio. in præfat. num. 31. vbi in terminis de alimentis 2 lite pendente firmat, esse illa petenda corām illis Iudicibus, ad quos matrīx principalis cognitio spectat, quia regulariter is potest de accessorijs cognoscere, qui de principali, per regulam l. cūm principali ff. de regul. iur. & l. quoties. C. de iudicij, & faciūt quæ alias in non dissimilibus terminis cum multis, quos citat, probat 3 Ioann. Petr. Fontanell. de patr. nuptial. tom. 2. claus. 7. glos. 2. par. 10. num. 17. scilicet Iudicem causæ principalis esse etiam Iudicem causæ incidentis, & accessoriæ; nequè obstat, quod ex eodem Rebuff. loco citato num. 25. & seq. cum Afflito, & Lancellott. quos cirat, tradit Sigismund. Scacc. de appellatio. quæst. 17. limit. 6. num. 4. vers. 49. casus est; prouisionem scilicet alimentorum tam antē litem contestatam, quam postea, in cāula etiam appellationis peti, & decerni posse: itē hoc ipsum de alimentis, quod in qua- cunquæ parte iudicij, etiam in secunda instantia peti possint, post Steph.

*Gratian.* & alios docet idem *Fontanell.* eod. tom. 2. claus. 6. gl. 2. par. 3. nu. 77. & 80.

- 5 Hæc etenim intelligenda sunt, vt alimenta in quacunquè iudicij parte peti possint, sed non coram diuerso Iudice; hoc enim nullus vñquam dixit, nec dici potest, quando alimenta incidenter, vti accessoria petuntur; quidquid aliud sit, quando principali. Ita in his terminis locum habet, & intelligi debet *decisio illa Affili* 152. adducta per *Scacciā loco citato*,
- 6 quod pendente lite coram Iudice Ecclesiastico super separatione matrimonij, potest Iudex laicus decernere alimenta, de quo plenè actum fuit in *Conclusione Iudicem*. Quia, vt constat ex *Surdo de alimenis privileg.* 10. nu. 5. & alijs in ea *Conclusione* relatis; id ex eo est, quod causa alimentorum non pender à causa principali matrimonij, sed est diuersa, & alimenta coram laico petita fuere, non incidenter durante lite matrimoniali, in qua agebatur de separatione iuridica inter cōiuges, sed principaliter durante separatione de facto inter illos, ita quod cessante illa lite, non propterea cessabat ratio alimentorum, quæ alijs deberi poterant sola supposita facti separatione; atq; ita distinctionem inter alimenta petita principaliter, & incidenter post *Fontanell.* vbi suprà, & alios probat *Additio noua ad Molin. de Hispan. primogen.* lib. 2. cap. 15. num. 76.
- 8 Vnde cùm causa hæc alimentorum sit accessoria, incidens, & connexa cum principali, quæ tandiū durat, quandiu super principali non fuerit pronunciatum, vt cum multis tanquam indubitatum tenet eadem *Additio ad Molin. cod. lib. 2. cap. 16. num. 39. in fine*. Euocata ideo causa principali coram superiori cum inhibitione inferioris, non poterit amplius iste in cognitione causæ incidentis alimentorum se intromittere, cùm inhibitio in causa principali opere-

tur etiam in connexis, vt probat *Rober. Lancell. de attentat. cap. 2. limit. 5. num. 5.* ac propterea *num. 6.* ad cognoscendum, quæ dicatur causa conexa, & quæ separata, se remittit ad *limit. 2. cap. 12. de atten. appell. pend. vbi etiam si agat de his attentatis appellatione pendente, non incongruè tamen ad conclusionem conferunt;* propterea quod, vt tradit in *cap. 10. num. 1.* *attentata post auocationem*, causæ dicuntur magis attentata, quā si fierent relatione, vel appellatione pendente, de quo etiam latè per *Camill. Borrell. in sua summa decis. totius Orbis* tit. 27. à *num. 2. tomo 2.* Ad nostram ergò conclusionem cōfert etiā illud, quod auocata causa principali cōdatur auocata causa super accessorijs, & incidentibus, vt ex alijs probat *Iacob. Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 13. num. 392. cum seq. sequitur*, & alia in proposito adducit *D. Garz. Mastrill. decis. 286. num. 34. par. 3.*

11 Quod autem alimenta lite pendente non nisi incidenter, & vti accessoria causa principalis exigi possint, cū communi sententia post *Decian. cons. 66.* post *num. 2. lib. 2.* firmat nouissime *Dominus Regens Fab. Capycius Galeot. controu. illust. tom. 1. controu. 6. num. 3. & num. 34. in extraneis*; qui alijs de iure fundatam non habent intentionem ad alimenta petenda, prout in casu nostræ conclusionis, quod præcisè duo sint probanda, paupertas

12 videlicet, & virgines præsumptio boni iuris in lite principali, pluribus relatis docet, ex quibus subsequitur ad nostram conclusionem, quod stante auocatione causæ principalis per Superiore facta, talis causa quod ad Inferiorem quasi ad non causam redditur, vel saltim post inhibitionem effectam per Superiore, ne de causa principali cognoscatur, inhibita eidem censeri debet cognitio causæ alimentorum, cùm negari nequeat, hanc ab illa pēdere, in cognitione potissimum præsumptionis boni iuris actoris, per

quam

quam non modicum afferretur præjudicium causæ principali.

- 13 Ita per hanc rationem in terminis Dominus Galeota loca citato num. 46. cùm Rebuff. ubi supra num. 134. & Surd. de alimen. tit. I. quæst. 126. a n. 6. concludit, prouisionem alimètorum cessare debere, vbi cunquè per eam pararetur præjudicium causæ principali, super qua pendeat consultatio, siue relatio facienda lux Regiæ Majestati. Quapropter num. 54. refert verba cuiusdam Regiæ Ordinationis, cum qua sciscitatis votis à Iudicibus Regni Neapolis, fuit eis mandatum, ne interim de alimentis prouiderent. Ex quibus manifestè apprehenditur, mentem Domini Regis eam esse, ut quandiu apud se penderet relatio, & multò magis causæ principalis auctoratio, ne utiquam tamen Iudices inferiores alimenta saltim illa inconsulto decernant.

### ARGUMENTVM;

Fructus non à die litis contestatae, sed ab eo die, in quo succumbens verè scit, rem ad se non pertinere præstari debere.

### SUMMARIUM;

- 1 Fructus non restituuntur à bona fide possessori, nisi ex eo tempore, in quo veram cognitionem habuit, rem esse alienam, non autem à die litis contestatae.
- 2 Iusta causa litigandi etiam post litis contestationem, excusat aliquem, ne fiat male fidei possessor, & ad fructuum restitutionem non tenetur.
- 3 Possessio licet minus canonica excusat à condemnatione expensarum.

- 4 Doctores, qui afferunt, post litis contestationem malam fidem oriri, atque ad istam arguendam esse præsumptionem iuris, & de iure, enarrantur, & eorum fundamenta solvuntur num 5. & 6.
- 7 Mala fides non potest esse sine mora, at mora bene potest esse sine mala fide.
- 8 Mora duplex est, una in re, altera in persona, nempe regularis, & irregularis. Regularis, que per legitimā interpellationē fit, Irregularis, que ipsa iure sine facto hominis contrahitur.
- 9 Mora regularis citrā dolum, & culpā non committitur, irregularis absq; dolo, & culpa contrabi potest.
- 10 Absens causa Republicæ, & extans in hostium potestate in mora regulari non est, ex eo quod fraus, vel iniusta causa non concurrit, & non aliter mora censetur ex eo quod non est, qui conueniatur.
- 11 Mora, que fit per litis contestationem ad exemplum irregularis citrā dolum, & culpam fit.
- 12 Asserta per DD. prædictæ conclusioni contraria conciliantur.
- 13 Præsumptiones facti potius, quam iuris ad arguendam malam fidem sunt necessaria.
- 14 Mala fides licet à iure per litis contestationē præsumatur, habet locum, quādo aliunde contrarium in facto probetur.
- 15 Præsumptio iuris ad arguendam malam fidem nil afferit, quando vera mora non intervenit.
- 16 Male fidei possessor ille est, qui ad instar prædonis se gerit, inuadere nempe bonum, cùm nullam habeat possendi causam.
- 17 Possidens mala fide non tantum tene tur ad fructus perceptos, sed & quos percipere potuisse.
- 18 Possessor bona fidei, si deinde conscient ad se nihil spectare, & non se abstinuit, prædo est.
- 19 Error non tantum facti, verūm etiam iuris excusat à pena male fidei possessoris.

- 20 Fundamenta afferentium, post litem contestatam de necessitate constitui mala fidei possessorem, patensunt; atque integrim soluuntur, & interpretantur a num. 21.
- 22 Possessores post litis contestationem pœna prædonis non tenentur, nec notis mala fidei signantur, si iustum possidendi causam habuerint, vel per iuris errorem, vel facti.
- 23 Tex. in l. fructus ff. de rei vendit. &c. qui sine ff. de regulis iuris, & alijs conciliantur.
- 24 Exceptio iusta, & causa excusant & à dolo, & à mora.
- 25 Potens restituere, non restituens dolo caret, si eius recusandi iusta facultas interst.
- 26 Distractio necessaria rerum, & fructuum post item contestatam excusat à mala fide, si iusta suadente causa hoc fecerint possessores, & n.
- 27.
- 28 Possessor mala fidei & de dolo, & culpa præterita etiam tenetur.
- 29 Faber, Fontanella, & alijs sentientes, iustum causam à fructuum restituzione non excusare, atq; à mala fide, ex eo quod non ex alia causa mala fidei possessor efficitur, quam contestatione litis, rei ciuntur, atq; eorum dicta minime conclusioni officiunt.
- 30 Possessor bona fidei non excusatur à fructuum præstatione, si fructus extit, & ante litis contestationem titulum habuit rei endicationis; sed etiam ad consumptos tenetur, si ex illis locupletior sit effectus, ut sanctum est in petitione hereditatis.
- 31 Possidens bona fide titulo rei endicationis non tenetur ad consumptos, quia propter titulum consumptione lucrat, sed in petitione hereditatis cum titulus deficiat, tenetur possessori tam ad extantes, quam ad consumptos, si per eos sit locupletior.
- 32 Ratio Fabri afferentis, per defectum tituli in petitione hereditatis usucaptionem non concedi, habet etiam locum in omni alia actione per item
- contestatam, ex eo quod in remora inducitur, unde oritur mala fides.
- 33 Mora, & mala fides vera, ex eo quod in persona fit, nec in iure, sed in facto consistat, pœnam parit possessori, ut tanquam prædicto teneatur, non tam ad perceptos, quam non perceptos.
- 34 Mora autem in re, ex eo quod concurrit iuris error excusabilis, vel iusta causa, nec dolus malus interst, vera mala fides non nuncupatur per litis contestationem, nec ad consumptos per illam quis tenetur.
- 35 Acquisitio lucri cum iactura alterias non conceditur.
- 36 Conditio iniqua non infertur alteri per alterum.
- 37 Iusta causa, que ortum habet ex errore iuris ambigui, priuat asserta pœna prædonis.
- 38 Bona fidei possessores ad id dum taxat tenentur, in quo locupletiores sunt effecti.
- 39 Iusta causa possidendi nihil prodest, si ad sit usucaptionis prohibitio.
- 40 Error iuris ad acquisitionem fructuum, non autem ad usucaptionem prodest.
- 41 Usucapio à fructuum acquisitione in eo dissentit, quia usucaptionis essentialiter est verus titulus, vel bona fides possessio; acquisitionis autem fructuum est quod non verus titulus requiratur, sed quod mala fides non interst.
- 42 Inclusio erroris iuris est exclusio mala fidei.
- 43 Bona, & mala fides non sunt contradictionia, cum inter eas detur mediū, ex eo quod iuris error non est bona fides possessio, qua insipientiam facti, & iuris non admittit, nec est mala fides, cum absit dolus.
- 44 Contestatio litis presumptam, non veram malam fidem inducit, ex eo quod semper possessor ius sibi sauere suaderet.
- 45 Litis contestatio constituit in mora, sed non eum, qui litigandi habuit iustum causam, et si condamnetur in fructibus, quia locupletior officere

- tur aliena iactura.
- 46 *V*sucapio pro præsumptione male fidei iuris, & de iure, litis cōtestationem habet.
- 47 *I*nterruptio, quæ per litis contestationem fit, actionem perpetuat usquæ in 40. annos, atq; ad præscriptionis legitimam exclusionem est necessaria.
- 48 *A*cquisitionem fructuum male fidei præsumptionem iuris, & de iure per contestationem non argui, subtiliter suadetur.
- 49 *P*ropositio Fabri ad l. illud ff. de petitio hereditatis, quod melioris conditionis sit possessor, qui, cum à principio sit bona fidei, illam post litem contestatam retineat; quam ille, qui sine iusta causa liti non cedat.
- 50 *T*ex. in l. illud ff. de petitio. heredit. interpretatur.
- 51 L. si bona fidei ff. de petitio. heredit. inter moras litis, bona fidei possessores connumerant, atque cum deficiat dolus per litis cōtestationem, malam fidem non argui, superabundè demonstratur.
- 52 *B*art. in l. illud ff. de petitio. heredit. nostræ conclusioni non oppositus ostenditur, atq; illius assertionis rationes, nemp; quod per litis contestationem non fiat mala fides, clariiores sunt.
- 53 *M*ora in re per litis contestationem in iudicio petitionis hereditatis nihil operatur quod per præstationem fructuum.
- 54 *M*ora legalis per litis contestationem citra dolum possessoris conceditur in iudicio particulari reiūdicationis.
- 55 *C*ompensatio, nec excusatio datur per interitum, quando agitur de re particulari.
- 56 Bonæ fidei possessor post litem contestatam suos facit fructus, donec verè cognoscat, & sciat, nō habere iustum causam.
- 57 *M*ala fidei possessor non dicitur, nisi sciat, rem esse alienam, vera, ac perfecta cognitione cum omnibus suis causis, & qualitatibus.
- 58 *N*ulla iusta possidendi causa cum scientia vera rei alienæ malam fidem constituunt.
- 59 *E*xceptio, vel causa aliqua si interueniat, quamvis ait sit vera scientia rei alienæ, bona fidei dicitur possessor.
- 60 *T*ex. in l. qui scit l. vlt. ff. de usuris, & in l. bona fidei ff. de acquir. rerum domin. conciliantur; & in quo discrepet verbum, scire, à verbo, cognoscere, demonstratur.
- 61 *C*ognitio multiplex est, alia mentalis, alia actualis, alia verbalis, & alia vocalis, & de earum natura in specie profertur.
- 62 *T*ex. in d. l. bona fidei l. in contrariū ff. eod. qui ad inducendam malam fidem, rei alienæ cognitionem existimat, de qua cognitione loquatur, & qui sit eius sensus, explicatur.
- 63 *E*xhibitio probationū integrā, ex qua certa scientia rei alienæ deducatur, non generalis cognitione malam fidem inducit, ac dictum in l. vlt. eiusdem l. bona fidei patet.
- 64 *T*ex. in l. 2. C. de fruct. & litium expens. in mala fide scientiam, id est certam cognitionem requiri detegitur, & quamvis per litis contestationem malam fidem constitui deducatur DD. de illa cōtestatione intelligitur, per quam scientia iniuste possidendi colligitur.
- 65 *L*itis contestatio simpliciter malam fidem non inducit, atq; hoc ex verbis eiusdem tex. demonstratur.
- 66 *T*ex. in l. 3. ff. de usuris enunciatio percipitur.
- 67 *F*aber in rational. ad l. vtiquè ff. de reiūndic. afferens, possidorem teneri de fructibus consumptis tanquam malæ fidei à die litis contestata, reiūcit ex eo, quod hoc generaliter afferit, & num. seq. 68. eius propositioni respondetur.
- 68 *P*ossessor, si eius calumnia eidens non appareat, bonam fidem retinere cēsetur.
- 70 *M*ala fides non nisi evidentissimis rationi-

tionibus, atq; indicij est arguenda.  
**71** Propositiones eorum, qui contra hanc  
conclusionem sentiunt (præter sen-  
sus per Dominum Regentem Ca-  
pucium Latio *datos in decis. 65.*)  
soluuntur, nempe quod tunc mala  
fides præsumatur, quando quis sine  
iusta causa ad iudicium prouocauit.

## DECISIO X.

**1**  **I**nde fidei possessorem, qui vicit, sententiamq; in iudicio possessorio obtinuit, neutiquam ab eo die, in quo litem conciliavit super petitorio nouiter contra se incepit, si in eo succumbit, & vincatur, sed ab eo tantum, in quo veram cognitionem, & scientiam rei alienæ habuisse Iudicii constituerit, ad fructuum præstationem, præterquam si extent, aut locupletior ex eis factus fuerit, fore condemnandum. **Conclu-**  
**suum,** & **decisum** fuit **Die 20. mensis Fe-  
bruarij 1643.** **expressiusque** **decisum,**  
**& declaratum** **cum interloquitoria-**  
**facta** **Die 19. mensis Decembris eiusdem**  
**anni ad fauorem vasallorum Oppidi**  
**de Serramana contra Illustrem Mar-**  
**chionem de Villacidro.** me referente  
**Actuario Ioanne Baptista Bruno:** Per  
ea, quæ in proprijs terminis firmat  
Berlicbius *decis. 7.* vt refert *Ioan. Abys.*  
*Riccius in collectan. decis. 2503. vers.*  
**2** **verum contrarium.** vbi ait, à restitu-  
tione fructuum etiam post litem co-  
testatam in petitorio illum excusari,  
qui in possessorio obtinuit, quia iusta  
causam litigandi, & ad iudicium pro-  
uocandi habuisse censetur; propterea  
quod iuste ad iudicium prouocans,  
& iustum causam litigandi habens  
post litis contestationem neutiquam  
efficiatur mala fidei possessor, nec ad  
fructuum perceptorum, & percipi-  
endorum restitutionem teneatur, per  
h. s. quis solutioni. ff. de usur. alijsq; præ-  
termisis rationibus, illa addit, quod  
habens pro se possessionem, licet mi-

nus canonicanam excusat à cōdem-  
natione expensarum per *decis. Bellum.*  
**190.** cum his ergo tanquam ultimo  
locore relatis ipse Ricc. trāsire videtur;  
& conferunt quæ post *Affl. 7.* & alios  
expresse firmat in sua *praxi variar.*  
*resolut. resol. 322.* quæque in fortiori-  
bus tradunt *Franc. Becc. conf. 90.* &  
*Iacob. Menoch. conf. 1173. vol. 12.* vna  
cum *decisione 100. Scip. Rouit. ad finē,*  
vbi absolu tus in prima instantia, fuit  
condemnatus in secunda ad satis-  
factionem legitimæ absq; interesse.

**4** Nam & si ipse Riccius in præfata  
sua *Collectanea* à capite in cōtrarium  
adducat *decis. Capell. Tholosanæ 495.*  
ad hoc nimis, ut victor in posses-  
sorio à die litis contestatæ in petito-  
rio fructuum omnium præstationem  
subire cogatur, quia sententia in pe-  
titorio absorbet sententiam latam in  
possessorio, eamque reducit ad irritū,  
atquæ hanc *Capellæ Tholosanæ deci-*  
*sionem* in proprijs etiam terminis se-  
quitur *Georg. Cabed. decis. 155. num. 9.*  
& per totam *decisionem* comprobare  
conatur, possessorem etiam bonæ fi-  
dei per litis contestationem in mala  
constitui, quod latius in eisdem met  
terminis post alios, quos citat, prose-  
quitur *D. Ioan Castillo Sotomaior quo-*  
*tid. controversi. tom. 6. cap. 135. à num.*  
*57. vers. possessorum bonæ fidei.* Confe-  
runt etiam tradita per *Ioann. Petr.*  
*Fontanell.* post *Pegueram Cancer.* & se  
ipsum nouiter *decis. 206. num. 12.*  
quod à die litis contestatæ non con-  
sideratur amplius, si quis habeat iu-  
stam causam litigandi, vel non, quam-  
uis negotium esset valde dubium;  
quia semper attenditur illa mala fi-  
des, in qua quis per litis contestatio-  
nem constituitur: idem quoquæ post  
alios tenet *Rot. Roman. apud Buratiū*  
*decis. 130. num. 9.* vbi rursus *num. 10.*  
addit, dubio carere, qualecunq; iudi-  
cium intentatum sit, siue extent fru-  
ctus, siue consumpti sint, siue posses-  
sor sit factus locupletior, siue non, ad  
hæc *Ioann. Franc. Ferentil.* in sui addi-  
tione

tione affirmat, & probat, per litis cōtestationem pr̄sumi malam fidem, hancquē iuris, & de iure pr̄sumptionem esse, atquē possessorem teneri ad restitutionem fructuum, non solum perceptorum, sed etiam eorum, qui percipi potuerunt.

5 Nihilominus tamē hæc, & similia, si quæ sunt alia ex opposito alleganda, in eo tantū euentu procedere, & vera existimari, & dijudicari debent, in quo mala fides, quæ per litis contestationem committitur, & contrahitur (quod est potissimum fundatum, quo nuntiatur conetur) subsistere potest; ita quod si iusta causa non excusat à fructuum pr̄statione, neutiquām à mala fide excusabit, cū hæc tanquam causa efficiens, & producens illius effeūsus, ab illis vñanimitè supponatur.

6 Hoc autem, quod nimis iusta causa non excusat à mala fide, simpliciter, & absolute verum non est, vt alias tacitum, & sufficienter demonstratum fuit in *Conclusione*, quæ incipit *Male fidei*. 56. propterea quod in contrarium fortiter urget. d.l. si quis, ibi; non videtur fecisse moram, utique si iuste ad iudicium prouocavit. Ex quibus verbis clare liquet, iustum litigandi causam à mora excusare; idem ergo à fortiori dicendum est, quod excusat à mala fide, quia, vt docet, & probat *Anton. Faber in rational. ad l. item verberatum*. S. si seruus. ff. de rei vendicat. in verb. moram passo, mora minùs est, quam mala fides; non enim

7 mala fides potest esse sine mora, at mora bene esse potest sine mala fide: quamvis verum sit, in d.l. si quis de ea dumtaxat mora peragi per verbū facere, quæ facta, & non facta disponit, quæque sine dolo, & mala fide 8 contrahi nequit. Duplex liquidè est mora, una in persona, alia in re, siue, vt *Scribentes lactitant*, una regularis, irregularis altera, vt post alios supponit *Sigismund. Scaccia de cambiis* S. i. quæst. 7. part. 2. ampliatione 8.

num. 113. sed melius, & pleniùs cum communi Doctorum suffragio, de quo testatur *Cels. Bargal. de dolo. lib. 5. cap. 22. num. 9.* vbi declarat, moram regularem eam esse, quæ per legitimam interpellationem fieri solet; irregularem verò, quæ ipso iure contrahitur sine facto hominis interpellantis, sola legis autoritate, vt ibi bene probat, & exempla refert; addit propterea, hanc diuisiōnem veram profectò esse, si rē ipsam spectemus. nam *Iurisconsultus Martianus* eam constituit in *l. mora. ff. eod. de r. sur. dō* autem si nomen respicias; nam *Martianus* hāc partitionem vocat ex persona vnam, ex re alteram, quæ non inelegatè ex lege potest nuncupari: inter verò huiuscmodi moras hæc est maxima diuersitas, & præcipua differentia, quod prior mora regularis, siue quæ ex persona fit citrā dolum, & culpam, quæ dolo proxima sit, neutiquām commissa videtur, vt cum vera, & recepta sententia docet idem *Bargal. eod. cap. 22. num. 2. comprobat Serapin. de priuileg. iurament. priuileg. 31. num. 21. per text. in l. mulier. S. sed enim*, ibi. sed eius, quæ dolo proxima est. ff. ad *Trebellian.* sequitur, & alios citat *Steph. Gratian. discept. forens. cap. 707. à num. 10. tom. 4.* Hanc ergo moram sine dolo malo factam non videri, in proprijs nostris terminis de eo, qui ad iudicium prouocat, est regula *l. qui sine. ff. de reguliur. per hæc verba. Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.* Posterior autem mora irregularris, seū verius, quæ in re non quidem fit, vt inquit *Martianus in d.l. mora* ibi mora fieri intelligitur non ex re, sed ex persona, sed potius in re concedi solet ipso iure, absquè dolo, & culpa contrahi, & committi potest, vt constat ex *l. sed & si. 1. ff. eod. de r. sur.* vbi postquam in sui principio, & in alijs, quæ præcedunt cautum, & 10 dispositum fuerit, moram nullatenus factā videri, vbi deficit frauds, & con-

currat iusta causa, præcipue absentia ex causa Republicæ, vel quia siue in vinculis, hostiuvè potestate quis esse cœperit, statim eisdem terminis iusta absentia retentis subiectitur prætatus. qui per hæc verba ita disponit. Aliquando etiam in re moram esse, decerni solet, si forte non extat, qui conveniatur; ac proinde moram hanc citra omnem dolum, & culpam committi posse resultat, & apparet, expressiusq; probat d. l. item si verberatum. si seruus. ibi si sine dolo malo, & culpa poss. ff. ris animal demortuum. si, moram passi premium præstandum est. vnde in terminis moram, quæ contrahitur per litis contestationem sine dolo malo, & culpa possessoris, committi posse, euidenter deducitur...

Concinunt etiam alia, de quibus per Bargal. ibi supra num. 1. quæ quidem tunc potissimum obtinent, & locum sibi vendicant, cum mora in re conceditur; alia autem opinio contraria iam relata ex eodem ibi nu. 2. sane procedit in ea tantum mora, quæ in persona sit. Concordantur ergo, concilianturque ita opiniones, in 12 uicem contrarie, atque inde clare, & manifeste colligitur, & deuincitur, dispositionem d. l. si quis, qua maximè nititur decisio illa Berlichij, ut, si quis iuste ad iudicium prouocet, excusat à mora, intelligi debere de mora personali, quæ sine dolo malo committi nequit; hæc etenim est vera mora, & vera mala fides propter factum, cui substantialiter insunt, cum facti magis, quam iuris censeantur, ut de mora probat d. l. mora. ibi, an mora facta intelligatur, nequè constitutione villa, nequè iuris auctorum questione decidi posse, cum sit magis facti, quam iuris. Et de mala fide idem decidit. bona fidei. S. in contrarium. ff. de acquir. rer. domin. ibi illud ad factum pertinere, an quis bona, vel mala fide 13 p. fideat. Consequentè ergo, cum queritur, an quis sit in vera mora, & in vera mala fide, recurrendum est

potius ad faciem, quam ad iuris præsumptiones; vnde licet à lege per litis contestationem mala fides, & mala præsumatur, si aliundè contrarium 14 in facto probetur, seu alias appareat, quod nimirum possessor iuste, & sine dolo malo ad iudicium prouocauerit, iuxta d. l. si quis, & l. qui sine, in quibus, ut dictum est, moram factam non videri, disponitur, curandum non est 15 de illa iuris præsumptione, saltim ad effectum, ut possessor excusat ab eorum fructuum, tam perceptorū, quam non perceptorum præstatione, ad quam propter veram moram, & malam fidem solum prædo, & ad sui exemplum verus mala fidei possessor adstringitur, per text. in l. sed & si, S. quod autem, cum duobus seqq. ff. de petitio hereditat. vbi primo loco prædo iudicatur, & vocatur is, qui ab initio prædonis mente res hereditarias apprehendit. ibi in d. l. quod autem loquitur de prædonibus; id est de 16 his, qui cum scirent, ad se non pertinere hereditatem, invaserunt bona, scilicet cum nullam causam haberent possidendi, hosque ad omnes fructus percipios, & qui percipi potuerunt, teneti, disponit. S. sequens per hæc verba. Sed & fructus, non quos perceperunt, (inquit), sed quos percipere debuerant præstaturos. Deinde vero idem sanctus de eo, qui ab initio fuit bona fidei possessor, si ex post facto conscient ad se nihil hereditatem pertinere, prædonio more versari cœpit, ut ibi dicitur, & ratio redditur per hæc verba. Parui enim refert, ab initio quis dolose in hereditate sit versatus, an potest à hac facere cœpit. Hæc automomnia, quæ de prædonibus, siue ab initio, siue ex post facto constituta fuerit, ad hoc, ut ad omnes fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, tenetur, intelligenda sunt cum illa declratione, & modificatione, de qua in d. l. quod autem, cum scilicet nullam causam possidendi haberent. Et per consequens supposita iusta possiden-

di causa; de qua in conclusione, ad præstationem fructuum nullatenus possessorēm obligari, aperte ex relatis deuincitur, apertiusquē etiam comprobatur, & demonstrat s. scire, qui immediate ad relatos in eadem lege pro maiori declaratione, quādō quis 19 vti prædo, & vti malæ fidei possessor cēseri, & existimari debet, disponit, non solū illum excusari à mora, & mala fide, & illa prædonis pena (quādō ad præstationem fructuum) iam relata, qui in facto, sed etiam qui in iure errauerit. ibi, & non puto, bunc eff. prædonem, qui dolo caret, quamuis in iure errauerit; de quo latè post multos per Anton. Merenda controuers. iur. tom. 2. cap. 5. lib. 7.

20 Nequē his obstar, quādō s. si ante litem, qui statim subsequitur in hac eadem lege de possessoribus post litē contestatam agens, malæ fidei esse, definiat. ibi, Quoniam post litem contestatam omnes incipiunt mala fidei possessores esse, & quādō in l. fructus. ff. de rei vendic. in qua agitur de bonæ fidei possesso, qui per litis contestationem malam fidem contraxit, vt bene ibi Anton. Faber contra Accursum declarat, & probat in Rationalibus. Nihilominus tamen illum debere præstare omnes fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, statuitur, atquē idem clariss sancitur in Certum. C. cod. per hæc verba. Certū est, mala fidei possessores omnes fructus solēre cum ipsa re præstare; bona fidei vero extantes; post litis autem contestationem vniuersos, ex quibus videatur, iustam causam post litem contestatam ad excusationem præstationis omnium fructuum nil iuare, nec prodesse, quasi quādō diera in superioribus ex d. s. quādō autem, & ex s. scire h̄ eo dimittaxat enentu procedant, in quo de possessoribus antē litem contestatam, & non postea peragatur.

21 Ad primum siquidē ex d. s. si antē litem per sui legitata natus respō-

sio, cum eoquē præmunita magis nostra conclusio; propterea quādō post verba in contrariū relata subsequuntur hæc. Quinimm̄ post cōtrouersiam motam, quanquam enim litis contestata mentio fuit in Senatusconsulto, tamē & post motam controuersiam omnes possessores pares sunt, & quasi prædones tenentur, & hoc iure hodie utimur; c̄epit enim scire rem ad se non pertinentem possidere se is, qui interpellatur. Ex quibus verbis resultat, quādō si omnes possessores sint pares, & quasi prædones, tenentur tām illi, qui per litis contestationem, quām qui aliter antē eam legitimē interpellantur: quemadmodū cum istis 22 valet, & admittitur excusatio ab illa fructuum præstatione, & pena prædonis, si iustum possidendi causam habuerint, per errorē facti, vel iuris, vt probatum est, & ex opposito neutiquām inficiatur; itā idem cum possessoribus post litem contestatam, vt eadē excusatione iuuentur, & rūcantur, dicendum est.

23 Accedat, quādō ex eisdem verbis relatis apparet, possessores post litem contestatam quasi prædones teneri, & obligari; ab hac autem obligatiōne, & ab omni vera mala fide, & mora excusari à capite probatum extat per d. l. si quis, & l. qui sine, in quibus de possessoribus post litem contestatam, qui iustē, & sine dolo malo ad iudicium prouocauerint, peragi, manifestum est; ac propterea quādō in d. s. si ante, & in alijs duabus legibus ex aduerso allegatis, quādō scilicet possessores omnes post litem cōtestatam sint malæ fidei, & vniuersos fructus præstare teneantur, itā sane intelligi, & declarari debet, vt procedat, præterquām si iustum causam possidendi habuerint, ad hoc vt iusta iuribus cōcordentur, atquē itā evitetur, & excludatur inextricabilis, & indissolubilis discordia; & antinomia, quæ alias existeret, & resultaret in d. s. si ante, & l. fructus, & in l. certum cum

- similibus ex vna parte. & dictum  
§. quod autem, & s. scire, & l. si quis, &  
l. qui sine cum concordatis ex alia:  
semper enim supponendi sunt termini  
habiles, ut in proposito casu disse-  
rit Anton. Faber in rationalibus ad l. si  
procuratorem §. ultime, ff. mandat, ubi  
24 postquam pro ratione dubitandi in-  
ter alia, quae apprimè conferunt ad  
nostram conclusionem, proposuerit,  
dispositionem præfatæ l. si quis, ad  
hoc ut à mora, & dolo excusat, qui  
iusta vtitur exceptione, & causa.  
Tandem pro ratione decidé illius  
textus, qui ita disponit, *Dolo autem*  
25 facere videtur, qui id, quod potest re-  
stituere, non restituit, docet Faber sic  
respondeat, nimirum, si nullam satis iu-  
stam recusandi causam habeas, suppo-  
nendi enim semper sunt, ut dici solet,  
termini habiles, nè quid absurdis sequar-  
tur, extra hunc casum præsumptio bac-  
doli, non solum iuris, & de iure, &c.  
Vnde per hæc condigna satisfactio-  
ne diluitur, quod ex aduerso opposi-  
tum fuit de præsumptione malæ fidei  
per litis contestationem, quod scili-  
cet iuris sit, & de iure; quia extra illū  
casum, in quo possessor iuste, & sine  
dolo malo ad iudicium prouocaue-  
rit, ut totiès dictum est, intelligi, & li-  
mitari debet.
- 26 Kursus, quod post litem etiam cō-  
testatam, quemadmodum & antè li-  
tem possessores ex iusta causa, ut potè  
si ex necessitate distraxerint rem, vel  
fructus, excusentur à mala fide, & à  
pena pœdonis, probat d.l. item si ver-  
beratum. S. i. per hæc verba. Si quis re-  
ex necessitate distraxit, fortassis huic  
officio iudicis succurretur, ut pretium  
dumtaxat debeat restituere, nam & si  
fructus perceptos distraxit, ne corrum-  
pantur, aquæ non amplius, quam pretiu-  
m præstabit. Vbi bene Anton. Faber ad  
verba illa ex necessitate intelligit post  
litem contestatam, & ad verbum suc-  
curretur inquit, nam summo iure  
condemnari deberet ad verum, iu-  
stumque pretium, cum fuerit mala fi-

dei possessor post litem contestatam,   
qualisunque fuerit anteū appareat er-  
go, iustum causam etiam post litem  
contestatam à vera mala fide excu-  
sare.

- 27 Probat hoc item §. si seruus (qui  
subsequitur) in eadem legi, ubi si ser-  
uus, vel animal demortuum sit, in eo  
dumtaxat euentu possessor tenetur  
ad pretium præstandum, in quo actor  
proberet; quod si ei restituisset, distra-  
xisset, & ibi similiter Faber cum Ac-  
cursio ad verbum demortuum inter-  
pretatur, post litem contestatam,   
& amplius declarat procedere in eo  
possessore, qui non ex alia causa, quæ  
licitis contestatæ factus est malæ fidei  
possessor, contra id, quod voluit ipse  
Accursius, qui in hac parte non benè  
loquutus deuincitur ex hoc textu,  
tamen per illa verba, de quibus ibi sine  
dolo, & culpa possessoris. quæ in malæ  
fidei possessore ex alia causa verifica-  
ri neutquam possent, cum semper  
malæ fidei possessor de dolo, & culpa  
etiam præterita teneatur. d.l. sed & si.  
S. quod ait. de petition. hered. ibi, ut &  
dolus præteritus in petitionem heredi-  
tatis deduceresur, sed & culpa. & l. si  
autem §. sed & is. ff. de rei vendic. ibi,  
& in speciali in rem actione, dolum  
præteritum deduci. quam etiam quia  
malæ fidei possessor ex alia causa,  
quam licitis contestatæ, quamvis actor  
deficiat in probatione, quam requiri-  
rit iste §. ad præstatione pretij omni-  
modo, & indistinctè tenetur. per litem  
veniunt. S. restituere in fine de petition.  
hered. & per alia iura comprobaret idē  
Faber in hoc eodem §. si seruus col. 2.

Licet enim ex istomete §. si seruus  
evidenter appareat, cum possessorem,  
qui sine dolo, & culpa supponitur, in  
casu, de quo ibi, debere pretium pre-  
stare moram passo, idest per litis con-  
testationem, ut optimè ibi interpre-  
tatur Faber, qui ex ea infert, non tan-  
tum malam fidem, sed etiam moram  
oriri, & dinasci, & ad verbum demor-  
tuum post principium eum possesso-

rem etiam post litem contestatam mala fidei vocat, in quo iustum què litigandi causam considerat.

- 39 Hæc autem cum alijs ab initio ex *Fontanella*, & *Rota Romana* in contrarium deductis, quod scilicet iusta causa neutiquam à mala fide, nec à fructuum præstatione excuset, ut iam ad specialem eorum responsioneum, & satisfactionem deueniatur, & appareat, nullatenus conclusioni officere, nec allegatis, & comprobatis pro ea ita enucleari, distinguiri, & interpretari debet, ut non sicut iustum causam excusare à vera mala fide, & mora personali, quæ in facto constat, nec non à præstatione illorum fructuum perceptorum, & non percipiendorum, quæ est pena prædonis, dicimus huc usque, & sufficienter cōprobatum est; ita idem dicendum sit, quod scilicet iusta causa & quæ excuset à mala fide præsumpta, scilicet à mora illa irregulari, quæ per litis contestationem, vel aliter in re legis auctoritate concedi solet, modo, & forma in superioribus exposita, & explicata; ab his etenim verius est, neutiquam iustum causam excusare. per d.S. si seruus, & d.l. sed & si S. aliquando. de usur. cum similibus. Quemadmodum neq; etiam excusat à præstatione illorum fructuum, ad quam
- 30 bonæ fidei possessor astringitur, non tantum si fructus exteat, iuxta dispositionem d.L. certum, quæ quidem in eo casu disponit, in quo bonæ fidei possessor ante litem contestatam titulum habet sub rubrica de rei vindicatione, sed etiam si consumpti sint; in eventu tamen, in quo ex his possessor factus sit locupletior, iuxta ea, quæ de possesso bonæ fidei in petitione hereditatis definitum est per l. utrum, per l. sed & si in S. consuluit. in S. adeo, & in S. item si rem, & per L. luid in S. prædo cum similibus.

- 31 Rationem autem differentias inter has duas actiones, rei vindicationis nimis tam, & petitionis hereditatis

aptè reddit, & assignat *Faber* in rationalibus ad d.S. scire; quia scilicet in rei vindicatione propter titulum, si-  
cuti possessor fructus usucaperet, ita  
eos consumptione lucratur, nec te-  
netur, nisi ad restitutionem extantiū;  
at in petitione hereditatis, quia desi-  
cit titulus, cessat usucapio, & tenetur  
possessor tam ad restitutionem fru-  
ctuum, qui extant, quam consumpro-  
rum, per quos locupletior factus sit,  
ad alios vero cōsumptos neutiquam  
obligatur, ut constat ex iuribus mox  
citatis, & signanter probat d.S. con-  
suluit per hæc verba. *Consuluit* Sena-  
tus bone fidei possessoribus, ne in totum  
damno afficiantur, sed in id dumtaxat  
teneantur, in quo locupletiores facti  
sunt, quemcunq; igitur sumptum fe-  
cerint ex hereditate, si quid dilapidar-  
uerunt, dum res sua abuti putant; non  
præstabunt, nec si donauerint locuple-  
tiores facti videbuntur.

- 32 Illa vero ratio *Antonij Fabri* pro-  
pter defactum tituli in petitione he-  
reditatis, quæ impedit usucacionem,  
& quæ militat, & peruiget in rei ven-  
dicatione, & quacunq; alia actiones  
indistinctè propter litem contestatam  
propterea quod per eam mora in re  
inducatur, & præsumatur mala fides,  
quæ similitè impedit, & interrupit  
usucacionem, ut notat *Faber* loco nu-  
pè citato, & est text. in l. si aliena. ff. de  
usucap. & in l. unica. C. de usucap.  
transformand. & in l. si fraude. C. de  
long. semp. præscript. cum concordan-  
tibus, & de iure Canonico est text.  
expressus in cap. fin. de prescript. ubi  
Doctores latè quoquè ad materiam  
Didac. Couarru. in reg. possessor mala  
fidei. de regul. iur. in 6. S. 7. per totum.

- 33 Ratio præterea differentias inter  
præfasas moras, & suos respectiuos  
prænarratos effectus ex iam dictis re-  
sultat; de prima etenim mora, & ma-  
la fide vera, quæ in persona sit, pro-  
batum est supra, non in iure, sed in fa-  
cto consistere, & propter tale factum  
tanquam in prædonem illa imposta

fuit

peccata, quod ad omnes fructus tamen perceptos, quam non perceptos tenetur possessor; propterea quod dignus sit praedo, qui bona aliena ultrò inuasit, & serio detinuit, ut hac veluti pena multetur, ut non tantum latro priuetur, sed etiam omni damno afficiatur; nec est, de quo tunc possessor conqueratur, si damnum propter suum proprium factum sentiat, & patiatur, cum id, quod quisque sua culpa sentit, sibi ipsi imputare debeat. vulgata l. *damnum. ff. de regul.iur.* Ex diuerso verò iuitissima esset illius querela, si concurrente iuris errore excusabili, 34 vel alia iusta causa retinendi rem, & sine dolo malo prouocandi ad iudicium, & sic cessante mora personali, & vera mala fide propter solam moram in re, & malam fidem per litis contestationem, vel aliter sola legis authoritate inducitam, vel presumptam, non tantum priuaretur lucro, 35 quod lex benè facere potest, quia quod acquiratur lucrum, à legis indulgentia pender, & nunquam illud concedit cum damno, & iactura alterius, ut est regula l. *iure natura. ff. de regul.iur.* sed etiam possessor afficeretur damno, quod lex proorsus abhorret, & iubet, ne alteri per alterius, 36 rum conditio iniqua inferatur. *reg. non debet. ff. cod. & in proprijs terminis probat d. litem veniunt ff. de petitio hered. S. petitam. ibi, sed ponamus denunciatum esse, non tamen scis, quia non ipse, sed procuratori eius denunciatum est, Senatus, ipsi denunciari, exigit, & ideo non nocebit, quamquam enim iuc, cum facta est litis contestatio de damno petitoris peragatur; at in pari causa possessor potior haberi debet. reg. in pari. ff. cod. ac propterea iustam causam 37 etiam ex errore iuris ambigui ab illa praedonis pena excusare, constat ex d. S. scire; apparet etiam ex S. consultis supra relato, consultum esse bona fidei possessoribus, ne in iutorum damno afficiantur, sed in id dumtaxat tenentur, in quo locupletiores facti*

38 sunt: huius autem secundæ moræ, & male fidei factæ effectus impeditius vñcupionis ex eo prouenit, quod si cuti ad factum pertinet, ut quis bona, vel mala fide possideat, ita hoc ad ius, id est captionem, ut per hæc eadē formalia verba disponit d. l. *bonæ fidei S. in contrariū. de acquir. rer. domin. ac proindè vñcunq; lex inducit malam fidem, & prohibet vñcupionem, nil refert, quod quis habeat iustum causam retinendi rem, ut expressè disponit l. vbi lex. ff. de vñcup. per hæc verba. vbi lex. inhibet vñcupionem, bona fides possidenti nihil prodit. Hinc est, quod iuris error, de quo dictum, & 40 probatum est, iuuat, & prodest ad acquisitionem fructuum ex lepius repetito S. scire, nullatenus tamen ad vñcupionem prodest, per textum in l. nunquam ff. cod. de vñcup. ibi nunquam in vñcupionibus iuris error possessori prodest: sed de his omnibus latè post multos per Couarru. vbi suprà S. 7. à num. 5. & lib. 1. vñcunq; resolut. cap. 3. à num. 8. & præcipue videndus est Bartoli. ad d. S. scire num. 2. & 5. vbi ratio- 41 nem differentiæ inter vñcupionem, & fructuum acquisitionem eam reddit, quod scilicet ad vñcupionem non requiritur verus titulus, vel iustus error, & bona fides positiva, sed ad acquisitionem fructuum non requiritur 42 titulus, sed sufficit, quod absit mala fides, quæ tunc abest, cum est iuris error; nam et si ex tali errore non inducatur bona fides positiva, quæ est 43 exclusiva omnis ignorantiae facti, & iuris, ut considerat Osias. decis. 160. num. 8. non tamen causatur mala, quod sufficit, ne possessor dicatur in dolo, cum inter bonam, & malam fidem detur medium, quod etiam admittit Faber in hoc eodem S. scire col. 2. in rationalibus, quamvis non in totum assentiatur doctrinæ Bartali: hæc autem est communiter recepta, ut constat ex decis. Rot. Roman. 320. in recentior. part. 2. præsertim num. 2. quæ quidem decisio multum confert*

ad nostram conclusionem, sed magis  
44 in terminis est *decisio Ioan. Petr. Surd.*  
*281. num. 8.* vbi respondit, quod litis  
contestatio non inducit malam fidem  
veram, sed presumptam, ex eo enim,  
quod lis sit mota, non definit possessor  
credere, sibi ius fauere, ut ibi benè  
probat, & in *num. seq. ait*, quod licet  
contrarium dictum fuerit in Senatu,  
tamen id fuit ex subtilitate, ac pro-  
pterea cum ius esset ambiguū, illius  
error nedum excusat a fructibus, sed  
titulum etiam præbet, ut ibi benè per  
eum, & *Ioann. Baptiſt. Hodier. in sua*  
*additio.* multos alios cumulat, & de-  
clarat a *num. 13.* fortius tamen strin-  
git, & urget *Iacob. Cancer. variar. re-*  
*folut. tom. 3. cap. 16.* a *num. 68.* cui in-  
ter alios se remittit *Fontanell. in deci-*  
*sione suprad. allegata pro contraria*  
parte: inquit enim *Cancer. a num. 74.*  
45 quod licet regulariter litis contesta-  
tio constituat quem in mora. *I. 2. C. de*  
*vſur. verūm, si quis habet iustum cau-*  
*sam litigandi, non constituitur in mo-*  
*ra per litis contestationem, vt per*  
*Glos. in d. l. si quis solutioni. de vſur. &*  
*on. l. qui fine. de reg. sur. & post relatam*  
*decisionem illam Surdi, & alios, tan-*  
*dēm num. 78. ita fatur. Et licet quis*  
*possit lucem moram regulariter, licet ha-*  
*beat iustum causam litigandi, condem-*  
*natur in fructibus, verūm id fit, quia*  
*alios ille locupletaretur cum iacturā*  
*aliena, quod non ita cadit in interesse,*  
*per decisiones, & Doctores, quos ci-*  
*citat, sequitur D. Ioannes de Solorzano*  
*de Indianarum Gubernio lib. 2. cap. 29.*  
*nu. 32; tom. 2. ac propterea ad casum*  
*notre conclusionis idem dicendum*  
*est de fructibus non perceptis, vel*  
*consumptis, per quos possessor neu-*  
*tiquam factus sit locupletior, ita etiā*  
*pariter intelligi, & declarari debet*  
*decisio D. Ludovici Peguer. 180. nu. 10.*  
*vbi de fructibus perceptis dumtaxat*  
*loquitur, cum alijs, de quibus per*  
*Fontanell. vbi suprad.*  
46 Quod vero attinet ad prædictum  
effectum usucaptionis recte defendi

potest, quod etiam à capite appositū  
fuit ex Rota Romana, quod præsum-  
ptio malæ fidei per litis contestatio-  
nē iuris, & de iure sit, quidquid alias  
in cōtrarium differat *Anton. Faber in*  
*rational. ad d. S. si antē lītē col. 2. quasi*  
non idem sit in denunciatione extra-  
judiciali a testatore facta, per *l. si fun-*  
*dum C. de rei vendic. & l. ait pretor.*  
*S. si quis particeps. ff quæ in fraud. cre-*  
*ditor. propterea quod non sicuti per*  
litis contestationem, ita per extra-  
judiciale denunciationem, siue etiam  
iudiciale citationem interrumpa-  
tur præscriptio. vt benè cum alijs  
probat *Roder. Suar. ad l. post rem iudi-*  
*ciam. 2. notabili. vers. considera vlti*  
*mō. num. 3. vbi quod interruptio, quæ*  
47 sit per litis contestationem, perpe-  
tuat actionem usque in 40. annos, &  
nulla alia interruptio hoc operatur,  
nisi litis contestatio, quia aliae inter-  
ruptiones auferunt omne tempus an-  
tē elapsum, & actio manet præscripti-  
bilis secundum suam naturam; ac  
propterea ad legitimam interruptio-  
nem præscriptionis necessariam esse  
cōtestationem litis, decisum appetet  
apud *Surd. decis. 5. & ad eam Hodier-*  
*na multos alios addit:*  
48 Ad effectum autem acquisitionis,  
seu præstationis fructuum, de quo in  
nostra conclusione iure optimo non  
admittit præsumptionem illam per  
litis contestationem, quod sit iuris, &  
de iure, quia, ut inquit h̄o nup̄r ci-  
tato. *Facta estiam lītis contestatione,*  
*distinguendum est, an possessor ius ali-*  
*quod habeat possidendi, nec ne; in illoq;*  
*dumtaxat eventu præsumptio illa*  
*malæ fidei per litis contestationem,*  
*admitti potest, quamvis possessor ius*  
*possidendi habeat, in quo nullatenus*  
*de dāmno, sed de mero lucro tracta-*  
*retur, ad præstationem videlicet eo-*  
*rum fructuum, quæ extant, & eorum*  
*quoque, per quos factus fuerit locu-*  
*prior, modo iam declarato; quod*  
*etiam firmat idem *Faber ad l. illud.**  
*ff. de pet. bered. per hæc verba. Et si*

enim

enim dici solet, post litem contestatam possessor est omnes esse pares, id est predones, adeoq; post motam controversiā. sed & si. 25. S. si autē suprā hoc titulo, id tamē eo periret, ut ex die litis contestata, aut motae controversiae nullum ex priore sua bona fide lucrum sentire ille possit, non autem, ut eo ijsquē mala fidei possessor videri debeat, & similis prædoni, ut ne illa in re melior ipssus conditio sit ab eo tempore, quām si mala fidei possessor, aut prædo fuisset; non enim obvia solum quōd quis cum actore litem contestatus est, statim si certus de iure actoris, sed tunc demūn cū instrumenta litis producta, & testationes publicatae, & apertae sunt, interim verò sit tantūm dubius de iure suo, quoniam, scitū sola ipssus negatio facit actoris ius dubium propter incertam aleam, & euenum iudiciorum. Ultim. C. qui ad libert. proclam. non licet, ita & assertio actoris non potest dubium non facere ius possessoris: sed quemadmodū dubitatio, siūd facti, siūd iuris sit, ignoratiā semper comitem habet; ita nequē scientia absolute unquam inducitur, nec proindē malam fidem, nisi secundū quid, & quodammodo per bonā fidei negationem, quām per mala fidei absolutam, & simplicem introductionem. Hactenus ille in prima columna; ex dictis verò per eum in seunda constat, sensisse, melioris conditionis esse possessorem, qui per litis contestationem mala fidei possessor factus est, quām illum, qui ab initio antē litem ex alia causa mala fidei possessor erat, quod expressius firmat in specie ad d. litem §. si seruus de rei vendic. col. 2. per rationem præfatae lillud, quæ summoperē faverit nostræ conclusioni, ibi, nec enim debet possessor mortalitatem præstare, aut propter metum huius periculi temere indefensum ius suum relinquere: ac propterē dicta per Fabrum iuxta hanc rationē intelligenda sunt, ut scilicet melioris conditionis sit possessor ille, qui cū ab initio fuisse bona fidei, post litem

contestatam illam retinuit; propterē quod iuste, & sine dolo ad iudicium prouocauerit, quām ille, qui sine iusta causa temere noluit liti cedere, sed litem negatiū contestauit; quoniam de illo secundo idem iudicari debeat, ac de illo, qui ab initio antē litem ex alia causa prædo erat, & mala fidei possessor, ut disponit §. de eo autem supra relatus ex d. l. sed & si. 50 de petition. hereditat. & non obscurè deducitur ex eadem lillud, in qua Proculum, & Cassium de solo possessore bona fidei agere agnoscit ipse Faberibi d. col. 2. quia, inquit, disputarunt, an post litem contestatam mortalitatem præstare deberet, & tamen Paulus Iurisconsultus huius legis author Proculi sententiam approbat in persona prædonis, id est in eo, qui more prædonis temere, & sine iusta causa litem contestatus est negatiū, ut rem alienam detineret; de eo verò, qui iuste ad iudicium prouocauit, ne ius suū indefensum relinqueret Paulus rectenta Cassij sententia, cum bonā fidei possessorem vocat, quod maximē notandum est pro nostra conclusione, & concinit text. in l. si bona fidei ff. eod. vbi pariter inter moras litis adhuc possessor bona fidei vocatur, ad effectum ut cum debitoribus hereditariis, & cum possessoribus rerum hereditariarū agere possit, quod neutiquā permittitur his, qui ex alia causa verē sunt mala fidei possessores; atquē inde colligitur, priores non obstante mala fidei per litis contestationem præsumptam, vbi cunq; deficit dolus, & concurrit iusta causa, melioris esse conditionis, quām posteriores, iuxta ea, quæ in superioribus deductā, & probata fuere, comprobatur simul per l. in estimādis, quæ huic ultimā præcedit hoc tisulo. & per l. fin autem. §. possidente, ff. de rei vend. cum non nullis alijs intrā suo oportuno loco citandis, prætermis consulto pluribus, quæ non inepitē citari possent. Nequē ad-

uersantur tradita per Bartol. in praefata lege illud, quartenus differit, per litis contestationem neutiquam malam fidem induci quodad interitum, & mortalitatem, sed bene quodad fructus; quia idem Bartol. ibi docet, malam fidem per litis contestationem non veram, sed fictam esse, praterquam si possessor verè scire possit, nullatenus rem ad se pertinere, ut ibi declarat, & addit, talen malam fidem fictam minimè locum sibi vendicare, nisi æquitate cessante, ac propterea illud de fructibus intelligi debet iuxta superius probata de fructibus extantibus, & consumptis, per quos possessor fieret locupletior; in eis etenim illa mala fides, & mora legalis talē operantur effectum, quia nō est æquitas, ne locupletetur possessor cū alterius iactura; secus autem de nō perceptis, seu aliā sine lucro consumptis: de his enim idem erit iudicium, quod de mortalitate; quia quemadmodū pēna prædonis est, quod quis teneatur de mortalitate, ut probat hæc lex, & tenet Donel. enucleat. tom. 2. lib. 19. cap. 14. sub lit. O. ubi quodad interius præstatio moræ pēna est, quam hic non facit per d.l. 24. de vñsur. quando scilicet quis iustè ad iudicium prouocat, ita pariter idem de fructibus non perceptis, & sine lucro consumptis, quodad eos non teneatur, nisi prædo, & verus malæ fidei possessor in pēnam moræ, suprà probatum extat, & agnoscit Osuald. Hilliger. ad Donell. eod. cap. 14. circa finem. ita dissentens. Præstatio autem eorum, que non perceptis possessor, item qua amisi pēna moræ, vel culpa est, ac proindè pari ratione quodad istius fructus, in quibus mala fides sita, & mora legalis nihil operantur; propterea quod deficiat æquitas, & de damno dumtaxat peragatur, ab eorum præstatione immunitis bonæ fidei possessor etiam post 53 litem contestatam compellari debet; sicuti in praefata lege quodad mortalitatem vocatur, ex illam ratione,

quia quodad eam in re per litis contestationem in iudicio illo vniuersali petitionis hereditatis, de qua in hac lege tractatur, nihil operatur.

54 Quamvis aliud sit in iudicio particulari, reiuendicationis scilicet, vel alio, ut constat ex d.l. item. S. si seruus, in qua, ut suprà etiam dictum est, cītrā dolum, & culpam possessoris ceditur mora legalis per litis contestationem, & moram passo præstandū esse pretium, ita demūm præcisè disponitur, si possit petitor probare, se fuisse distractorum rem, si habuisset, tunc ergo ex eo tenetur possessor, quia per illam probationem, in quasi culpa, vel saltim negligentia inexcusabili constituitur, cū de re particulari agatur, in qua per interitum nulla cōpensatio, nec excusatio considerari potest; quod secus est in iudicio illo vniuersali propter compensationem aliarum rerum, ut bene notat Faber in d.l. illud. Ex hac itaq; ratione etiam in iudicio particulari, si compensatio, vel excusatio aliquardi possit, nihil tunc est curandum de illa probatione, iuxta textum in hac eadem l. item 1. S. si quis suprà relato, ubi si quis post litem contestatam ex necessitate vendit rem, vel fructus, excusatur, ut ad amplius non teneatur, quam ad pretium, quod recepit, non autem ad illud iustum, & verum, quod aliā recipere potuit; & consequētè ad propositum nostrum idem existimari, & dijudicari debet de fructibus non perceptis, & sine lucro consumptis; quia in his, si possessor iustè ad iudicium prouocaverit ad sui excusationem, & compensationem damni, quod petitori inferatur, sufficiet utique, & considerari poterit, quod dūm re sua abuti putat, alias fructus, per quos locupletior factus fuerit, præstare tenetur. iuxta dictum S. consuluis cum concordantibus suprà relatis.

56 Comprobantur hęc omnia in proprijs terminis de fructibus post litem

contestata in, quos suos facit bona fidei possessor, donec vere cognoscatur, & sciat, nullam iustum causam possidendi habere, per textum, qui difficultas valde ab Interpretibus (de quibus infra) existimatur in l. qui scit. S. vls. ff. de usur. vbi bonae fidei emptor postquam cognoscit, rem alienam esse in iudicio contra eum moto, etiam post litem contestatam, fructus adhuc suos facit, quandiu res euicta non fuerit, id est quoduscum manifestum habeat, & sciat, rem ad euincere pertinentem, ut optimè interpretatur, & probat Ioann. Garz. de expens. & melior. cap. 23. nu. 17. cum seq. vbi à n. 5. agit de conciliatione istius legis cum lege, qui bona fidei. ff. de acquirendis rer. domin. quæ à multis iudicatur contraria. Præter illum autem prænotandum est, in hac ultima lege, qui bona fidei Iurisconsultum vsum fuisse verho scire; ut ab eo momento, quo possessor cœperit scire, rem alienam esse, nullatenus fructus suos facere possit tanquam malæ fidei possessor, quia verbum scire hoc sui natura continet; & importat, cognitionem scilicet veram, & perfectam per suas causas, & cum omnibus suis qualitatibus, ut constat ex latè in proposito congestis per Ioan. Baptif. Costa de facti scient. & ignor. inspectio. 61. per totam, & probat l. scire ff. de leg. ibi, scire leges non hoc est verba earum tenere; sed vim, & potestatem, & in specie de prædoniis, & malæ fidei possessoribus declarat Iurisconsultus in d. l. sed & ff. S. quod autem de petit. hered. ibi, de predoniis, id est de his, qui cum scirent, ad se non pertinere hereditatem, inuaserunt bona, scilicet cum nullam causam haberent possidendi: ac proinde appetit, quod ad hoc ut quis uti predo, & malæ fidei possessor haberi, & dijudicari possit, duo sunt necessaria. Primum, quod sciat, id est quod vere, & perfectè cognoscatur, rem esse alienam: secundum, quod nullam iustum possidendi causam habeat, ac propteræ antonomia, & repugnancia inter hæc duo iura, quam multi inconsulto supponunt, facillimè tollitur, & eliditur, ha-

dèm ut non sufficiat ad veram malam fidem contrahendam sola scientia, & cognitio, quantumvis perspecta rei alienæ; sed simul etiam necesse sit, quod nullam possidendi causam habeat, quia si possessor iusta aliqua exceptione, vel causa nitatur, adhuc 59 bonæ fidei possessor existimari, & cōpellari debet, ut est textus expressus in l. & generaliē ff. de noxal. action. in qua supponitur Scientia rei alienæ per verbum scire. ibi. Quamvis sciens alienum possideam. Et nihilominus quia iusta seruitus ei debebatur. ibi, Quia sibi iustum seruitutem seruiret pro bonæ fidei possessore habetur, & dijudicatur, ibi ut summa iniquitate bona fidei possessor afficiatur.

60 In prefata vero. l. qui scit. Scvl. Iurisconsultus nequit utitur verbis scire, sed cognoscere, quod quidem non illam perfectam, & veram cognitionem, quemadmodum verbum scire continet, & comprehendit, cum ad hoc, ut quis sine impropriate dici possit, quod cognoscit, qualis quælis notitia, & intelligentia sufficiat, propteræ quod cognitio sui natura multiplex esse soleat, alia mentalis, 61 alia actualis, alia verbalis, alia vocalis, ut post Signorol. de Homod. tradit. Cardin. Dominic. Tusc. practicar, conclus. tom. 1. conclus. 412. in verba cognitio. Vnde meritò in hoc ultimo ff. etiā postquam cognoscit, possessorum alienum esse, adhuc fructus suos facere disponit, quandiu res euicta fuerit, modo iam declarato, cuiusq; concinuita tradita post multos, per Alphons. de Guzman de reuictio. quest. 15. num. 47. & per Ioann. Anton. Manganit, in simili tractatu quest. 1. num. 6. & quest. q. à num. 55. Quo usque scilicet possessor manifestè cognoscatur, & sciat, rem alienam esse, ita quod nullam iustum retinendi, & possidendi causam habeat, ac propteræ antonomia, & repugnancia inter hæc duo iura, quam multi inconsulto supponunt, facillimè tollitur, & eliditur, ha-

bita ratione illorum verborum *scire*, & *cognoscere*, in quibus principaliter diueritas consistit.

- 62 In eisdem met terminis est *textus*, qui pariter huic ultimo contrarius estimatur a pluribus, de quibus latè per Andr. F. Achim. *controuersiar. lib. I. cap. 59.* per totum, nimirum in d. L. qui bona fidei. s. in contrariū ff. eod. de acquir. rer. domin. vbi iuris consultus tractans de bona fidei possessore, vtitur verbo illo *cognoscere*. ibi. Deinde cognouero, alienum esse. ex sententia Pomponij verendum esse dicit, ne non sit bona fidei possessor, & concludit, illud ad factum pertinere, an quis bona, vel mala fide possidet, qualis dicaret, quod si cognitione non sit plena, & perfecta pro bona fidei possessore, adhuc (non obstante generali cognitione) haberi, & existimari debet; quod si cognitione sit plena, & certa rei alienae, absque illa possidendi causa, tunc vti p̄dō, & verus mala fidei possessor tenendus, & dijudicandus erit, atquè indē resultat, hūc *textum* in aliquo non pugnare, nec contrariari cum l. ultimo p̄fata legi qui scit, cùm in eo similitè nulla habeatur ratio de cognitione generali; sed certa, & perfecta requiratur per euidionem, ex eisq; manifestè deducitur, & cōuincitur, quod tunc demūnū litis contestatio etiam ad effectum pr̄standorum fructuum veram malam fidem inducit, quando sit cum integra exhibitione scripturarum, & probationum; ex quibus non possit non deduci, & perhiberi certa cognitione, & scientia rei alienae, vt benē in proposito declarat Garzia de expens. loco citato num. 14. secula, & remota omni iusta possidendi causa, secus si alijs, vt toties dictum, & comprobatum extat.

- 64 Ad hēc non abs re, nec indignum animaduersione erit, quod in l. 2. C. de fructib. & lit. expens. in qua de conventione judiciali pertractatur, ad hoc vt possessor tanquam mala fidei

omnes fructus tam perceptos, quam qui percipi potuerunt, p̄fstante tenetur, sanctitur, ex eo tempore tene-ri. ex quo re in iudicium deducta scientiam malæ fidei possessionis accepit. requiritur ergo scientia, id est cognitio certa, & perfecta, item quod talis sit circa possessionem malæ fidei, vt ita intelligatur, nullam iustum causam possidendi habere, quamquam enim *Glossa*, & *Doctores* ex hoc *textu* deducant, possessorem per litis contestationem in mala fide constitui ad p̄dictum effectum p̄fstationis fructuum, at sanè intelligi, & declarari debent modo iam dicto, vt loquantur de illa iuris contestatione, per quam scientia iniuste possessionis de-65 tegitur, & patefit, aliter nedū contra alias leges in superioribus allegatas; sed etiam contra verba istiusmet legis loquuti essent, quia si semper per litis contestationem possessor talis scientiam acciperet, facilius, cōgruentius, & magis propriè Imperatores huius legis conditores dispo-suissent, quod ad p̄fstationem dictorum fructuum adstringeretur posses-sor à die litis contestatae, de qua nulla sit mentio, vnde, noluisse, dicendum est, cùm facile id exprimere potuisset, nequè expressit. iuxta tradita per Menoch. conf. 30. num. 8. cum alijs, de quibus latè per Simon. Vaz. Barbos. in suis princip. & locis commun. in verb. lex. num. 33.

- 66 Confirmantur tandem hēc omnia per *textum* expressum in l. 3. in princ. ff. de usur. per ea, quæ de fructibus dependendis, de quibus ibi peragi-tur, sufficientè probatum extat in alia *Conclusione*, quæ incipit *Mala fi-dei*, cùm par, & eadem sit ratio de fructibus non perceptis, de quibus in illa pertractatum fuit, ac de perceptis consumptis, tamen sine lucro posses-soris, vt iam suprà firmatum, & comprobatum est.

- 67 Quibus nullatenus contradicit Anton. Faber. in rational. ad l. utique

*ff de rei vendic. dum in ratione decidendi ad verb. percipere si uetus dicat, quod possessor tenet de fructibus consumptis tanquam malæ fidei possessor factus à die litis contestata, nec tantum ad fructus, quos percepit, sed etiam quod ad eos, quos potuit percipere, & quos percipere potuisse petit petitor, si res fuisset ei restituta per d. l. certum C. cod.*

68 Patet siquidem responsio ex hac eadem l. certum, quæ quidem neutram disponit, quod possessor post litem contestatam ad omnes fructus perceptos, & qui percipi potuerunt teneatur, sed ad vniuersos dumtaxat; id est ad eos, ad quos malæ fidei, & bona fidei possessores, de quibus anteriori loco sit metrio, teneri possent; ita quod si post litem contestatam possessor sit malæ fidei, ut talis teneatur ad vniuersos, ad quos ille alias teneretur. Vbi autem iuste ad iudicium prouocat, & bonam fidem retineat, teneatur non tantum ad extates, de quibus ante litem sancitur, teneri bonæ fidei possessorem, sed etiam ad vniuersos, ad quos iste teneri potest, taliter quod nihil lucretur cù iactura petitoris, in quo principaliter vis litis contestationis consistit, & casu, quo hæc lex disposeret, quod indistinctè post litem contestatam possessor ad omnes fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, teneatur, adhuc ipsa cum concordantibus, & cum eis Faber intelligi, & declarari debet, ut multoties dictum, & probatum est, præterquam si possessor iuste, & sine dolo malo ad iudicium prouocaverit. iuxta distinctiōnem ex eodem Fabro ad d. S. si ante litem superius relatam.

69 Et eandem quoquè distinctionem probauit Cuiacius obseruat. lib. 20. cap. 35. vbi ait. *Quod post controvēsiā motam omnes possessores uno tantum casu sunt pares, si desinant possidente post litem contestatam quamplurimis, nisi bona fidei possessor putet se ha-*

*bere iustum causam litigandi, & iure de calunnia per d. l. illud. & firmat etiā Donell. i. nucleat. vbi suprà d. cap. 14. vbi postquam lublit. M. dixit, post litem contestatam omnes possessores pares esse, sub lit. N. restringit, & inquit, *sed non perpetuo, quod enim si iusta causa litigandi per d. l. 24. de r. sur. sequitur, & cōprobat ad eam Osuald. sub litera O. per hæc verba. Et per bellè noster bæc distinguit, & Cuiacius, quæ dum alij confundunt, malam fidem litis contestatione induci sine distinctio ne docentes, falluntur; & ita puto, quod do non evidens calunnia rei conuenti appetet, in dubio conscientiam, quam initio illasam habuit, retinere censendus est, tūm ex ratione d. l. 40. in fine principij, tūm quia mala fides indicijs perspicuis est probanda, argumento lib. 6. C. de dol. tūm quia interpretatio illa capienda, quæ delictum excludit; fiducia itaque iuris sui potius, quām procacitate cōtendere malle, credens est, facit l. 49. hoc tit. (nimirūm de petit. bered.) vbi inter moras litis bonæ fidei possessor dicitur; idquè ei licet quod mala fidei possessor, non item, ut rap. seq. lit. B. alias quicunque iudicio aliquo reali pulsati malæ fidei obnoxij indigne reputarentur, quia & si inter litis moras ambigere de iure suo incipiat, modò non certè cognoscatur, se litem iniūstam suscepisse, nec tunc mala fidei reus fiet. Hactenus ille, & alios statim allegat, & præcipue Ioan. Garz. d. tra. Etat. de expens. cap. 6. num. 3. & 4. qui num. 6. affirmat, se vidisse semel in Regio Senatu Vallisoletano iudicatum, ut possessor bona fidei non restituat fructus à tempore litis contestata; sed à tempore, quo mala fides verè potuit inde suboriri, & cap. 23. suprà relato d. num. 14. idem repetit, & addit, audiuisse ita etiam Pincie decisum fuisse, & num. 45: cum seq. latius per multa nostram cōclusionem probat, cum ea etiam post multos, quos citat recentissimè transit, deci- sumq; refert Dominus Regens Hector**

*Capyc. Latro decif. 65. à num. 4. dempto Hartham. Pistor. quest. iur. tom. 4. quæst. 27. num. 7. qui apertè à num. 2. cōtrariam tuetur opinionem, vt possessor ad omnes fructus teneatur, nō quidēm propter malam fidem, sed propter vim litis cōtestationis; quod etiam voluerunt nonnulli alij, & signantè Oſualdus loco citato, mox scilicet post verba relata, vt in nostra *Conclusione Malæ fidei*, vbi maximo huic fundamento satisfactum fuit. Ac propterea omittitur, & dicta per *Hartham* d. num. 7. in quo sapienter fundat, non quidēm de possessore post litem contestatam, sed potius antè eam, ex quo, & benè illius iudicij petitionis, videlicet hereditatis, de quo ibi tractatur procedere ex sui lectura apparet. Quamvis ex suppositione (quod nullatenus subsistat fundamentum litis contestationis) subnixum, cui nullum per *Dominum Capycium* fuit datum responsum,) rectè in suam, & nostram sententiam trahi possunt *Hartham*, & alij in præfata *Conclusione* citati, qui omnes agnoscunt, possessorem etiam post litem contestatam per iustum causam à mala fide excusari.*

71 Nec est curandum de alijs duabus opinionibus, quas idem *Dominus Capycius* refert num. 2. & 3. Propterea quod ad primam præter responses per illum datas à num. 9. ex iam dictis supra liqueat, in eo tantum casu admitti posse, in quo possessor sine iusta causa ad iudicium prouocauerit. Secunda verò pendeat ab intellectu præfatæ l. qui scit S. ultim. de quo pariter actum est supra, & ultra Doctores allegatos per *Capycium* tam d. nu. 3. quam 14. cum seq. qui alios quoquè citant, præcipue *Dominum Regentem Merlin. controuersi*. iur. cap. 24. num. 4. videndi sunt *Anton. Faber in rational. ad d. S. de eo autem. col. 2. Oſuald. vbi supra. l. O. qui alios etiam citat, & cū eo, & alijs D. Franc. de Amaya obseru. iur. lib. 3. cap. 2. nu. 40. cum seq. Alphonſ.*

*Narbon. in 3. part. nouæ recipit. leg. Hispan. lib. 4. tit. 21. l. 25. gl. 5. à nu. 6. sed præ omnibus Nicol. Genua in sua concil. legū ad l. bona fidei §. in contrarium. fol. 281. vbi post varias compositiones, & intellectus, tandem num. 37. relatum pro nostra conclusione ex *Garzia* amplectitur, & verissimum profitetur, & cum *Garzia* quoq; trāſeunt *P. Thom. Sanchez in præcept. de calog. tom. 1. lib. 2. cap. 23. num. 193. & Augustin. Barboſ. in collectan. ad d. l. certum C. de rei vendic. sub num. 7. & Gaspar Hermofil. in addit. ad Grégor. Lop. gl. 6. & 7. leg. 32. tit. 5 par. 5. nu. 39. sed de his satis. Ad materiam tam omnino videnda sunt ea, quæ docte (vt solet) deducit, & declarat *Dominus Regens Merlin. in 2. centuria controuersi forensi. nouiter excussa cap. 42. cum sequenti.***

## ARGUMENTVM.

Donationem non inter viuos, sed mortis causa expresse factam per clausulam irreuocabilitatis neutiquam in donationem inter viuos trāſire, neq; transfundī.

## S V M M A R I V M .

1. *Donatio causa mortis. si cum clausula fiat, ut irreuocabilis sit, in donationem inter viuos non transit, nec donationi causa mortis contraria est irreuocabilitas.*
2. *Error afferentum, quod dato donatio illa in donationem inter viuos non transcat, sed ab ea expelli irreuocabilitatem, detegitur, & reycitur.*
3. *Doctores, qui defendunt, donationem causa mortis. per irreuocabilitatis clausulam donationem inter viuos*

fici,

- fici, enumerantur, & eorum rationes obiectionis causa ostenduntur.
- 4 Substantia donationis causa mortis non consistit in expulsione irrevocabilitatis.
- 5 Text. in l. vbi ita donatur ff. de donat. causa mori. interpretatur.
- 6 Dic̄tio, perindē, non proprietatem, sed similitudinem denotat.
- 7 Donatio, ut re vera sit causa mortis, & habeatur, ac si inter viuos si facta, non implicat.
- 8 Natura donationis causa mortis non mutatur per irrevocabilitatem, cū illius essentia verificetur, ut dominium rei donatae irrevocabilitē per mortem donantis donatario queratur.
- 9 Dominium rei donatae si viuente donante transferatur irrevocabilitē, quamuis fiat per donationem causa mortis, adhuc est inter viuos, ergo &c. à contrario sensu.
- 10 Donatio inter viuos, quae fit per traditionem, non consistit nisi in eo, quod statim transferatur, nec de revocabilitate, si expressa sit, curatur, ergo donationi causa mortis dummodo queratur post mortem, nihil inducit irrevocabilitas.
- 11 Voluntas donatoris si clara non extet, ut donationem fecerit causa mortis propter clausulam irrevocabilitatis in ea apposita, in dubio donatio inter viuos censetur.
- 12 Irrevocabilitas, quamuis non repugnet substantia donationis causa mortis, repugnat tamen naturalibus ipsis, & sic in coniecturanda voluntate testatoris pro donatione inter viuos est accipienda, secūs quando voluit, ut pro donatione causa mortis habeatur.
- 13 Text. in d.l. vbi ita donatur ff. de donation. caus. mort. in casu dubio loquitur, non autem quando constat ut omnino sit causa mortis, & irrevocabilis.
- 14 Repugnanciam irrevocabilitatis in donatione causa mortis non constitit

- circa eius essentiam, sed tantum circa accidentia, & sic potest esse absq; suis accidentibus.
- 15 Accidentalia contractus possunt per contrahentes remoueri, non autem substantia.
- 16 Oppositio afferentium, ex eo quod cum specie ultime voluntatis donatio causa mortis conferatur, in ea esse non possit irrevocabilitas, pro falsa censeur.
- 17 Donatio causa mortis in multis cum ulmis voluntatibus conuenit, in multis differt, cū ortum habeat pricipue à natura contractus.

## DECISIO XI.



Ausa mortis vbi ita expressè donatur, ut mortis causa donatio sit, & revocari nullatenus possit; ipsius donationis causa mortis naturam indurre, & sustinere, nec immutari, & in donationem inter viuos transire. Conclusum, & decisum fuit Die 18. Ianuarii 1636. me referente in fauorem nobilis Angela Scarchioni, & Sæjust contra Nicolaū Scarchioni. Actuario Ioanne Antonio Pella. Per text. in l. Senatus. S. mortis causa in fine, & in l. si alienam. in fine. ff. de donatio. caus. mort. in quibus dilponitur, donationem causa mortis, sic quoquè fieri posse, ut nullo casu repetitio sit, & de earum intellectu docte, & subtiliter per Anton. Fabr. videndum de error. pragmatic. decad. 45. error. 1. à num. 10. tom. 2. vbi optimè nostram conclusionem teneat, & firmat. Petr. Gor. Tholos. in syntagma. iur. uniuersi. tom. 2. part. 3. lib. 28. cap. 14. num. 9. & pro ea citantur quatuor plures, de quibus per Anton. Gabriel commun. conclus. lib. 2. tit. de iure iurand. conclus. 9. num. 2. vers. tamen continguum, per Jacob. Menoch. de præjumpt. lib. 3. præsumpt.

*sumpt. 35. num. 21. vers. his constat, & per Ioann. Harprect. in addit. ad Iul. Clas. recept. sentent. lib. 4. S. donatio. quæst. 6. num. 4. vers. tametsi non de- finit.*

Ex eis autem benè nonnulli no- stram conclusionem probant, ut non obstante clausula irrevocabilitatis, tametsi per eam donatio irrevocabili- lis fiat, non immutetur donatio in sui substantia, nec transeat in donatione inter viuos, sed remaneat dona- tio causa mortis, prout facta fuit. Ità *Faber vbi suprà, & Corasius ad l. ubi ità donatur, num. 3. ad fin. ceteris præ- termis;* alij vero conclusionem ad- mittunt in eo, quod remaneat dona- tio causa mortis, & non transeat in donationem inter viuos, sed reiiciunt irrevocabilitatem credentes, hanc repugnare substantiaz donationis cau- sa mortis; ac proinde tanquam pactū repugnans naturaz actus, pro non- scripto haberi. per h. cū precario ff. de pre- car. & de hoc plenè per *Petr. Bar- bos. ad l. que dotis ff. solus. matrimon. à num. 120. vers. limita igitur, & nam. 122. veriorem profiteretur, & nonnulla per Martiam vol. 77. num. 35. & per Ioseph. Sese decis. 360. num. 17. tom. 3.*

Pace tamen tantorum Virorum, allucinantur valde, quemadmodum & omnes alij, qui cum receptissima opinione aduersus nostram conclu- sionem agunt, & contrariam firmant afferentes, per prædictam clausulam donationem non mortis causa, sed inter viuos iudicari debere per ean- dem legem vbi ità donatur, ut constat ex multis, de quibus latè per *Gabriel. Menoch. & Harprect. vbi suprà, per Cauakan. decis. 42. num. 6. per Marc. Anton. de Anat. decis. Marchiae q. b. lib. 41. recentè per *Medices* decis. *Somen. ex am. 92. num. 21. & per Iul. Ces. Mi- zed. allegat. 3. post de r. Salernit. num. 127.**

Quia, ut optimè aduertit, & docet *Gaspar Anton. Tbesaur. question. fo- rense. lib. 2. quæst. 53. num. 7.* illi omnes

4

confundunt terminos, ac propter ea ex eo, & *Fabro, Connano, & concordatibus.* verius est, irrevocabilitatem non repugnare substantiaz donationis causa mortis, nec eam propter di- etam irrevocabilitatem transire in donationem inter viuos, sed esse do- nationem causa mortis, & irrevoca- bilem, nec aliud est, quod disponitur in d. l. ubi ità donatur, in qua non di- citur, esse donationem inter viuos; sed perinde haberi, quæ quidem di- etio perinde denotat similitudinem, nō autem essentiam, & proprietatem declarat, cùm nullum simile sit idē, ut benè in puncto per *Hieron. Butigel. ad l. stipulatio* hoc modo concepta. num. 41 ff. de verb. obligat. & latè de præfa- ta dictione perinde per *Augustin. Bar- bos. de dictio. v. suffreq. dictio. 252. num. 1.*

7 Illud quoquè ex eo disponi notat *Faber d. error. I. num. 12.* ut intelliga- mus, non esse ità pugnantia, donationem videlicet esse reuera causa mor- tis; & tamen perinde haberi, ac si in- ter viuos facta esset, quod ad ea seili- cet, in quibus potest induere naturā donationis inter viuos, cuius sane il- lud proprium est, ut sit irrevocabilis, non enim ex hoc immutatur illius substantia, quæ non in reuocabilitate & actus consistit, sed in eo, quod domi- nium rei donatae non nisi mor- do- natoris sequuta irrevocabilitè per donatarium acquiratur, ut constat ex illius definitione, de qua *irv. I. ff. cod. vbi Dafiores, & per eam illius substantiam declarari indubium est.* Unde si dominium viuente donato- re fuerit translatum in donatarium irrevocabilitè, tametsi dicatur fieri per donationem causa mortis, in ve- ritate donatio erit inter viuos, & agnoscit, & tenet idem *Faber ibi nu. 12. in fine.*

Sicuti etiam donationum inter vi- uos, earum videlicet, quæ per tradi- tionem sunt, substantia consistit non in irrevocabilitate, sed in eo, quod

domi-

dominium statim transferatur, adeò ut si idem etiam revocabilitè fiat, nihil noceat, nec illius substantia immutatur. per ea, quæ in Conclus. Reuocandi 83. firmata fuere. Quod si non nisi post mortem trāsferri dominium disponatur, donatio non potest esse inter viuos, sed mortis causa, ut docet idem Faber loco superiùs citato num. 11. circa finem, & error. 3. in eadem decad. 45. per totum.

11 Ex quibus, cùm firmioribus iuribus, & rationibus nitatur nostra conclusio, non est ab ea recedendum, quidquid alias voluerint Doctores communiter, & magis communiter; quorum opinio vera, & tenenda erit in dubio, vbi nō appareat, donatorem donationem causa mortis facere voluisse, quia tunc etiam si in substancialibus donationis facta sit mentio mortis, in coniecturanda, & interpretanda voluntate donatoris, clausula irreuocabilitatis præualere debet, ex quo licet non repugnet substantia donationis causa mortis, repugnat naturalibus illius. Ac propterea merito iudicanda est pro donatione inter viuos, & iuxta clausulam, siue parum irreuocabilitatis. Menoch. cum communi vbi suprà pro coniectura presupponit, & in dubio locum habere declarat. Thesaur. loco citato num. 2. & in dubio admittit Faber in C. lib. 8. tit. 39. defin. 1. & 3. cum alijs, de quibus latè per Ioann. Franc. Ferronii. nouiter post hæc scripta visum. in annotat. ad decis. Buratt. 58 1. cum seq. & in his terminis intelligi, & admitti debet noua decisio eiusdem Rotae Romane post hæc scripta etiam via in 3. tomo recensior. per Paul. Rubens decis. g. à num. 10. cum multis citatis ibi num. 13. & 14. & 15. & 16.

12 Quod si rectè attendatur, in his quoquà terminis obtinet, & locum sibi vendicat dispositio præfatæ l. vbi ita donatur, ut constat ex illis verbis ibi causa donandi, magis est, quam impræcis causa donatio; quæ quidem ap-

primè congruunt, & adaptantur ad casum dubium; non autem ad casum expressum, de quo in nostra conclusione, in qua illud maximè supponitur, donationem, videlicet expressè ita factam fuisse, ut omnino causa mortis sit, & irreuocabilis, iuxta ea, quæ in specie notant Chrysophorus de Castel. & Signorol. ad d. l. vbi ita. vt refert Tel. Fernand. ad l. 17. Taur. sub num. 103. tunc etenim dici nullatenus potest, causam donandi magis esse, quam mortis causa donationem, contra expressam voluntatem, & consensum donatoris, qui voluit expressè donare non in aliam causam, quam, ut mortis causa donatio sit, & cœscatur: quod si eam tanquam talem valere, & subsistere nullatenus posse dicatur propter repugnantiam irreuocabilitatis, per quam decipiuntur 13 multi, qui non attendunt, neq; considerant, repugnantiam illam neutram consisteret, nec versari circa ea naturalia, quæ ipsius donationis essentiam, & substantiam concernunt, exprimuntquæ; sed potius circa ea tantum, quæ accidentalia dici, & dijudicari debent, quæq; tolli, & removeri per donatorem possunt absquæ eo, quod corruat donatio, nec in sua substantia deficiat; ut est Gloss. communè recepta in l. p. a. c. v. f. cod. de cōtrah. emption. & in proprio nostro casu sunt iura expressa in d. l. Senatus. S. mortis causa, & in l. si aliena à capite pro conclusione citata, quibus opposiri responderi neutrum potest, adhuc tamè supposita incompatibilitate, & repugnancia in substancialibus, pari, vel maiori ratione neq; tunc perindè, aut modo aliquo in vita donationis inter viuos sustineri, nec defendi posse, dicendum erit, propter repugnantiam voluntatis, & consensus donatoris; propterea quod nulla sit obligatio, consensum citrè, multoquæ magis contraria per l. l. S. conventionis in fine ff. de patz. cum concordantibus.

Ex his itaq; prorsus tolli, & ener-  
uari omnia, quæ ex opposito deducā-  
fuere, clare liquet, & evidentē ap-  
paret, præsertim ea, quæ recentē ad-  
uersus *Fabrum*, & nostrām conclu-  
sionem scripsit *Ioann. Decker.* in sua  
*prima dissertatio. decis. Belgic. par. I. à*  
*num. 40. & dissertat. 4. à num. 16.*

Aliud autem, quod oppositum,  
quoq; fuit, donationem scilicet cau-  
sa mortis ad legata, & species vlti-  
marum volūtatum referri, cum eisq;  
adsequari, ad hoc ut irreuocabilitē  
fieri nequeat; quemadmodūm quæ-  
libet alia vltima voluntas, cuius illud  
præcipuum, & proprium est, ut reu-  
cationi subiaceat usq; ad mortem;  
propereā quod ambulatoria sit ho-  
16 minis voluntas usq; ad extremum  
vitæ spiritum, vulgatis iuribus facile  
evidē diluitur ex his, quæ docet  
idem *Anton. Faber* eod. *tomo 2. de er-*  
*ror. decad. 44 error. 5. cum seq. ubi, in*  
*multis donationes causa mortis cum*  
*legatis, & vltimis voluntatibus con-*  
17 *uenire, sed in multis quoq; differre,*  
*manifestē ostendit; ac proptereā re-*  
*sultat, oppositum non concludere,*  
*cum æquiparatio illa neutiquam*  
*quod ad omnia, & in omnibus, & per*  
*omnia facta sit, & præcipue quod ad*  
*sui productionem donationem causa*  
*mortis magis habere naturam con-*  
*tradicis, eiique propius accedere,*  
*post multos firmae *Jacob. Cancer.* va-*  
*riar. resolution. lib. 2. cap. 1. num. 65. &*  
*nouē post hæc scripta visus alios ad-*  
*dit, & optimē declarat *Dominus**  
**D. Eerdin. Arias de Mesa Regius Consiliarius variar. resolut. lib. 2. cap. 99.**  
**num. 4. cum alijs, de quibus à num. 8.**  
*& generaliter ad materiam nostrā*  
*conclusionis videndi sunt plures re-*  
*lati per *Gaspar. Hermosilin addit. ad**  
**Gregor. Lop. glos. t. 2. & 3. l. 1. tit. 4.**  
**part. 5. & per Addit. ad *Molin. de His-***  
**pan. primogen. lib. 4. tit. 2. à num. 40.**  
*vna cum Conclusionibus, quæ incipiūt*  
**Patris scilicet, & Iuramentum.**

## ARGUMENTVM,

Prælationis ius ad retractum,  
neutiquam ad beneficium  
cessionarij fieri posse, sed  
benè ad commodum ce-  
dantis.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Ius prælationis ad retrahendam rem locatam, vel venditam non conceditur in beneficium cessionarij, sed in beneficium cedantis.*
- 2 *Ius prælationis est personale, nec alteri cedi potest.*
- 3 *Decisio Parisensis Senatus per Tira-  
quellum adducta, afferentem, cedi posse, soluitur; quod ad commodum cedantis benè potest, pro cessionario nunquam.*
- 4 *Ius prælationis ex causa dotis, si mulier cedit ad sui commodum, sive cessionis validitas habet locum, si ad commodum cessionarij, & non valere.*
- 5 *Prius legum concessum persona propter personam cedi nunquam potest, sed concessum propter causam cedi potest, si procedente utilitatis causa duret, secus si pro cessionario.*

## D E C I S I O XII.



Essione iuris præ-  
lationis ad retrahendam rem ve-  
ditam, vel locata-  
tam ex lege, pri-  
uilegio, seu con-  
suetudine com-  
petentis, ad merum fauorem, & com-  
modum cessionis factam non valere;  
sed benè ad commodum cedantis.  
Conclusum, & decissum fuit Die 9. De-  
cembris anni 1637. me referente in  
causa inter Sindicum, & Procuratorem  
Vassallorum Marchionatus Griffoni

ex et na parte, & Ioannem Franciscum. airaldo Arrendatorem Regiarum Salinarum dicti Marchionatus ex alia. Aeluarto Didaco Serra Notario publico. Per doctrinam Marini Frecciae de subfeud. Baron. lib. 2. in 38. auth. in 4. declaratione. vbi postquam dixit, ius prælationis personale esse, per doctrinam Jacob. Rebuff. ad l. 16 C. de metall. lib. 1. nec alteri cedi posse, per decisionem Guid. Papæ 411. iuxta quam ita decilum in Sacro Consilio Neapolis, referente Francisco Villanova testatur; aliam etiam decisionem similem adducit Vrsill ad Affictum. decis. 238. num. 6. aliasquæ eiusdem, & aliorum Senatum decisiones referrunt Camill. de Curt. in diuersor. iur. feud. fol. 9. num. 49. Ioann. Franc. Capiblanc. ad pragmat. 1. de Baron. num. 157. Ioann. Franc. de Ponte de qif. 28. num. 12. & Horat. Viscont. in additio. ad decis. Vinc. de Franch. 226. quæ omnia probant priorem partem nostræ conclusionis, vbi cessio sit ad commodum cessionarij, at vbi in cessione tractatur de commodo cedentis ex opposito Freccia vbi suprà tener, cessionem valere; si ex post facto mutata opinione contingat, & perficiatur, vel pro alio, vel maiori pretio vedit; alium item ad emendum posse supponere, vbiq; ipse ab emptione arceretur, propter difficultatem, vel impossibilitatem soluendi pretium, per tex. notabilem in l. ad officium C. commun. diuid; vt ibi per eum . sequitur Vincent. de Franch. d. decis. 226. sub num. 5. vbi etiam ad hoc citat duas decisiones, unam ex Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. glof. 1. & aliam ex Anod. de Pöt. in tract. de laudem. q. 23.

3 Sed est animaduertendum quod ad primam, Tiraquellum num. 43. non nullos Doctores referre pro ea opinione, vt ius prælationis tanquam personale in aliud cedi nequeat, & statim num. 44. alios in contrarium citat, & dicit, audiuisse ita iudicatum in Sehatu Parisiensi, quæ sunt intelli-

genda iuxta conclusionem, vt non possit cedi ius prælationis ad commodum cessionarij, sed bene possit ad commodum cedentis. Ita ergo conciliantur Doctores, cessatq; contrarietas inter eos. Quoad aliam verò decisionem Amodei, quæ in eo versatur, vt sufficiat tempore prælationis, quod velit pro se, non autem in futurum cogatur, ac propterea dicit, quod census Senatus, neutiquam iurare constringi.

4 Sed ad nostram conclusionem nō incongruè facit distinctio illa, quam tradit Bald. nouell. in tractat. de dote. par. 12. quest. 4. vers. ego autem, quam ut rationabilem sequitur Neguzan. de pignor. in 2. part. 9. mem. num. 107. Jacob. Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumptio. 185. & Lucas Matth. Apicell. ad tutam. pauper. tit. 4. de cession. bonor. sub num. 91. vers. suadetur dictum priuilegium, quod scilicet, aut mulier cedit ad sui commodum, & utilitatem, & tunc cessionis validitatem supponit, & admittit, secùs si ad utilitatem cessionarij, super illa particulari quæstione, an ius prælationis ex causa dotis per l. affiduis. C. quipotio. in pign. hab. cedi valeat, de qua latè per Horat. Viscont. in suis conclus. iur. in verb. mulier an possit, per Ioann. Baptistam Thoro. in compend. decis. Neapol. tom. 1. verb. priuilegium prælationis, & Ioseph. Mele in additi. ad decis. Gizzarell. 1. num. 7. cum sequenti.

5 Melius tamen ad nostram conclusionem confert alia distinctio, quam super eadem quæstione prælationis dotis docet recentèr. Ioann. Domin. Gaito de credito. cap. 4. quest. 3. d. nu. 1693. Priuilegium videlicet prælationis concessum. personæ propter personā cedi nullatenus posse, quod est extrà conclusionem, concessum verò personæ propter causam; prout in conclusione, cùm semper ad tetragrum ius prælationis detur propter dominium, vel aliam causam, non propter personam, vtique tunc vale-

re cessionem, quatenus causa duret, & sic quatenus concernit utilitatem cedētis, scūs si ad utilitatem meram cessionarij, prout contingit, quando cesso sit ex causa merē gratuita, & voluntaria, probata quād hoc distinctione Bartoli, ut ibi per eundem Gaito num. 1712. & ad eandem distinctionem videndus est Ioann. Maria Nouar. de electione fori. section. 3. quæst. 14. num. 45. quando ergo detur prælatio Vniuersitati, vide Conclus. Preferendas, sed intrā quod tempus. Conclus. Vniuersitates. 99.

## ARGUMENTVM.

Originis priuilegijs nullatenus priuari posse illum, qui patriam deferuit, & alibi domicilium constituit; posteaquam ad eam reuersus declarat, habitationem perpetuò in ea cōseruare se velle.

## SUMMARIUM.

- 1 Translatio domicilij, quam fecit ciuis in aliam sub diuersa iurisdictione, Ciuitatem, illum priuilegijs, & commodis, que uti originarij intersunt, si postea est reuersus, & in sua Ciuitate perpetuò commorari se offerat, orbare non potest.
- 2 Voluntas hominis, quamvis eius obiectum nihil aliud sit, quam in operando libertas, non est sufficiens, ut quis sua voluntate propria origine se eximat, atq; patriam recuset.
- 3 Naturalia cùm sint immutabilita, consequens est, ut per translationem domicilij non mutetur originarium.
- 4 Menochius quamvis in cons. 106c. vol. I. nū. 79. dicat, quād per trans-

- lationem domicilij nō amittit ciuiis priuilegia, & commoda originarie ciuitatis, quando agitur in odium originarij, sed quād amittat quād utilia: attamen huius assertionis tenebrae euaneantur in sequenti.
- 5 Originarius à patria absens gaudet quād onerosa originis priuilegijs, non autem quād utilia; sed originarius in patriam reuersus, & ibi domicilium habere se offeret, quād opinia gaudet.
  - 6 Ius domicilij contracti ortum habet ex animo.
  - 7 Animus est causa sufficienter efficiens acquisitionis domicilij.
  - 8 Doctores, qui assérūt, non sufficere animi declarationem ciuii, quād vult ibi perpetuò domicilium habere, nisi per eum domus sit empta, & translatio fiat cum tota familia, & maiori parte bonorum, enumerantur; sed questionis veritas in sequentibus habetur.
  - 9 Declaratio animi tantum sufficit originario in propria patria ex eo, quād iam eum efficit ciuem nativitas, ad hoc vt priuilegijs omnibus gaudeat; scūs autem hoc procedit in noua domicilij constitutione extra locum.
  - 10 Originarius ideo reuersus gaudet priuilegijs per solam animi declarationem, quia per coniecturas eius animus appareat, semper ibi velle domicilium constituere; hoc autem non procedit in eo, qui non est originarius, quia presumitur sine animi definitione domicilium habere.
  - 11 Priuilegia concessa habitatoribus non spectant ad eos, qui simplicem habitationem ducunt, nisi concurrat ciuitas, que faciat habitatores ciues, & municipes, & ista per illos, qui originarij non sunt per factum, & ius contrahitur; per animum nempe, & per transmigrationem familia: non autem in originario, quia iam est ciuius.

## DECISIO XII.



1. Iuilitatem naturale originis per qualemcumque domiciliij translationem, etiam ad Civitatem, & Provinciam sub diverso dominio factam, non amitti, sed retineri, etiam quodad priuilegia, & commoda per originarium in patria reuersum, si in ea perpetuo habitare paratum se offerat. *Conclusum,* & *decisum fuit Die 30. Mensis Augusti anni 1633. ad sauorem Bonifacij de Amico contra Franciscum Senes Oppidi de Macomer, me referente. Actuario Antiocho Brondo notario. Per text. in l. assumptio. in princ. ff. ad municipal & in origine. C. de municip. & origin. lib. 10. cum concordantibus, in quibus probatur, origine propria neminem posse voluntate sua eximi, neque patriam recusare, & mentiendo de ea, quam non habet veritatem, mutare; per translationem etenim domiciliij neutiquam mutari originarium, sed aliud ei addi, & adiungi, probat Lpen. ff. de Senator. & l. in adoptionem 1. in ordine. C. de adoptionibus, & pro ratione facit, quod generaliter definitur in S. sed naturalia. Instit. de iur. natur. gent. & civil. naturalia immutabilia esse, atque ita iuxta conclusionem bis decisum in Regia Camera Neapolitana appetet ex Dido de Mari in additio. ad decis. Thom. Grammat. 87. num. 4. vbi alios citat. sequitur Ioann. Baptista Thoro in suo compend. decis. Neapolitomo 2. in verb. ciuitatis originis, quamplures relati comprobant per Ioann. Petr. Surd. conf. 346. à num. 11. vol. 3. per Mar. Anton. Macer. variar. resolut. lib. 2. cap. 59. casu 10. vers. 20. dicit, & per Augustin. Barbos. de appellat. verb. veriusque iur. appell. 77. sub num. 8. quibus addendi sunt Ioann. Griuell. decis. Dolan. 11. num. 6. Dominus Re-*

gius Consiliarius Scip. Theodor. allegat. 62. num. 2. & Ioann. Franc. Capiblanc. ad pragmat. de Baron. tom. 2. cap. 60. à num. 5. qui alios citant.

4. Quamvis enim in proposito Menoch. conf. 1060. num. 79. vol. 11. duos casus distinguat, & in primo ad fauorem originis admittat, per translationem domiciliij non amitti, at in secundo in odium originarij quodad commoda, & priuilegia originariæ ciuitatis (de quibus in nostra conclusione agitur) ea amisisse, affirmat, multosque ad hoc citat, praesentit etiam Surd. vbi suprà, & expressè tenet Petr. Barbosa ad l. heres absens. S. proin. d. in articulo de foro ratione originis. ff. de iudic. num. 104. vbi ait, quod mutans domicilium in aliud Regnum, sibi præjudicat quodad eius utilia, sed quodad inutilia, & onerosa antiquam originem retinet.

5. Verumtamen optimis rationibus contrarium etiam in commodis, & priuilegijs defendunt Tiber. Decian. conf. 44. à num. 76. vol. 4. & Ioann. Cephal. conf. 451. à num. 104. vol. 4. Inter has itaque pugnantes, & contrarias opiniones vera, & tenenda est distinctio, quod prima procedat in originario à patria absente. Secunda vero in casu nostræ conclusionis, quando originarius in patriam reuersus domicilium in ea habere, & oneris sustinere se obtulit, quia tuuc in hoc eius dicto, & assertioni standum erit.

6. Ex eo potissimum, quod contracti domiciliij ius ex animo pendet, vt constat ex L. ius. S. Celsus ff. ad municipal. ibi estimatione animi, & est doctrina Abbatis communiter recepta in cap. fin. in fin. de paroch. vbi probat quod si habitator immediatè declarat annum, quod vult habere domicilium, sine expectatione alterius temporis habebit domicilium. Et sequuntur post multos Jacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. ac casu 86. Iosepb Maſcqd. de probation. tom. 1. conclus. § 34. latissime Prosper Farinacii fragmen.

in


- 7 in verbo *domicilium.nu.211. & 228.*  
*Pater Thom.Sanchez de matrimonio*  
*disp.23.num.11. & Ioann. Gutierr. in*  
*simili tract.de matrimonio cap.63. nu.*  
*13. animumquè esse potissimum ac-*  
*quisitionis domicilij modum, com-*  
*probatur per plura Anton. Fernand. de*  
*Ottero de pascuis, & iur.pascend.cap.*  
*4.num.2.vnde merito in terminis de-*  
*finitum, & decisum apparet per Rot.*  
*Roman. decis.113. num.2. & 5. & de-*  
*cis.188.num.1. tom.1. par.2. in recen-*  
*sior. assertioni, & attestationi habita-*  
*tionis ex eo, quod in animo consistit,*  
*standum esse omnino tradit etiam*  
*ex alijs Tiber. Decian. conf.44.nu.81.*  
*vol.4.*
- 8 Quamvis enim in contrarium vr-  
geat text. in *I.domicilium ff.ad municipa-*  
*l.vbi domicilium re, & facto trās-*  
*ferri, non nuda constitutione dispo-*  
*nitar; & ita superius relatam doctri-*  
*nam Abbatis declarat Socin.in cap fin.*  
*sub num.25.de faro competent. vt tuñc*  
*sufficiat oblatio, & declaratio animi,*  
*quando concurrit aliquis actus si-*  
*gnificatiuus domicilij, nimirū quod*  
*domum emerit, vel conduixerit. se-*  
*quitur Rot.Roman. decis.150. num.8.*  
*part.2.in nouissim. atque incolatum*  
*contrahi ex declaratione animi, iun-*  
*&a domicilij translatione, dixit eadē*  
*Rot.decis.642.num.14. part.1. tom.2.*  
*in recensior.apud Farinac.ex Abbat. &*  
*alijs pro nostra conclusione citatis.*  
*Adhuc verò necessū esse, quod quis*  
*se transferat cum tota familia, ibiq;*  
*larem constituat, id est, vt ibi alia bo-*  
*na emat, post Rouit.in pragmat.titul.*  
*de immunit.Neapol.num.9.tener,& de-*  
*cisiones refert Ioan.Baptista Hodier.*  
*in addit.ad decis.Surd.329.nu.2. & 5.*
- 9 Hæc tamen intelligi, & declarari  
oportet, vt obtineant in noua domi-  
ciliij constitutione extrà locum origi-  
nis; quemadmodum ex alijs benè tra-  
dit Steph.Gratian.discept. forens. cap.
- 381.nu.14.vol.1. secùs autem, quan-  
do declaratio animi per originarium
- in propria patria sit, rite etenim sota

animi declaratio cum nuda habita-  
tione sufficit, quia cùm natuitas fa-  
ciat eum ciuem. l.i. ff. ad municip.  
*C. de incol.lib. 10. nullum aliud*  
*factum requiritur ad domicilium*  
*originis, præterquam animus origi-*  
*narij cum simplici habitatione. Nam*  
*& si hæc ad domicilium originis neu-*  
*tiquam requiri, sicuti ad incolatum,*  
*dixerit Rot. Roman. d. decis.150. nu.5.*  
*post Abbat. & Socin. quos citat, & vo-*  
*luit ex alijs Ottero d. cap.4. num. 21.*  
*Attamen benè declaratur per Steph.*  
*Gratian. discept. forens. cap.559.num.*  
*23. tom.3. ex Afflito, Rimin. & Hon-*  
*dadeo procedere, vbi quis alibi habi-*  
*tat causaliter, momentaneè, & non*  
*ex animi destinatione; vel etiam si ex*  
*animi destinatione, sinè tamen ani-*  
*mo deserendi domicilium originis,*  
*quod in dubio præsumitur, vt post*  
*Lucam de Penna, & Ioann. de Plate.*  
*firmat Ignat. del Villar respons. iur.lib.*  
*1. respons.7. part.4.num.31. vers. quod*  
*procedit; secùs autem est, quando ve-*  
*rè, vel ex conjecturis apparet de ani-*  
*mo originarij in desertione originis,*  
*quia tunc pro amissio habetur quod ad*  
*commoda, & priuilegia ex sententia*  
*aliquorum; sufficit tamen, ad hoc vt*  
*ad ea reintegretur, cisque fruatur,*  
*reversio cum habitatione, & declara-*  
*tione animi de ea perpetuò habenda*  
*in patria; & ratio differet; quare*  
*hæc in ea sufficiant, non autem extrà*  
*eam, illa est, quod attinet ad fruitionē*  
*priuilegiorum, de quibus principa-*  
*litè agitur in conclusione, quia pri-*  
*uilegia habitatoribus concessa non*  
*ad eos pertinent, qui nudam, & sim-*  
*plicem habitationem ducunt in loco,*  
*nisi etiam concurrat ciuilis, quæ ha-*  
*bitatores facit ciues, & municipes,*  
*prout est illa, quæ legitimè contra*  
*hitur per domicilium, & incolatum,*  
*quorum nomina ciivilia sunt, & ad ea*  
*vltrà habitationem ius requirit ani-*  
*mum perpetuò illam seruandi, & fa-*  
*ctum transmigrationis cum familia,*  
*& majori parte bonorum, emptionis*

domus,

domus, & similiom, per quæ, domici-  
lium, & incolatum contracium, & ha-  
bitatorem ciuem, resultat iuxta ea  
, de quibus in alia nostra *Conclusione*,  
quæ incipit *Ciuem*. Vnde merito  
cessante facto, quia cessat ciuitas, as-  
sertioni habitatoris extrà originem  
standum non est, nequè ille ad frui-  
tionem priuilegiorum admittendus:  
sed in originario nuda, & simplex ha-  
bitatio cum declaratione animi suf-  
ficere debet, etiam absqùe alio illius  
facto, ex eo quod nativitas efficerat  
iam illum ciuem, sicuti enim tunc te-  
netur ad onera, ita comodis, & pri-  
uilegijs priuandus non est, cùm se-  
cundum naturam sit, commoda eum  
sequi, quem sequuntur incommoda,  
vulgatis iuribus.

De reverso ergò in fortioribus  
terminis extat optima *Definitio An-*  
*tonij Fabri* 24. circà finem in C.lib. 9.  
tit. 30. vbi eleganter sic ait. nam & si  
quis in eam *Ciuitatem*, quæ immunita-  
tis priuilegia habebat, & vnde diuer-  
terat, post aliquos annos redierit, constat,  
priuilegio, & immunitate eum gaude-  
re. & in proprio nostro casu de origi-  
nario ad patriam reverso, quod reaf-  
sumat omnia prioris ciuitatis iura,  
post multos probat *Peregrinus conf.*  
55. num. 10. volum. 5. & optimè con-  
ferunt tradita per D. Thomam de  
Carleual post hæc scripta visum in-  
tractat. de iudic. & foro competent. lib.  
1. tit. 1. disp. 2. quæst. 2. à num. 112. At  
tamen quando hæc locum habeant,  
videnda est *Conclus. Originis*, & ad  
materiam latè D. Franciscus de Ama-  
ya ad Leues C. de incolis. lib. 10. post  
hæc quoquè scripta visus.



## ARGUMENTVM.

Feudum cum clausula *ad pro-*  
*priam naturam feudi cense-*  
*ri proprium*, ex pacto, &  
prudentia in omni casu;  
præterquam si iure heredi-  
tario deferri expressè dispo-  
natur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Feudum si ad propriam naturam feudi concedatur, ex pacto, & prouidentia proprium decerni debet, præterquam si expressè iure hereditario conferatur.
- 2 *Clausula*, ad propriam naturam feudi, patefacit animum dantis, illud concedere uti proprium.
- 3 *Præsumptiones*, & conjectura superflue sunt, cùm versemur in claris.
- 4 Feudum hereditarium improprium nuncupatur.
- 5 Effectus clausula prædictæ quamvis repugnare videatur proprietati feudi, tamen repugnantia nunquam proprietatem destruit, nisi sit in substantialibus.
- 6 Substantialia feudorum de iure deter-  
minata non agnoscuntur, nisi per pacta aliter non fuerit dispositum.
- 7 Pacta contra naturalia actus non sub-  
sistunt, sed quando conuentiones na-  
turalium actus sunt constitutiva, tunc, quia dicuntur substantialia,  
priuatis dispositionibus affinata, benè valent.
- 8 Feudum non dicuntur recta, sed im-  
pria, si unum, aut plura ex natura-  
libus feudi immutentur.
- 9 Verbum illud, impropriū, in feudo ri-  
gores non intelligitur, sed quatenus  
respicit puram, & originalem pro-  
prietatem, per pactum nō immuta-  
tam.
- 10 Feudum quamvis degeneret in aliqui-  
bus

- bus in suis substantialibus; nibilominus essentiam feudi proprij retinet.
- 11 Verbum; improprium, quomodo intellegatur in feudo, & quis sit eius effectus.
- 12 Proprium, & improprium cum non sint contradictoria, in ipsis datur medium, quod est non improprium; hinc fit, quod feudum, si non est proprium, non sit improprium rigorosè.
- 13 Proprietas intrinseca si deficiat in feudo, non est proprium, si extrinseca, & proprium est.
- 14 Adiunctum si ad substantialem differentiam ponatur, improprietatem denotat, secùs si ad differentiam terminorum.
- 15 Feudum hereditarum rigorosè improprium appellatur.
- 16 Feudum predictum hereditarium idcirco iure feudi regitur, quia de fidelitate, quae est principalis pars substantialiam componens feudi, partipiat, ita ut culpis amittatur, quibus & verum feudum.
- 17 Feudum predictum improprietatis notamini caret, quamuis iure feudi regatur propter fidelitatem.
- 18 Feudum hereditarium propria sui virtute successionem conferit iure hereditario, atq; ita natura proprij feudi aduersatur, qua est, ut non conferatur nisi in uestitura, aut successione iure sanguinis.
- 19 In uestitura, aut successio iure sanguinis cum sine feudi proprij predicatione, eius natural locum habene differitur omni pacto excluso; & etiam illo, quod mero iure hereditario confertur, cum tunc iura sanguinis debruantur.
- 20 Feudum pro heredibus cōcessum cum clausula in propriam naturam feudi, proprium ex pacto, & prouidencia sal; cum nil implacet concessio pro heredibus, dummodo de voluntate dantis, & accipientis feudum, ut proprium appareat.
- 21 Verbū heredibus in casu, de quo agi-

- tur pro filijs accipitur.
- 22 Verba impro priantur, ad hoc vt intentioni proferentis proficiant.
- 23 Verbum, successor, successionem iure sanguinis significat.
- 24 Propria feudi successio ortum habet à iure sanguinis.
- 25 Feudum pro heredibus, & successoribus proprium est, si secundum suam propriam naturam concedatur, statibus, & præmissam dictis assertionibus.
- 26 Feudum concessum pro se, & heredibus, ex pacto, & prouidentia censem tur, si congrahentes de filijs percep runt.

## DECISIO XIV.



Lausulam in inuestitura, & cōcessione feudali de feudo ad propriam naturam feudi, ita proprium ex pacto, & prouidentia illud efficere, vt vere improprium dijudicari nequeat, eo dumtaxat excepto casu, in quo exprelse iure hereditario deferri constituantur. Conclusum, & dictum fuit Die 30. Mensis Martij 1634. referente nobile D. Gaspare Pira in favore nobilis Ignacii Santust Domini Baronie de Furtei aduersus Antonium Corda. Actuario Petro Ianne Sanna: ex eo generaliter, quod per dictam clausulam manifeste apparet, & constat de mente, & voluntate dantis, & acquirentis 2 feudum, ut proprium, adeò quod opus non sit ad præsumptiones, & cōiecturas recurrere, cum versemur, in claris, vulgata & continua sc̄. cum ita ff. de verb. obligat: & punctim ad feudum concessum ad propriam na- 3 turam feudi, quod censeatur, & sic feudum proprium, & redum, ex pacto, & prouidentia, ad differentiam 4 feudi hereditarij, quod dicitur im proprium, post Lacub. de Beluis. Curt.

iun.

*iun. & Camerarium tradit Thom. de  
Marin. de gener. & qualitat. feud. tit.  
de feud. ex pact. & prouidentia. num.  
44. cum sequent. firmatque Jacob. Me-  
noch. de presumption. tom. 1. lib. 3. pre-  
sumpt. 44. num. 13.*

- 5 Quidquid ergo in contrarium ex-  
cogitetur, quamvis proprietati feu-  
dali repugnare videatur, illam tamē  
destruere, aut immutare non poterit,  
nisi repugnantia ineuitabilis sit in  
substantialibus, ex traditis per Docto-  
res communiter in *l. pacta conuentu-*  
*ff. de contrah. emption.* & in terminis  
feudalibus testatur *Curt. iun. de feud.*  
*part. 1. q. 6. num. 3.* & tenent *Petr. de*  
*Gregor. de concess. feud. par. 3. quæst. 1.*  
*vers. limita tamen. D. Nicol. Intrighol.*  
*de feud. cent. 1. quæst. 10. num. 92.* &  
post alios *Henr. Rosent. de feud. cap. 21.*  
*concl. 57. tom. 1.* Maximè cùm natura-  
lia feudorum minimè determinata  
sint de iure simplicitè, & absolutè :  
sed in eo dumtaxat euentu, in quo  
per pactum aliter non fuerit disposi-  
tum, & conuentum: nam & si vbi sim-  
plicitè requiruntur, idem, quod sub-  
stantialia operentur, & eadem ferè  
sint, adeò ut pactum in contrarium  
non subsistat, sed corruat, at in altero  
casu validum est pactum, & seruan-  
dum eodem actu manente, non quod  
valeant pactiones contra naturalia  
actus, sed quod naturalia alias assi-  
gnata tunc cessent, priuatis aliter di-  
sponentibus ; quia hæ priuatae con-  
ventiones vicè naturalium subibunt,  
ut docet *Benedict. Pinell. Praeceptor*  
*meus selectar. iur. interpretat. lib. 2.*  
*cap. 6. num. 22. cum sequent.*

- 8 Quamvis autem Feudistarum cō-  
munis opinio, & inter eos Rosental.  
*d. cap. 2. conclus. 54. num. 2.* teneant,  
quod si vnum, aut plura ex naturali-  
bus feudi immutata fuerint, feuda  
quidem degenerantia, impropria, &  
non recta fieri; ea tamen supposita  
opinione pro nunc, que alias dubi-  
tatione nō caret. Illud (improprium)  
earènus est intelligendum, quatènus

relicet proprietatem puram, & ori-  
ginalem per pactum nō immutatam,  
at rigorosè (impropriū) nequamq;ā  
est appellandum, vt sentit eadem cō-  
munis Feudistarum relata ab eodem  
*Rosental. ibi. sub lit. E. dūm* dicit, quod  
10 *feudum in aliquibus degenerans*,  
nihilominus in alijs omnibus feudi  
proprijs naturam retinet, & nouè fir-  
mat *Mar. Giurb.* in suo *tract. de feud.*  
post huc scripta in lucem edito *præ-  
lud.* 2. à num. 48. vbi multos cirat, &  
benè materiam declarat, & post cum  
cum alijs videndus *Dominus Regens*  
*Capyc. Latro consule.* 75. num. 307.  
11 *tom. 1.* atquè ita illa *improprij* voca-  
tio recepta est tātū ad differentiam  
terminorum, vt intelligatur, feudum  
tunc habere qualitatem aliquam di-  
uersam ab ea, quam secundū suam  
propriam naturam (seū ut melius di-  
catur) secundū suam intrinsecam  
naturam habiturum fuisse, nisi per  
pactum extrinsecum fuisse alteratū;  
quia tamen ista alteratio nō in sub-  
stantiali contingit, nequè in natura-  
li, præcisè utique naturam immuta-  
se de rigore dici nequit, & casu, quo  
12 quis propria carere contendat; sed  
non indē sequitur, *improprium, esse*  
*rigorosè;* cùm inter proprium, & im-  
proprium detur medium; id est non  
*improprium, ut ex Quintiliano docet*  
*Alciatus de verb. signific. lib. 1. in vesti-  
bulo num. 5.* & sequuntur *Philip. Mas-  
simi. Dominus, & Praeceptor meus ad*  
*Lvnicam. C. quand. non peten. part. pe-  
tem. ad res. num. 52.* & *Alex. Raud. de*  
*analog. lib. 1. cap. 6. num. 5.* vbi post re-  
latas contrarias opiniones, an analogum posterius sit propriè tale, num. 6.  
recenset distinctionem casui nostro  
apprimè consentaneam, quod aut  
13 consideramus proprietatem intrin-  
secam, & tunc benè loquuntur Do-  
ctores communiter, quod nō sit pro-  
priè tale: aut proprietatem extrinse-  
cam, & tunc procedit altera opinio,  
quod sit propriè tale. Rursus num. 7.  
cum *Socin. senior. conf. 25. lib. 3.* & *Ni-*

col.

cal. Belli. supput. iur. ciuil. lib. 1. cap. 14. tradit, quod vbi adiunctum ponitur ad differentiam terminorum, non 14 denotat improprietatem; sc̄cūs si ad differentiam substantialem; & ideo in uno tantum casu feudum impro- 15 priè rigorosè appellandum est, vbi est merē, & absolutē hereditarium.

16 Nām & si de isto Doctores firmēt, quōd iure feudi regatur; id evenit ex eo, quōd de fidelitate (in qua potissimum substantia feudi in genere consistit) participat; ita vt ex eisdem culpis amittatur, quibus & verum feudum, vē habetur in cap. t. nico. de feud. non habent. prop. natur. feud. & ibi tradunt Doctores omnes: at non ex hoc feudum est, aut appellari potest sine 17 improprietatis nota, vt constat ex eod. cap. ibi licet propriam feudi naturam non habeat secundūm veriorem intellectum, de quo alibi in Conclus. Feudum. & ratio in eo versatur, & consistit, quōd feudum istud hereditarium propria sui virtute, natura, & substantia successionem confert, iure hereditario dumtaxat, vt vox ipsa indicat; & tradit Hartam. Pistor. quash. iur. lib. 2. q. 2. num. 34. atquē pugnat, & aduersatur substantiae, & naturae feudi proprij, cuius ea est, vt non nisi inuestitura, aut successione iure sanguinis acquiratur, vt colligitur ex cap. 1. de feud. cognit. in fin. & ex c. 1. de consuet. rect. feudi, quod tamq; valer, quantum si diceretur de natura recti feudi, per tradita post alios per Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. lib. 1. tit. 13. num. 7. tom. 1.

19 Vt h̄c ergo feudi proprij natura, vel in substantia, vel in qualitate naturali consistat, cūm simplex, & absolute sit, nec dispensationem ullam per pactum admittat, præsertim ab eodem iure feudali constitutam; in eoquē dūm de inuestitura differit per cap. quid sit inuestitura, & per alias subsequentias, quomodo accipiēda, & adimplenda sit, declaratur; & de successione p̄ ex plura capitula,

& signanter per cap. 1. de natura succession. feud. non nisi iure sanguinis concyrente locum habere docetur, omni prorsus alteratione per pactum exclusa, & principaliter illa, quæ in solo mero iure hereditario versatur; propterē quōd tunc propria juris sanguinis natura destruatur, & aliam oppositam, & contrariam assumat, meritò feudum merē hereditarium dumtaxat impropriam naturam haber; incompatibile etenim est, quōd feudum sit proprium, seu secundūm suam propriam naturam concessum, & quōd sit hereditarium, & improprium, & tanquam repugnans, agnoscit Alex. Raud. cons. 1. num. 55. vol. 2. & nouē post h̄c scripta viſus cum multis comprobat Dominus Regens Galeota controv. illustr. tom. 2. controv. 48. num. 26. & magis nouē Horat. Montan. controv. forens. cap. 19. à n. 1.

20 Ac propterē Raudens ibidem in specie nostri casus de feudo pro heredibus cum dicta clausula in propriā naturam feudi, quōd sit feudum proprium, ex pacto, & prouidentia, firmitat, & inquit, nemini dubium hoc esse posse, cūm constito de voluntate dantis, & accipientis feudum, vt proprium, nihil impedit, quōd concessio pro heredibus facta proponatur, si quidēm propria feudi natura id operatur, quōd scilicet verbū hereditibus (cuius proprietas contra proprietatem feudalem in graui Doctorum pugna, ad hoc vt feudum censeatur hereditarium præualuit) illa non obstante accipi debet in casu nostro pro filiis, cūm in iure novum non sit, quōd verba impropriantur, vt deleriant intentioni proferentis. I. stipulatio ista S. hi, qui in fine, & S. hoc quoq; ff. de verb. oblig. & latē comprobat Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. lib. 2. tit. 7. num. 3. propterē quōd nulla in hoc improprietatis nota contrahitur, quin verius feudali accedatur, vt probat cap. si clientulus. de alienat. feud. atquē idem de feudo

- pro successoribus affirmandum est,  
 23 cùm & hoc verbum *successor* inter  
 quatuor modos, quibus maximè ac-  
 cipi potest, successionem iure sangu-  
 nis non impropriè designet, vt post  
*Bald.* tradit. *Socin.* senior cons. 44. nn.  
 13. vol. 2. & in feudo hæc est vera, &  
 propria acceptio, vt constat ex cap. 1.  
 24 de natura *successus feud.* ac proinde teu-  
 dum pro herevibus, & successoribus  
 proprium est, si concedatur, vt pro-  
 prium, vel secundum suam propriam  
 25 naturam, & in hoc inquit *Raudens.*  
*d. respons.* 1. num. 53. quod nunquam  
 dixit conterarium, nec potest contra-  
 dici, stante theoria cognoscendi, de  
 quoniam æquiuocato actum sit, & te-  
 net *Hector Emil.* de iur. feud. cap. 26.  
 num. 30. Et idem de feudo pro here-  
 dibus, & successoribus, vbi concedi-  
 tur in feudum secundum morem Ita-  
 liæ, quod sit proprium ex pacto, &  
 prouidentia, defendit *Cels.* *Hugo*  
*cons.* 26. num. 53. cum seq. & num. 62.  
 & de feudo pro heredibus quibus-  
 cunque, vbi est cōcessum in feudum  
 rectum, & proprium, firmat ex alijs  
*Henrich. Rosenthal.* de feud. cap. 1. con-  
 clus. 37. num. 5. cum seq. & tenet etiam  
*Gaspar Guileb.* in *apolog.* cap. 10. num.  
 22. vers. quia post verbum; conferunt  
 etiam tradita per *Lud. Schrad.* de feud.  
 26 par. 2. cap. 3. num. 17. cum seq. vbi post  
 multos, quos citat, ait, feudum con-  
 cessum alicui pro se, & heredibus,  
 absque dubio ex pacto, & prouiden-  
 tia iudicari, quando appetet, con-  
 trahentes de liberis, vel filiis sensisse,  
 quod clarius prosequitur *Hartbam.*  
*Pistor.* quest. iur. tom. 2. q. 3. num. 10.

## ARGUMENTVM.

Reo neutiquam licere contu-  
 maciam accusare aduersus  
 actorem, quia nulliter eum  
 citauit, quiq; excusatorem  
 habuit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cōtumacia male accusantur per reum  
 citatum contra actorem, si cùm ab-  
 sens fuisset, per epistolam, vel cita-  
 tionis expeditionem commissit alteri,  
 qui ad excusationem curatoris cum  
 dicta epistola ad litis prosequitionē  
 se obrulit, & ad exhibitionem legi-  
 simi mandati, quibus contradixit  
 reus, & consumacias omnes accusar-  
 uit.
- 2 Iudicium institutum à falso procura-  
 tore, qui mandatum non habebat,  
 vel si habebat, non legitimū, cita-  
 tum non arctat ad comparendum,  
 nec fieri contumax potest, etiam sub-  
 sequente ratificatione antè, vel post  
 sententiam, nisi ex integro accuse-  
 tur cōtumacia tempore ratificationis.
- 3 Nullitas iudicij, & citationis con-  
 maciam parit.
- 4 Paria sunt, non facere, & facere, sed  
 male.
- 5 Impensa in iudicio facte impunitur  
 appellati, quia illis facto suo causam  
 dedit.
- 6 Validitas citationis pender à mandato  
 cum decreto iudicis.
- 7 Nullitas quando non dependet à po-  
 state approbantis, vel renunciantis,  
 non habetur ratio de ipsis probatio-  
 ne, vel renunciatione.
- 8 Approbans citationem sumit approbas  
 personam Procuratoris.
- 9 Approbans contractum censetur appro-  
 bare personam, que illum gestit.
- 10 Prosequutio iudicij cepti per Procura-  
 torem mandatum non habentem ra-  
 tificat omnia per eum gesta.

D E.

## DECISIO XV.



1 Ontumacias per reum citatum contra actorem, qui, cum absens à iudicio fuisset, curatorio nomine per epistolā, libelli oblationem, citationisquē expeditionem, commisit alteri, qui ad excusationem curatoris antē secundam contumaciam cum præfata epistola ad prosequitionem litis se obtulit, simulquē ad exhibitionem legitimi mandati cum Iudicis decreto dilationem exorauit, quibus reus cōtradixit, & contumacias omnes accusavit, malè fuisse accusatas cum condemnatione ipsius in expensis processalibus. Conclusū, & decisū fuit  
Die 19. Mēsis Septēbris anni 1643. ad fauorem Ioanna de Rios, & Arenacōtra D. Mattheum Martinez, ad relationem nobilis, & Magnifici D. Antonij Canales. Antiocho Muntone Attuario, & in gradu supplicationis me referente confirmatum cum condemnatione in omnibus expensis. Per definitionem Anton. Fabri 8. in C. lib. 3. tit. 1. quæ fuit repetita lib. 4. tit. 20. defin. 2. vbi in terminis iudicium institutū à falso procuratore, qui nullum mandatum habebat, vel habebat, sed non legitimū, neutiquām ardare citatum ad comparendum, nequē ex eo iudicio fieri posse contumacem, etiam subsequuta ratihabitione antē, vel post sententiam, nisi à tempore ratihabitionis sequitur ex integro accusetur contumacia: in Senatu Sebusiano decismum apparet, atquē ex hoc ultimo collitur id, quod de ratihabitione subsequeta per legitimū mādatum crāsmisum cum decreto Iudicis oppositum fuit ex Ludou. Postio de manutenend. obseru. 55. num. 144. & Bernardin. Muscatelin prax. part. 3. verb. comparentis. num. 39. cum non post habitum, & exhibitum tale mandatū,

sed antē fuerit accusata cōtumacia. Nec releuat, quōd in casu *definitionum* Fabri de contumacia contra citatum nulliter facto aduersatij; in nostro verò de contumacia contra ipsum citantem, qui facto proprio nullitati causam dedit, peragatur, quasi ex hac diuersitate iure suadente excludi debeat omnis illatio, & argumentum de uno ad alium, per vulgarē I. Papinianus ff. de minor. propterea quōd si recte attendatur ratio, quæ præcipua in omni dispository esse debet, verius sit, idem in utroq; 3 casu peruigere fundamentum; nimirū in nullitate iudicij, & citationis, sine qua nulla contumacia subsistere potest, vt per decisiones, quas refert, probat Ioann. Mar. Nouar. ad pragmat. Regn. Neapol. sit. de offic. Magistr. Iustit. collect. 4. num. 2. & post Maran- tam in praxi par. 6. sit. de contumacia à num. 2. usq; ad 7. firmat Celsus Bargal. de dolo. lib. 5. cap. 21. num. 3 r. & in proprijs terminis comprobat idem Anton. Faber in Cod. lib. 2. sit. 2. defin. 6. vbi appellans citauit nulliter procuratorem, qui comparuit, & accusauit contumaciam contra citantem, & deciditur, minimè condemnandum esse quasi contumacem, per prædictā rationem, de qua benē per eum nu. 1. 4 in allegatione, quia citatio superpræcedere debet contumaciam, & quia paria sunt, quid factū esse malè, vel nullo modo, vt ibi. num. 2. in alleg. Quanquam enim in hac eadem definitione Fabri dictum vltiū fuerit, impensas à procuratore factas imputandas esse appellanti, qui facto suo causam his dedit. Verū tamen in casu nostro falsus procurator, qui de expeditione citationis curam habuit post literarum, reportationem, ad excusationem curatoris in iudicio comparuit, dilationem ad exhibitionem legitimi mandati petens, tacitè agnoscentis nullitatem iudicij, & citationis antē accusationem contumaciarum; vndē accusatio postea facta,


& impensis subequitæ in declaratione contumacia, non à facto proprio citantis prouenerunt, sed ipsiusmet citati, qui ab eis excusari nullatenus debet, cùm in manifesta fuerit culpa, accusando contumaciam contra curatorem, qui per se, aut per legitimum procuratorem neutiquam iudicio adfuerit, recusando, & contradicendo dilationi ad exhibitionem legitimi mandati ex aduerso petitæ, cui potius assentire debuerat, si à lite, & diffamatione curatoris eximi, & liberari cupiebat, aut saltim agere contra falsum procuratorem, ad hoc ut tanquam talis condemnaretur in expenitio.

Ex eisdem quoquè diluitur, & evittatur doctrina Sigismund. *Sc. c. de iudic. tom. 1. cap. 9. l. 2 num. 3.* quòd scilicet actor cōtumax nequeat oppone re de nullitate citationis contra citatum, qui per comparitionem visus est comprobasse citationem, eiusquè nullitati ad sui fauorem renunciasse, nè alias fauor retorqueatur in odiū, vt per eum latè.

Hęc siquidem doctrina nullatenus applicari potest ad casum nostrū, cùm in eo actum neutiquam fuerit de contumacia contra ipsum procuratorem citantem, sed contra curatorem à iudicio absentem, vt dictum est. Accedat, quòd nullitas citationis in casu nostro renunciari, aut sanari non potuit per approbationem, & comparitionem citati, vt in casu *Scaccia*; propterea quòd nō pendeat à potestate ipsius, vt in casu *definitio-nis Fabri*, & in nostro certum sit, ad validitatem citationis necessarium esse mandatum cum decreto Iudicis, cùm de illa curatorio nomine actum fuerit; vbi autem nullitas neutiquam à potestate approbantis, & renunciatis dependet, nullam habendam esse rationem ipsius approbationis, & renunciationis, constat ex traditis per *Ioann. Petr. Surd. decif. 5. 3. num. 1. 3.* & sequitur *Laurēt. Vrsol. in exam. apum,*

*siue conclus. legat. tom. 2. conclus. 131. num. 56.*

Vltimò tandem, supposito etiam casu, quòd in potestate citati fuisset, renūciare nullitati citationis, eamq; per ipsius comparitionem, & approbationem conualidare, non propterea indè cessat, nec tollitur nullitas contumaciarum, cùm ad earum excusationem iudicio adfuerit, litisquè prosequutioni se obtulerit ille idem procurator, qui ab initio cōparuit, & 8 de expeditione ipsius citationis curā gessit, nequè potuerit citatus approbare citationem, quin simul approbare personam p̄fati procuratoris, per ea, quæ in simili post alios tradit *Steph. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 944. num. 54.* quòd scilicet approbans contractum ceasetur etiā approbare personam, quæ illum gessit, & num. sequent. in terminis dicit, maximè procedere in actis judicialiter factis; ita vt ex sola prosequutio ne iudicij cōcepti per procuratorem nō habentem mandatum censcantur ratificata omnia per eum gesta, vt ibi num 56. benè cum multis probat. Conferunt etiam alia in proposito congesta per *Vrsell. d. concl. 131. num. 45. cum seq.* p̄cipuè cum declaratio nione ad calcem istius numeri, vt scilicet citatio id operetur, vt non tenetur amplius illius personam legitimare ad effectum comparendi, quāuis aliud sentiat quoad merita causa; ac proindè cùm de his in casu nostro ad p̄sens non peragatur, sed tantum de accusatione contumaciarum, quæ per comparitionem evitatur, & tollitur, consequens sit, malè, & perperam de eis fuisse actum.



## ARGUMENTVM.

Nullam dicere venditionem bonorum minoris per defectum solemnitatum antē legitimam ipsius ratihabitionem, eo etiam inuito, suo creditori licere.

S V M M A R I V M.

- 1 Creditor minoris potest venditionem nullam dicere per solemnitatum defectum antē illius ratihabitionem, minore etiam inuito.
- 2 Creditor dominij directi potest oppone de amissione dominij vtilis aduersus emphyteutam, etiam si voluntas directi domini declarata non extet.
- 3 Exceptio non numerata pecunie datur creditoribus, inuito debitore.
- 4 Ille, cuius aliquando interest, potest excipere de iure tertii.
- 5 Exceptio nullitatis potest opponi per quemlibet interesse praeendentem.
- 6 Exceptiones, qua principalibus competunt, successoribus competit, à quibus causam agnoscunt.
- 7 Creditor potest uti iuribus sui debitoris.
- 8 Creditor imago sui debitoris dicitur in illis actionibus, qua suo debitori cōpetunt.
- 9 Creditor in actionibus, que debitoris intersunt, eius procurator censetur.
- 10 Doctrina Bartoli in l.2. ff. de except. rei iudic. asserta per nostram conclusionem excludens, enarratur, & num. 11. distinguuntur.
- 11 Opinio Petri Barboli in l.1. si alienam . 12. num. 67. ff. solut. matrim. ad distinctionem conclusionis concernēs, in quo habeat locum, explicatur.
- 13 Ille, qui in locum alicuius successit, non iācum potest opponere de iure tertii, quando ius est purum, sed etiam

quando est conditionale, si conditio non sit suspensiua, sed resolutiua.

- 14 Minor maior factus quamvis conuahare possit contractum à se gestum in aetate minori, non tamen definit esse nullus, nisi constet de approbatione.
- 15 Facultas approbandi contractum in minore facto maiore potius ipsius resolutionem respicit, quam originem.
- 16 Minor donec voluntatem suam patefaciat circa validitatem cōtractus, ex eo quod interim est nullus, tertius potest opponere de nullitate, si iste tertius habeat interesse.
- 17 Ratihabito actus in tātum ab eo fieri potest, in cuius fauorem inducta est nullitas, etiam post partis oppositionem, in quantum contrahens ipse causam nullitati actus dedit; praeterquam si in formatione cōtractus ab initio resistat lex.

## DECISIO XVI.

- 
- reditorem cius, cuius bona nulliter ex defectu solemnitatum in minori aetate distracta fuere ante eius legitimā ratihabitionem, eo etiam inuito, de nullitate agere, & excipere posse aduersus possidentem. Conclusum, & decisum fuit Die 12. Mensis Aprilis 1638. me referente ad fauorem nobilis Francisci Carcassona contra viduam Hieronymam Meli, & Serra. Actuariorum Ioanne Antonio Polla. Per doctrinam Pauli de Castro in l.cūm seruum. C.de seru. fugit. num. 2. ubi ita in simili tenet, creditorem dominij directi, &
- 2 qui illius bona habet obligata, posse opponere de commisso, & amissione dominij vtilis aduersus emphyteutam, etiam si dominus directus adhuc non declarauerit voluntatem suam, & mouetur per l. pen. C. de nō num. pecun. per quam exceptionem non nu-

merat

merata pecunia, etiam in iure debito, creditoribus dari sancitur, firmantque ibi; & alibi passim Doctores nostri. *Castrensis* ergo doctrinam in alio etiam simili casu sequitur *Ioann. Baptist. Laderch. conf. 8. num. 19.* vbi etiam amplius iuuare dicit regulam,  
 4 vt quando intersit alicuius, is possit excipere de iure tertij, ex *Abbate conf. 64. num. 3.*

5 Sed melius in terminis de exceptione nullitatis, quod posse opponi per quemlibet interesse precedentem ex decisionibus Rot. Rom. quas citat, probat *Camill. Borrell. in sua summa decis. rotius orbis tomo 1. tit. 48. de exception. num. 35.* rursus item *num. 74.* cum multis firmat, singulari successori competere omnes exceptiones, quae competit principalibus, à quibus causam habent, quodquæ creditori liceat ut iuribus sui debitoris, voluit ex alijs Rot. Rom. apud *Ludowis. decis. 362. num. 10.* & de creditore minoris, quod, eo etiam in iure, pro suo interesse actione illi competenti experiri possit, docet ex alijs *Barthol. à Casane. conf. 21. num. 45.* & confert text. in *I. cùm notissimi S. sed cùm illud. C. de prescript. 30. ann. vbi, creditorem imaginem sui debitoris obtinere, dicitur, in actionibus quoquæ debitori competentibus, tanquam eius procuratori censeri, & existimari constat ex *I. de accusationibus ff. de diuers. & tempor. prescrip. & I. si pignoriff. famili. bercisc. I. qui creditore ff. de damn. infect. cum similibus.**

10 Nequæ his obstat doctrina Bartoli in *I. 2. ff. de except. rei iud. num. 1.* quod scilicet, vbi oppositio de iure tertij non est exclusiva iuris agentis, nisi ille tertius velit, tunc non potest opponi, nisi facta declaratione per illum, exemplificando in emphyteuta, cui si opponatur, quod ceciderit in commisum, tamen talis oppositio non valet, nisi tertius prius id petierit, per *I. 2. C. de iur. emphyt. ex quibus doctrina Castrensi. cum alijs pro con-*

clusione adductis dilui, & subuerti videtur; & hanc Bart. doctrinam amplexam cōmunitè liquet ex traditis per Anton. *Thesaur. decis. 4. num. 8.* & latius nouissime per Mar. Anton. *Thomatis. decis. Macerat. 39. num. 29.* cum alijs, de quibus per Georg. Cabed. *decis. Lusitan. 63. num. 6.* vbi inter alia in proprio nostro casu de alienatione facta à minore sine decreto dicit, quod sit expetandum, quod ad ipse minor petat, se restitu, contractum item rescindi, quodquæ interim alius non possit id allegare, & eum sequitur *Ioannes Petr. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glof. 8. par. 2. num. 31.* & ex decisionibus Rot. Rom. in eodem casu firmat nouissime *Laurent. Vrsell. in exam. apum. conclus. 86. num. 42.*

11 Namquæ verissima, & receptissima est limitatio, sè declaratio ad ex adverso opposita, ut nimis obtineat, & locum habeant in his, qui causam nullatenus agnoscunt ab illo tertio, de cuius iure opponunt, secus si agnoscant, prout est creditor, de quo loquitur conclusio; quemadmodum ita ex decisionibus Rot. Rom. declarat *Thomatis. dict. decis. 39. num. 24.* atque hoc ipsum (si recte inspicatur) voluit *Bartolus vbi suprà in d. I. 2. vbi à capite pro plena declaratione materia, an, & quando liceat opponere de iure tertij primo loco agit de eo, qui successit illi tertio, & cum affirmativa sententia transire, ut constat ex his, quæ citat, in eo autem, quod deinde num. 1. firmat, non licere opponere de iure tertij, quando ab eius voluntate pendet, si velit, loquitur expressè de iure tertij prorsus extranei. Ita in casu superius relato de emphyteuta fuit originalis limitatio *Baldi in auth. quirem. num. 6. ad finem. C. de sacrof. Eccles. quem cum Paul. de Cast. vbi suprà, & multis alijs, qui eos sequuti sunt, quique pro nostra conclusione faciunt, refert Petr. Barbos. in *I. si alienam. 12. num. 67. ff. solut. matrim. cui se remittunt Cabedo, &***

Non:

*Fontanell. in locis relatis.*

- 12 Licet enim ipse *Barbos.* ibi hanc limitationem de plano procedere dicat, vbi possessor, qui opponit de iure dominij directi, habuit causam ab ea, postquam emphyteuta ceciderat in commissum, nam tunc concedendo alteri, satis declarauit, se velle, quod primus amitteret ius suum, alias non tantum de tali limitatione dubitat, sed etiam contradicit *Aretino*, qui in d. *Lcūm seruum* tenuit, ius declarandi hoc casu transire ad successorem particularem. Verius ergo dicit, non transire nequè ad uniuersalem successorem. Rursus item à doctrina illa *Castrensi*, ab initio pro conclusione adducta, quam ille etiam refert, redere videtur ex eo, quod dominus directus declarando, se nolle, emphyteutam cadere in commissum, potuit in iure querendo creditoribus praejudicare, & ad l. pen. de nō num. pecun. in qua *Castrensis* se fundat, respondit, quod loquitur in exceptione pura debitori competente, in qua non potuit creditori praejudicare, cum iam fuerit ei ius acquisitum. At *Barbos* hic agit de oppositione juris tertij post approbationem debitoris, quo in casu, tametsi cum *Barbos* concordent multi ex relatis nouè per *Ioann. Baptist. Hodiern.* in addit. ad decis. *Surdii* 70. 108. & 140. tamen in contrarium vrgēt alia etiam modérnè congregata per *Mercur. Merlin.* *de legitima lib. 3. tit. 2. quæst. 39. à no. 10.*
- 13 Sed quidquid de his sit, in nostra conclusione neutiquam de nullitate opposita post approbationem minoris, sed ante eam tractatur, & ideo ad eam mirificè confert notabilis, & mente tenenda declaratio eiusdem *Barbos*, quam statim vbi supra sub num. 68. subiungit pro intelligentia terminorum, & conciliatione opinio. num., quæ alias sibi ad iniucem oppositæ, & contraria esse, quod non tantum licitum sic de iure tertij opponere ab eo, qui in eius locum suc-

- cessit, quando ius est purum, qui est casus indubitabilis, sed etiam si conditionale sit, vbi conditio non est suspensiua, sed resolutiva, per iura, & Doctores, quos citat, ac propterea num. 69. in secundo casu per cum relatedo, qui proprius ferè noster est, cū ea transit, vbi nullitas contractus resultat ex defectu solemnitatum, & allegat nonnulla iura cum glof. *Bart.* *Aretin.* *Alex.* *Ruin.* & *Cephal.* in proprijs itaq; terminis nostræ conclusionis de contractu nullo propter minorem atatem, quem licet minor maior factus connalidare possit, quia ta-  
14. mea per hoc contractus neutiquam definit esse ipso iure nullus, antequā constet de hujusmodi approbatione; cū talis facultas approbandi respiciat potius resolutionem actus, quam origine, cum glof. *Bald.* *Paris.* *Narr.* *Cephal.* & *Surdo* probat *Steph. Gratiān.* videndus *discept. forens.* cap. 69.  
15 num. 11. concludit statim nu. 12. cū *Bartot.* & multis alijs Doctoribus, & nonnullis decisionib; quod donec minor declaret voluntatem suam circa validitatem actus, tertius potest  
16 opponere de nullitate, cūm interim remaneat nullus: & num. 13. & 14. ad contraria respondit, & num. 15. cū seq. conclusionem in quacunq; materia procedere dicit, quando sumus in tertio habentes intereste. Amplius etiam hæc omnia confirmat, & comprobant *tom. 5. cap. 85. 5. à num. 18.* & nouissimè *Dominus Fab. Capyc. Galeor.* *controv. illust. lib. 1. cap. 14. num. 54.* & expressius *Dominus D. Franc. Merlin.* *controvers. forens.* cap. 21. num. 13.  
17 Quamvis enim iste hic sub num. 17. vers. vltierius Doctores, contrarium videatur firmare, ut ratihabitio, & ratificatio actus nulli ab eo fieri valeat, in cuius favorem inducitur nullitas, etiam post oppositionem, & renitentiam partis: atq; tamen loquitur in contrahente, qui causam nullitati dedit, præterquam si lex ab initio, & in ipsius formatione actus resistat cō-

tractui, ut declarat num. 21. sed de his latè cum multis per Hodie. in addit. ad Surdum decis. 70. à num. 1. usq; ad 9. & decis. 108. per totam, & non inepte pro conclusione facit decis. Rot. Roman. coram Pirouano in una Romana censu Veneris .17. Februarij 1612. quæ est 31. in ordine post tract. de censib. Ludou. Cenc. in qua num. 9. decisam fuit, ius dicendi de nullitate transire ad heredes minorum, & mulierum, etiam si in vita illi non fuerint conquisti, & de ea agit, & sequitur Vrsell. d. conclus. 86. num. 115.

### ARGUMENTVM.

Cessionem curatori factam contra minorem non semper ruere, multisq; in casibus validam, & legitimam existimari debere.

### SUMMARTVM.

1. Cessio ab hereditatis creditore in favorem curatoris facta per venditionem, vel per donationem, aut alium modū contra minorem interdum lucrum minori ipsi non afferit, nec semper ruit.

2. Argumentum cessione ratione in iure est validum.

3. Cessio facta à creditore hereditatis curatori in tantum regulariter non tenet, in quantum extat ratio, quod curator, cum fuerit minorum res per securitatem cessionem ullum procuraverit, cessatio ergo ista ratione, validia est cessio, ut est in conclusione.

4. Dolus quoiescunt, cessat, & presumptio fraudis respectu curatoris, desistit predicta non est nulla.

5. Instrumenta publica faciunt probatio rem probatam, nec fori indigena disceptatione.

6. Fides adequate adhibetur libris Regiae Thesaurariae, & Officij rationis.
7. Dispositio tex. in auth. minoris debitor C. qui tutor. dar. poss. loquens, cessio nem non valere, soluitur, & interpretatur.
8. Præsumptio cedit veritati.
9. Cessio facta Officiali perpetuo, quando ille contrahit bona fide, valet.
10. Tex. in d. auth. minoris debitor alter solutionis modus accommodatus, nempè quod in contractibus lucrativis liquitur, secus autem in onerosis.
11. Opposita contra intellectum dicta auth. soluuntur.
12. Contractus venditionis non est gratuitus, cum sit distractio rei pro pretio.
13. Contractus gratuitus ille dicitur, qui ex sola liberalitate procedit; hinc sit, quod quamvis contractus venditionis non sit gratuitus, tamen est lucratius, cu lucra ex exemptionibus, & venditionibus originem trahant.
14. Enunciatio uniuersalis quamvis sit apta comprehendere ea, que alias non comprehenderentur, restringitur tamen ad terminos proportionabiles materie, in qua exprimitur.
15. Cessio in curatore facta, quod ex causis lucrativis non valeat, ex verbis eiusdem auth. minoris debitor arguitur.
16. Differentia, quare cessio in curatorem ex causis lucrativis non valeat, & ex causis onerosis bene possit procedere, exprimitur.
17. Correctio iuris antiqui non est admittenda, nisi expresse fiat.
18. Correctio ad casum, in quo reperitur expessa, restringitur, nec debent eius fines nullis egredi argumentis, cum ipsis vitiis debeamus, ut correctio evitetur.
19. Cessio quamvis non interueniat in curatorem, & ex eo, quod curatores possint reperire, quidquid expenditum absq; villa cessione, tamen quod est actione, ita commoda curatoribus non sit, nec eorum utilitati propiciat, sicut ea, qua cessione mediante acquiriri.

- quiritur, demonstratur.
- 20 Tex. in l. non fit ff. de rebus eorum, & in l. cum is ff. de fideiussor. interpretantur.
- 21 Dic̄tio, quodammodo, de sui natura importat fictionem, & improprietatem.
- 22 Ced̄s ex causa solutionis debiti ex eo, quod ex voluntate non cedit, sed ex necessitate, venditio per cessionem illa verē, & propriè non celebratur.
- 23 Vendens ex causa voluntaria ius pignoris amittit, secūrissimā ex causa necessaria.
- 24 Cessio facta per creditorem fideiussori, vel uni ex reis debendi in solidum obligatis, vel tigali subjecta non est, sicuti subīceretur venditio; non alia ratione, quia cedens verē non est venditor, & illa cessio est solutio debiti, & distractus, non verē contractus, ex verbis eiusdem l. cum is ff. de fideiussor. quod dicatur, quodāmodū venditio, id est improprium.
- 25 Extensio fieri non debet in materia stricta, & odiosa, & de casu directo, ac proprio ad factum, & improprium.
- 26 Dispositio: correctoria, & penalis extendi non debet ad casus non expressos.
- 27 Fundamenta arguentium, cessionem ex causa solutionis factam curatori contra minorem voluntariam nunquam cupari debere, ex eo quod de proprio debita minoris exsoluerē non tenetur, & sic cessio curatori facta ex causa venditionis voluntarie sub dispositione dictarum auth. comprehendatur, patet, & num. 28. sequenti explanantur.
- 28 Curator (quamvis de proprio non teneatur debita minoris exsoluerē) si pro administratione, vel conseruatione rerum minoris soluerit, repetit à minore, cum non tantum dolo careat, verū etiam laudibus dignus habeatur, dum minoris utilitati prospicit.
- 29 Quilibet causa etiam minima excusat dolo.
- 30 Creditor si suum creditum prosequens contra bona minori utilia vili pretio velis venditionem exigere, curator debitum illud persoluens cogere valet creditorem ad actionum cessionem.
- 31 Creditor et si cedere non cogatur actionem tertio solutionem offerenti contra debitorem, hoc autem non procedit, quando fit solutio ad beneficiū illius, qui à creditore opprimitur.
- 32 Cessio quando fit in favorem curatoris curatorio nomine, ex eo quod negotium minoris, non proprium gessit, inficiari non potest.
- 33 Cessio curatoria nomine non implicat, vis sit in favorem heredis, & contra eandem hereditatem, cum differet heres ab hereditate.

## DECISIO XVII.



Vratori cessio nem factam per hereditatis creditorem, cui ille soluere se obligauit, nullam neutiquam esse, nec minori, ceterisq; creditoribus lucru fieri. Conclusum, & decisum fuit Die 24. mensis Novembris 1625. ad relationem Magnifici Doctoris Petri Tazona, me tunc patrocinante in favorem Laurentij Mallo aduersus Franciscum Terreros. Actuario Ioanne Baptista Maffidda, & iterum me referente Conclusum Die 27. Ianuarii 1634. in favorem Iuannis Orru Oppidi de Asfemini contra Nicolaum Escarchioni Civitatis Ecclesiarum. Actuario Ioanne Antonio Polla. Per argumentum cessante ratione, quod in iure validū probat hadigere. S. quamvis ff. de iur. patron. & in b. quod dictum ff. de pactis cum concordantibus, de quib; post alios per Euerard. in sua topic. legal. loco 85. & per Augustin. Baerbo. in suis locis communibus argum. loco 94. quo quidem argumentū genere, quamvis

ad alium haem in proprijs terminis nostri calus vtitur Tiber. Decian. cōf. 49. num. 41. vol. 1. aduersus dispositionem auth. vt hi, qui obl. se habe. perhib. in qua potissimum nititur prætensio ex opposito deducta ad s. sed si quis, & auth. minoris debitor ex illo extractam. C. qui tutor. dar. possint. vbi expressè sancitur, cessionem factam in fauorem curatoris contra minorem, siue per donationem, siue per venditionem, aut alium quemlibet modum, esse nullam: sed lucrum fieri adolescentis; quemadmodum post Cyn. Bald. Sulycet. Hostiens. Angel. & Damahod. firmant Socin. iun. cōf. 148. num. 13. cum sequent. vol. 1. & Muñoz de Escobar de ration. admis. nistr. cap. 23. n. 59. vbi in fine ait, præstatum s. sed si quis immutabilem esse in proposito; eius tamen ratione cessante dispositionem prorsus corrue. re, et cumquè ex opposito prætensum dilui, & labefactari ex iam dictis reficit. & per plura comprobat Camil. Borrill. de Magistr. edit. lib. 2. cap. 13. a num. 13.

3. Ratio autem, propter quam Iustini annus Imperiūr motus fuerit ad dispositionē dicti s. sed si quis illa fuit, quodcum curator fuerit res minorū perscrutatus, & cessionem procuraverit, vbiq̄e omnia agi, & disponi ad interium suę animę, & ad rerum, quę eius quasi videntur utilitatem, præsumendum sic, vt colligitur ex verbis illius textus, & animaduertit Damahod. de tutor. & curat. in pupill. patrocin. cap. 6. nu. 143. declarat post alios Ludou. Morot. respons. 74. num. 28. & probat Parlador. quorid. contro. tom. 3. differ. 50. sub nu. 6. quę quidem ratio proculdubio cessat in casu nostro, propterea quod ante curatoris nominationē, & nominationē prouisum iam fuerit, & factum sequestrum, & inventarium hereditariorum bonorum, vndē illum aliquid circa res hereditarias malignasse, aut dolo malo dictam cessionem acceptasse dicen-

dum nullatenus est.

4. Ad hæc in causa dicti Mallo consideratum fuit, quod debitorum causæ, ob quas dictus Franciscus obnoxius, & obligatus erat Regiæ Curia, cui dictus Laurentius solutionem expromisit, & cessionem acceptauit, non eius sunt generis, in quibus præsumptio fraudis, & dolii cadere, & moliri poterat, vt ex inde dictam cessionem nullam, & vitiosam reddere possimus; sunt etenim debita indubitate, & certa, de quibus constat per instrumenta publica, quæ dubio procul probationem faciunt probatam, manifestam, & eidētem; ita vt fori disceptatione non indigant, vt post alios tradit D. Andr. Molles. ad Consuetud. Neapol. part. 7. q. 16. num. 11. tom. 1. quia, vt dicit Ioann. Franc. à Ponte cons. 17. nu. 1. to. 2. instrumentum publicum pro se habens habet intentionem fundatam: cum maximè cum si de aliqua solutionis specie obijciatur, non modò non occultari, sed omnibus notam existere per Officij rationis, & Thesaurariorum Regiæ libros, in quibus omnes solutionum quantitates referuntur, fas erit, iuxta tradita per D. Gars. Mastrill. de Magistratib. lib. 5. cap. 9. num. 3. & 94. par. 2. illis vero libris fidem omnino adhibendam fore dubitandum non est, per tradita per Muñoz de Escob. de ratiocin. administ. cap. 11. num. 11. late etiam probat D. Joann. Bapt. Valenzuel. cons. 33. num. 194. & seq. & in specie de scriptura Thesaurariorum cons. 2. sub num. 2. 7 vndē cessante præfata dolii ratione, quę potissimum nititur d. auth. & ipsius dispositionē cessare consequēs erit, prout in simili de cessione in potentiorem (quę iure improbat) propter bonam fidem, vbi fuis, quod ceditur, est indubitatum, & certum, admittit Hieron. Gabriel. cons. 67. num. 7. cum seq. vol. 1. estquę ratio, quia præsumptio cedit veritati, vt late probat Jacob. Menoch. de præsumptione lib. 1.

quest.

- quæst. 31. num. 4. cum seqq. facit decis. Franc. Marci 394. num. 3. vol. 1. vbi post alios dicit, cessionem factam. Officiali perpetuo, vbi ille contrahit bona fide, valere. Rursus in utraque causa animaduersione dignum iudicatum fuit, quod in dictis authenticis, præcipue in d. S. sed si quis expressissimè agitur de cessione, quæ sit in favorem curatoris per donationem, aut per venditionem, ac proinde, locum sibi vindicare in contractibus lucratius, resultat; secùs autem in onerosis, in quibus nullum lucrum cadit.
- 11 Nec aduersantur verba textus. ibi per venditionem, quasi quod contractus venditionis sit onerosus, & non gratuitus propter pretium, quod de substantia illius requiritur; scilicet illi, aut alio quolibet egerit modo; quæcum vniuersalia sint, apta planè existimari, & dijudicari debent, ut comprehendant ea, quæ alijs non venirent, iuxta tradita per Caualcan. decis. 5. num. 2. par. 1.
- 12 Quia ad illud de venditione respondendum fuit, contractum venditionis nullatenus gratuitum esse, propterea quod sit distraictio rei pro pretio, id est contractus, quo res pro pretio alienatur, & emptio est rei pro pretio contractio, id est contractus, quo comparatur dominium, vel qualiter pro pretio, ut post Domin. Soto, & alios tradit P. Ludou. Molin. de iustit. & iur. tom. 2. disput. 336. col. 497. post medium: sed non ex inde sequitur, quod non sit contractus lucratius; iste etenim contractus opponitur contractui oneroso, & non gratuitus opponitur contractui gratuito, qui ex sola liberalitate procedit; ac propter rea nullam implicat contradictionem, quod contractus venditionis non sit gratuitus, & sit lucratius, cum lucra, & acquisitiones principaliter proueniant ex emptionibus, & venditionibus, quas homines faciunt, ut est textus expressus in L. coire ff. pro sociis.

- tradit Hector Felicius de Societas. cap. 13. num. 5.
- 14 Ad aliud verò de vniuersalitate illorum verborum, aut alio quolibet egerit modo, satis facit idemmet Caualcan. & declarat, procedere vbi supra num. 16. quod etsi vniuersalis sit apta comprehendere ea, quæ alijs non venirent; restringitur tamen ad modos proportionabiles materiæ idoneæ, in qua exprimitur, & tantummodo est ampliatioa præcedentium quodad ea, quæ sunt eiusdem generis cum præcedentibus, & non aliter. Vnde cum in dictis authenticis illi vniuersalitati præcedant verba per donationem, & per venditionem, quæ, ut dictum est, lucratiuam causam, & naturam habet, consequens est, ut sequentia, & si vniuersalia, & ampliada ad omnes alios contractus lucratios, restringi, & limitari debeant in onerosis, cum in ipsis longè alia militet ratio separata, & diuersa à lucratius.
- 16 Cuius quidem differentia ratio evidenter coniicitur, & deprehenditur ex verbis Imperatoris in d. S. sed si quis, & præmissio illius auth. vbi ideo prohibetur cesso in curatorem ex causis lucratius, quia, ut proprio modo curet, de facili multa mala in damnum minoris molietur, namque, ut ait lex in dicto præmissio, quod enim ad malitiam semel deditus non adiungent, ut minorū res proprias faciat? sed ista ratio deficit, quando cesso sit ex causa non lucratua, sed onerosa, prout in casu nostro, in quo curator cesse fuerunt actiones competentes contra hereditatem, non ex causa lucratua donationis, venditionis, vel alia simili, sed onerosa, eò quia ille curator promisit & se obligavit Regis Curia soluere, quidquid ei debet, bat dicta hereditas, ut sic evitaret distraictionem, & alienationem bonorum illius hereditatis, quæ non sine magno illius dispendio, & damno propter rigorosam executionem con-

tra eam prouisam eueniret; adeò ut nullum ex ea cessione lucrum dicto curatori prouenire posset, & in his terminis, ubi cessio fit propter debitū, quod curator exsoluit ex præcisisimo iure, approbatur in *l. non fit ff de reb. eorum, &c.*, cuius verba sunt; *non fit contra Senatusconsultum, si cuius tutor creditori patris pupilli exsoluit, ut eius loco succedat.*

Quāquam enim verum sit, *glossam* in *d.S.* sed *si quis in verb. facta in fin. eā explicasse opinionē*, qua crediderit, *d.l. non fit* correctam esse ab illa *auth.* verūm hæc *glossa* sententia suspecta redditur; cùm verbum nullum in tota illa *authentica* adsit, vndē correctionē illius legis suaderi, aut colligi va-  
leat, & aliás certum sit, correctionē iuris antiqui non esse admittendam, nisi expreſſè fiat. *l. præcipimus. C. de appellat.* latē comprobat *Ludov. Morot. respons. l. num. 30.* vbi & in *num. sequent.* ampliat multis modis, & præ-  
cipue, quod si aliquid correctum inveniatur, talis correctio ad casum, in quo expressa reperitur, restringi debet, nec eius fines egredi, nullisque subauditionibus, & argumentis admici, sed bene ex opposito illis vti, vt correctio, & emendatio evitetur. Quod si argumentis ianua aperiatur, corruet prorsus *Accurſi* sententia, tam per rationem differentiarum superiorum notatum, quam etiam, quia stante dicta correctione si curatores à cessionis commodo arcerentur, nullus profecto videoas minores debitoribus oppressos, subuenire vellet, quod inhumanum, & periniquum esset.

*Nec subsistit oppositum, nullum scilicet incommodum minoribus afferre dictam cessionem, cùm aliás iuste cautum sit, curatores nimis per actionem contrariam tutelæ repetere absquæ vlla prorsus læsione, quidquid de proprio expanderint ad vtilitatem minorum, vt tradit *Ioann. Gutier. de tutel. & curis par. 3. cap. 1. d**

*num. 127. cum sequentibus*; namquæ, etiā ista actio utilis, & commoda curatoribus noscatur; sed non ita indēnitatis, & securitati eorum prospicit, sicuti ea, quæ mediante dicta cessione acquiritur, præsertim si actio, quæ ceditur sit realis, & antiqua, per quā ceteris creditoribus preferatur, quod si nullam inter dictas actiones differentiam constituerem velimus, sed pariformiter, & æqua lance procedere, quodad repetitionem minorum, ex eo indubitanter deducitur, nullam dictam *authenticam* emendationem, seu correctionem *d.l. non fit* inducere, aut continere, quia si verum est, liceare curatoribus, agnoscere bonam fidem, & soluere debita minorum, absquæ eo, quod ad ea condemnatus existat, iuxta *l. quoties. S. sicut. ff. de administr. tutor. tradit Muñoz de Escobar de ratioc. administr. d. cap. 23. n. 1.* quo casu permissum est eisdem curatoribus, repetere, & recuperare solutum per dictam actionem contrariam tutelæ, vt suprà probatum est, nil refert, nec interest minoribus, an dicta repetitio fiat mediante dicta cessione, vel aliter, nec diversitatis ratio respectu minorum adduci vllatenus potest.

*20 Quod si dicatur, d.l. non fit esse correctam per dictam authenticam,* ex quo ibi cessio per venditionem expreſſè reprobatur, vndē & cessionem ex causa solutionis reprobata fateri oportet, argumento *l. cùm is ff. de fideiſſur. vbi per cessionem causa solutionis venditionem celebrari dicitur, & probat Berzazoli in tract. de clausul. claus. 40. gl. 4. num. 7. vers. tenetur.* Quia pro response adnotandum est, in *d.l. cùm is* non sine ministerio adiectam fuisse dictionem quodammodo, quæ sui natura importat fictionem, & improprietatem, vt sic indē deprehendarur, verè, & propriè per illam cessionem nullatenus venditionem celebrari, & ratio est in promptu, quia qui cedit ex causa solu-

22 solutionis debiti, nō cedit ex voluntate, sed ex necessitate, vt benè comprobat *Marius Muta* *decis. 75. à num. 27. & Pyr. Maur. de fideiussor. part. 2. cap. 5. num. 4.* per plures decisiones, quas citat, & num. 20. ex d. *Bertazzol.* vbi suprà ampliat ad casum, in quo fideiussor conueniatur ad soluēdum, siue sponte offerat solutionem, id, quod etiam probat *Gaspar Anton. Thesaur. quæst. forens par. 4. quæst. 39. num. 9.* semper enim ex parte creditoris cessio erit necessaria.

23 Nec nouum videri debet, quod dictæ authenticæ, dum prohibent cessionem, procedant, vbi cessio sit ex causa voluntaria, secùs autem si ex necessaria, quia, vt dicit, & probat *Ioann. Parlador. tom. 3. quotidian. different. different. 1. 28. nu. 1.* & per totam alienationis voluntarię, atquè necessariæ dissimilis est conditio, & num. 5. agens de cessione, dat vnum exemplum, quod ille, qui vendit ex causa voluntaria, ius pignoris amittat, secùs si cedat ex causa necessaria: aliud exemplum de eadem cessione constituens differentiam inter voluntariam, & necessariam, post *Bartol.* & alios reddit *Ioan. Petr. Fontanell. to. 2. de partis nuptial. claus. 7. glos. 3. par. 8. num. 32.* & magis in terminis faciunt tradita per *Iacob. Cancer. tom. 1. variar. resolut. cap. 13. num. 32.* vbi in casu l. per diuersas, & l. ab *Anastasio C. mandat. limitat* procedere, vbi cessio sit ex necessitate.

Et quod attinet ad d. l. cùm is de fideiussor. *Ioann. Gutierrez. in tractat. de gabell. quæst. 61. num. 1. vers. nibilominus* super illa quæstione, an ex cessione facta per creditorem fideiussori, vel vni ex reis debendi, in solidum obligatis debeatur gabella, sicuti debetur de venditione, in ea fuit opinione, vt credidérit, non deberi, & pro satisfactione d. l. cùm is inquit, ex eo non deberi, quia hic cedens 24 verè non est venditor, cùm pretium pro hac cessione non recipiat, sed tā-

tum suum debitum aptè cessionem contractum ab ipsomet debitore in solidum obligato; atquè ita illa cessio est solutio debiti, & distractus, non verò contractus. Nec refert, quod in dicta legi dicatur veditio, quia id est impropriè, & ficto modo, per dictam dictionem quodammodo, vndè infert, quod in materia stricta, & odiosa

25 (prout est illa, de qua ipse *Gutierrez tractat*) extēsio fieri non debet de casu vero, directo, ac proprio, ad fictū, improprium, & indirectum, maximè cessante fraude, & cùm hæc omnia casui nostro conueniant, eo quia dispositio dictarum authenticarum est 26 correctoria, & penalis, vt per *Augustin. Bero. famil. quæstio. quæst. 49. per totam*, vñquè dubio procul idem dīcendū est, vt illa extendi non debeat ad casus non expressos, vt admittit idem *Bero. ibi num. 1.*

27 Nequè tandem vrget obijci, cessionem scilicet ex causa solutionis factam curatori contra minorem nō necessariam, sed voluntariam dici posse, ex eo quod curator nullatenus de proprio tenetur exsoluere debita minoris, quod si sequatur, non propterè creditor est cogendus cedere actionem sibi contra minorem competentem, maximè cùm curator neutrāli pecuniam pro solutione numeravit, nec paratam habuit, sed tammodū intra certum tempus soluere promisit, & se obligauit; vndè mirum videri non debet, si cessio eidem facta ex causa venditionis voluntaria iudicetur, sicquè fraude nō careat, & comprehēdatur sub dispositione dictarum authenticarum.

28 At pro satisfactione dictum fuit, quod quilibet curator & si de proprio prominore non adstringatur aliquid expēdere, vel debita illius soluere, nihilominus, si quid expenderit, vel soluerit pro rerum acquisitione, conseruatione, & administratiōne, vtiquè repetit à minore, vt est tex in L fundus, qui ff. famil. herciscun.

cum

- cum alijs citatis per Escobar d. tract. de ratiocin. cap. 25. num. 1. vbi cunquè ergo agitur de commodo, & utilitate minoris, curatori non est imputandum, quin potius laudandum, si quid non obligatus pro minore exsoluerit. Quod si isto casu de cessione actionum à creditore sibi facienda solicitus fuerit, non est, cur illa dolosa iudicetur, cum constet de causa legitima solutionis, & causa quælibet etiam minima excusat à dolo, ut probat Paul. Acmil. Verall. decis. 105. part. 1. vbi habetur, quod cessione facta in Fiscum, & si in potentiore in per carceratum, erit valida, quia cessat ratio doli. Facit in proposito, quod tradit Bart. Salye. in d. authent. minoris debitor. q. 13. quod si ex administratione curatoe efficiatur creditor, non habet locum illa auth. & merito isto casu, in quo agitur de commodo, & utilitate minoris, si creditor suum creditum prosequatur, & contra bona immobilia, seù alias minori utilia, & lucrosa sint, exequutionem, & venditionem viliori pretio exigat, seù quoquo modo illi præjudicium inferat, tunc dubitandum non est, quin curatore debitum persoluens, cogere valeat creditorem ad cessionem actionum, idq; si non iuris, saltim iudicis necessitate, utroque enim casu cessione necessaria est, ut per Parlador. d. tom. 3. different. 37. num. 2. licet enim creditor non cogatur, cedere actionem tertio solutionem offerenti contra debitorem. l. nulla. vbi Salye. C. de solut. id tamen est verum, nisi solutio fiat ad beneficium ipsius alias oppressi à creditore; ita ergo est intelligenda, deciso Franc. Viuij 218. num. 2. vbi dicit, non semel tantum Regiam Audientiam Apulia determinasse, creditorem compellendum ad cessionem faciendam contra debitorem tertio soluenti pro illo.
- 32 Ultimò tandem fundatur, & iustificatur conclusio, ex ea quod: conventionis super dicta cessione perdicta

curatorem inita, & peracta fuit curatario nomine, ac propterea fatidum est, negotium heredis, non proprium cessisse, dictamq; cessionem nō sibi, sed heredi acquisiuisse, iuxta tradita per Gutier. de tutel. & cur. pars. 2. cap. 9. n. 2. tunc ergo dispositione dicti S. sed si quis prorsus cessare, inficiari nullatenus potest; propterea quod in illo ea tantum prohibetur cessione, quæ fit contra minores, furiosos, & similes sub curatore existentes, non verò illa, quæ fit in favorem curatoris curatario nomine, quatènus utilis, & commoda heredi esse potest, nè alias iniquitatem, iniusticiamq; authenticam illam continere dicamus, nec nō, favorem in odium retorque, concedamus, contra l. quod. favore. C. de legibus.

33 Nec implicat contradictionem, quod cessione curatario nomine in favorem heredis fiat contra eandem hereditatem, cum longè distet heres ab hereditate, ut optimè post Capr. conf. 88. in fine animaduertit Jacob. Menoch. conf. 213. nu. 57. & 61. vol. 3. vbi dicit, quod ea, quæ acquiruntur à curatore, dicuntur acquiri non sibi, nec hereditati, sed heredi, ac propterea firma manet conclusio.

## ARGUMENTVM.

Conditioni ad exequutionem sententiarum præscriptarum, quod scilicet idonea, & solita cautio præstetur, satisfactum censerri per depositi oblationem in re apta deponi, non in alijs;

## SUMMARIUM.

- 1 *Depositum oblatum loco cautionis, quādo idonea, & solita præstari mandatur, sufficit, si pro exequitione sententia interuenire cautio debuerat.*
- 2 *Appellatio cautionis idoneæ depositi requisitis non repugnat, sed potius illa comprehendit.*
- 3 *Ille, qui dare idoneam cautionem tenetur, satisfacit cum pignore.*
- 4 *Verbum, solitum, idem est quod consuetum.*
- 5 *Differentia ad constitutionem soliti, & consueti, hoc est de iure, ut ad solitum inducendum unus actus sufficiat, ad consuetum tres, vel duo actus.*

## DECISIO XVIII.

**D**epositum Régium in Regno oblatum loco cautionis, ubi hæc idonea, & solita præstari mandatur pro exequitione sententia, seu alterius promissionis, sufficere, si res talis sit, quæ deponi valeat, secùs si aliás. Conclusum, & decisum fuit die prima Martij anni 1629. referente nobili, & Magnifico D. Francisco Corts ad fauorem Procuratoris nobilis Gauini de Cardona contra nobilem Fabrissium Manca. Actuatio Hieronymo Martis nostro: Ex eo principaliter, quod erat illa verba in mandatis contenta cautio videlicet idonea, & solita non repugnant deposito, sed potius congruant, & comprehendant; & in primis de cautione per eam non fideiussionem, sed nudam promissionem significari saepe. Iustinianus in L. sacram. C. de verb. signific. & ibi firmant Doctores omnes; & post alios Anton. Quæsada dixerat. quæstion. iur. cap. 1. num. 1. Hieron. Cœnall. præf. conclusi commun. contra commun. quest. 66. & Franc. Viñ. decif. 137. in princ.

qui testantur de communi, & recentissimè post hæc scripta visus probat cum alijs Augustin. Barbos. de appellatiu. verb. vtriusque iur. appell. 45. nu. 1. atquæ ita sub cautionis nomine continetur depositum, prout etiam continere, etiam si adjiciatur, & adjungatur aliud, quod cautionem idoneam requirat, in proprijs terminis de exequitione, & paritione mandati de vincitur ex l. si mandato Titij §. fin. ff. mand. cuius sunt verba. Paulus respondit, non videri mandati conditioni paritum, cum in mandato adiectum sit, ut idonea cautio à debitore exigere, si neq; fideiussor, nequè pignora accepta sint: ecce ergo, quomodo, vbi quis tenetur dare idoneam cautionem, satisfacit cum pignore, seu deposito, & hoc ipsum tenent Ioseph Lado. decif. 63. num. 15. Caldas Pereir. de poststat. eligend. cap. 16. num. 34. P. Thom. Sanchez de matrim. lib. 10. disput. 18. num. 35. & post eos Augustin. Barbos. in collect. ad decretal. tom. 1. ad cap. vltim. de pignor. num. 4. sed latius in dict. appell. 45. num. 3. de vltimo autem verbo, solita dubio caret idem esse, quod consuetum, ut declarat Ambros. Cakpin. in suo dictio. lingua latina. in verbo solitus; hæc autem de iure constituitur differentia inter consuetum, & solitum, ut declarat Mar. Aaron. Macr. variar. resolut. lib. 1. cap. 93. num. 4: quod consuetum non fit nisi per tres, vel duos annos, ut ibi late probat, sed ad inducendum solitum sufficit unus actus, ex l. Mela §. 1. ff. de alim. & cibar. legat. vbi Bartol. & Doctores; & hoc ipsum de solito post alios probant Marta in tract. de clausulis part. 2. claus. 3. num. 2. Marcell. Maurus. allegat. 55. num. 16. & Ioann. Bapt. Valenzuel. conf. 53. nu. 12. part. 1. & nouissimè Barbosæ visus de dictio. & frequent. dictio. 376. præsertim num. 4. & sic per istius verbi soliti significationem pariter non excludi, sed sub eo comprehendit Régium depositum (pro exequitione)

sen-

sententiae, non obstante supplicatio-  
ne, qui erat casus noster; tametsi in  
Regijs literis exequitorialibus ad fa-  
uorem dicti nobilis expeditis cautio-  
nem idoneam, & solitam per cum  
præstandam antè exequitionem mā-  
datum, & commissum sit Regiæ Au-  
dientiæ) resultat planè ex his, quæ  
de illius practica peractum est in con-  
clusione Fideiuffione. Sed ad pleniorē  
satisfactionem trium illorum verbo-  
rum cum præfato deposito prouisum  
fuit, quòd in primis, & antè omnia  
fructus omnes, & prouentus Baronij,  
& Encontratæ de Galtelli, & Orosci  
di&go nobili de Cardona adiudicata  
durante causa supplicationis loceu-  
tur plus danti, & offerenti in publica  
subhastatione, qui repeatur dare fi-  
deiuffores idoneos ad cognitionem  
Regiæ Audientiæ de deponendo sin-  
gulis annis pretium penès Regium  
depositarium suo proprio periculo,  
& expensis; quāmuis ergò ex hoc nō  
modicum sibi danum inferri præ-  
renderet dictus nobilis de Manca,  
ex eo, quòd ut plurimum, similes co-  
ductores maximum indè consequun-  
tur lucrum; nulla tamen de hoc fuit  
habita ratio; tūm quia tale lucrum  
est incertum, & quandoq; damnum  
resulat, tūm etiam, quia liberum erit  
eidem illud Arrendamentum con-  
ducere, si voluerit; quod si non fece-  
rit, dānum, quidquid fuerit, sua cul-  
pa sentiet, & sibi imputari debet, vul-  
gatis iuribus. Quia tamen quod ad  
exercitium jurisdictionis, quod di-  
cto nobili de Cardona cum immis-  
sione in possessionem dictæ Baronij,  
& Encontratæ eidem concedendam,  
erat nequaquam per dictum Arren-  
damentum, seu depositum sufficien-  
tē, & idoneè caucum dici poterat  
propter dāma, & diminutiones, quæ  
in euentu malæ administrationis cō-  
tingere poterant, iuxta decisionem  
Cataloniæ relatam à Ioann. Petr.  
Fonsanell. de pçt. nuptial. to. 1. claus. 4.  
glos. 18 par. 4. sub num. 72. vers. prodijt

multò; prouisum fuit, quòd dictus de  
Cardona quolibet triennio constrain-  
gatur dare fideiuffores idoneos in  
quantitate decem mille ducatorum,  
illosq; renquare de triennio in trien-  
nium ad arbitrium Regiæ Audiètiæ,  
sed de his latius ad præfatam con-  
clusionem Fideiuffione.

## ARGUMENTVM;

Creditore*m* hypothecarium  
ex causa onerosa potiorem  
esse donatario priori, etiam  
cum hypotheca, si donatori  
expadiat.

### S. V. M. M. A R I V. M.

1. Creditor hypothecarius ex causa one-  
rosa possum est donatario priori etiam  
hypothecario, si donatoris interfisi, ut  
beneficio perfruatur, ne egeat.
2. Distinctio illa, quam pro prælacione, &  
opinionibus conciliandis afferunt nō-  
nulli Doctores inter donationem cum  
hypotheca, vel sine ea, vanas suade-  
tur.
3. Creditor hypothecarius, licet posterior,  
preferetur anteriori habenti solam  
actionem personalem.
4. Prælatia ex hypotheca conceditur con-  
tra personalem, non tantum si hypo-  
theca sit posterior ex causa onerosa,  
verum etiam & lucrativa.
5. Sensus questionis est, ut prælatio detur  
in donatione facta cum hypotheca.
6. Beneficium, ne egeat (quod est potissi-  
mum decisoris argumentum) tunc  
est personale, ista ut donatoris tantum  
concessum, & ad eius creditores non  
transire, censetur, quando credito-  
res opponunt de dicto beneficio ad  
commodum eorum proprium, secùs  
si donatori indè resulget, quia tunc

de

- de beneficio excipiunt, prout vices gerentes defensoris illius.
- 7 Exceptio, que datur deleganti, datur & subdelegato, quando subdelegantis iurisdictionem concernit.
- 8 Beneficium, quod datur donatori, recte opponitur a suis creditoribus, secus autem si donatoris commodum non concernat.
- 9 Creditores non possunt uti beneficio predicto, nisi ipsis solutis, in donatione remaneat, ex quo donantis alimenta deduci possint.
- 10 Beneficium deducto, ne egeat donator, tunc creditoribus ex causa onerosa iuuat, quando in commodum donatoris conuertitur, ad eius fauorem, principaliter concessum fuit, quamuis deinde creditorum commodum oriatur.
- 11 Bona si sufficiant tam pro donatione, quam pro solutione aris alieni, & donatoris alimentis, ita ut ex eis possit dicto beneficium iuuari, procedit nostra conclusio; secus autem, si ita magnum esset as alienum, ut si prelazio concederetur, cadere in commodum creditorum, effante fauore donatoris; & tunc contraria opinio est tenenda.

## DECISO XIX.



Onatario priori etiam hypothecario agenti ad bona donata anteponendum esse hypothecarium posteriorem ex causa onerosa, si inde commodum donatori resultet, ut præfruatur beneficio, ne egeat. Conclusum, & decidsum fuit Die 9. mensis Februarij anni 1638. me referente in causa mota in Curia Regia procurationis per viduam Franciscam Liperti, & Vaca aduersus Fisci Regiae procurationis procuratorem, D. Benedictum Nater, & alios, decidenda cum votis istius Regiae Audientia.

- Actuario Paulo Conca Scriba dicta Regiae procurationis. Per tex. in Linter eos, vers. is quoquè ff. de re iudic. vbi Raphael Cuman. post num. 10. vers. aliud est, & cum eo Iason num. 7. in fine cum seq. in terminis conclusionē admittunt, & probant, eamq; strenue defendit, & comprobant Ioan. Gutier. de iuram. confirm. par. 3. cap. 15. à nu. 19. & num. 24. in fine in tribus casibus obtinuisse testatur, & sequuntur alij, de quibus latè per D. Gars. Marshall. decis. 72. nu. 1. per Philipp. Pasch. de viribus. patr. potestat. lib. 2. c. 9. à n. 45. per Ioann. Franc. Capiblanc. singul. 1. post tract. de officio Baron. tom. I. & ibi etiam in additio. sed omnium latissimè Scipio Rouit. decis. 48. à num. 22. usq; ad 25. & statim in append. à num. 33. usq; ad finem, vbi respondit ad iura, & rationes deducetas pro contraria opinione, quam diffusè tuetur Dominic. Gaito in suo tract. de credito part. 4. q. 11. à num. 1235. nostramque admittit, postposita distinctione (pro conciliandis opinionibus conserarijs inter donationem factam sine hypotheca, vel cum ea) tradita per eūdem Gait. num. 1276. cum seq. quam cum alijs probauit etiam modernè Anton. Amas. variar. resolut. tom. I. resolut. 26. num. 16. omnino videndus, quia num. 14. ut meminit Rouit. num. 24. innumeros cumulat pro nostra conclusione, tametsi statim num. 15. multos in contrarium referat; sed sicuti ex allegatis per eos resultat, nostram esse magis communem, & in iudicijs frequentius approbatam sententiam, ita verissimam esse, constat ex d. Linter eos. à capite citata, in qua omnes hi Doctores, qui illam probant & principaliter se fundant, & considerationem damni, & lucri dumtaxat pro declaratione, & figuraione casus incidenter attendunt, ut bene notauit
- 2 Rouit. num. 37. & per rationem huius legis, ne donator amittat beneficium, ne teneatur, vltra quā facere possit, plusquam manifeste deuincitur, di-

distinctionem illam inter donationem  
cum hypotheca, vel sine ea, probari  
neutiquam posse, cum perquam in  
veraque militet, nec ex eo, quod do  
nator cum hypotheca, & obligatione  
suorum honorum donauerit, desti  
tuendus est, & priuandus beneficio  
ei cum dicta lege, alijsq; concordan  
tibus summa ratione, & exequitate tri  
buto, de quo late post multos per  
Ioann. Castagnam in hoc tract. de be  
nefice deduct. ne egeat. quaff. 12. per to  
tam, ac propterea cum hoc sit potissi  
mum fundamentum nostrae conclu  
sionis, responda prorsus est illa di  
stinctio, maximè quia restringere cō  
clusionem ad casum, in quo donatio  
facta est sine hypotheca, & sic vbi do  
natario tantum personalis actio da  
tur, quod tunc demum præferatur à  
posteriori hypothecario ex causa  
onerosa, vt voluit Gaito. d. num. 1276.  
esset utique restrixtio ad casum pe  
nitùs indubitabilē, stante notoria iu  
ris regula, de qua in l. creditor, qui  
prior. s. si primus. ff. qui potior. in pignor.  
habeant. per quam generaliter dispo  
nitur, creditorem hypothecarium, li  
cet posteriori præferendum esse  
anteriori solam personalem habenti,  
nulla constituta differentia inter hy  
pothecariorum ex causa onerosa, vel  
lucrativa, adeò ut prælatio ex hypo  
theca concedatur cōtra personalem,  
non tantum si hypotheca posterior sit  
ex causa onerosa, sed etiam si ex lu  
crativa: & probatur ex l. fin. S. Lucius.  
ff. de donatione. si id, quod generaliter  
ibi disponitur de secunda obligatio  
ne cum hypotheca, generaliter intel  
ligatur, prout intelligi debet, etiam si  
facta fuerit in donatione, quod etiā  
suadet, & indicat titulus de donatione  
mibus, sub quo hæc lex posita fuit, ac  
proinde ut nostra conclusio, & sen  
tentia Doctorum pro ea super casu  
dubitabili cadat, dicendum est, obti  
nere in donatione facta cum hypo  
theca, explosa dicta distinctione, & il  
lo iacto firmissimo fundamento super

disp. optione dicta l. inter eos cum cō  
cordantibus.

- 6 Quibus non obstat, quod in pro  
posito pro exclusione earum dicit  
Gaito ubi suprà n. 1271. beneficium,  
nè egeat, esse personale, donatori tā  
tum concessum, & ad eius creditores  
non trahire, per l. 4. S. si quis. ff. de pri  
u. creditor. quia etiā si quod hæc lex  
nihil ad rumbum respondeat Rouis.  
d. append. num. 35. ac luppolita veri  
tate illius dicti, quod scilicet benefi  
cium illud sit personale, quodquæ ex  
pressè probatur in l. quia tale ff. solut.  
matrim. nihilominus tamen decla  
randum venit, ut procedat, vbi cre  
ditores opponunt de dicto beneficio  
ad commodum eorum proprium dū  
taxat, secùs autem, si commodum in  
de resultet etiam donatori, prout in  
conclusione supponitur, quia tunc  
creditores vices defensoris illius ge  
runt, & benè excipiunt de dicto be  
neficio, iuxta tex. in l. alia causa ff. cod.  
solut. matrim. vbi glos. & Doctores. Fa  
ciunt etiam tradita per Pest. Barbos.  
in l. maritum 13. cum seq. ff. cod. à num.  
82. conferunt quoq; tracta per Ca  
stagn. d. tract. in procem. secunda partis  
à num. 5, usque ad 9. vbi ex alijs pro  
bat, quod exceptio, quæ obstat, & da  
tur deleganti, datur etiam subdelega  
to, quando exceptio afficit, & concer  
nit iurisdictionem subdelegantis; ita  
pariter quando est eadem ratio; ac  
propterea in proposito, cum eadem  
ratio, ob quam datur dictum benefi  
cium donatori, militet, ac opponatur  
ab eo, siue à suis creditoribus, vbi  
cunque cedit ad suum commodum,  
8 tenenda est conclusio, secùs autem, si  
exceptio dicti beneficij opposita per  
creditores concernat commodum  
duum taxat suum, & nullum donatoris,  
vt putat si solutis creditoribus nil re  
maneat pro donatione, ut ex eade  
duci possint alimenta illius, quia tunc  
per argumentum à cessante ratione  
creditores dicto beneficio, neutiquā  
iuvari debent, sine commode dona  
toris,

9 toris, & in damnum, & præiudicium donatarij; tunc ergo vera erit contraria sententia, & hæc est optima, & vera conciliatio contrariorum. Siquidem Doctores pro prima, & nostra conclusione citati, si non expresse, (prout in ea) saltim tacite supponunt, beneficium deducto, ne egeat, tunc creditoribus ex causa onerosa iuuare, ut præferantur donatario anteriori, quando id cedit in commodum donatoris, ad cuius fauorem principaliter fuit concessum dictum beneficium, quamvis inde resultet maximum creditorum commodum; sed id in consequentiam venit, & ita eis conceditur prælatio, & deductio æris alieni antè donationem, non ut eis profit, sed ut per eos beneficio illo potiatur donator; cum alijs eo careret, data antelatione donatarij, & sufficientibus bonis pro satisfactione creditorum, prout de necessitate supponendum est, ut quæstioni sit locus, ut bene animaduertit Philipp. Pasch. loco superius citato. vers. vnde habita, ubi distinguit duos casus, primus est iste, in quo admittit conclusionem, & procedere dicit dictam opinionem pro ea. Secundus autem casus est, quando bona sufficiunt tam pro donatione, quā pro solutione æris alieni, & alimentis donatoris, & tunc dicit procedere aliam opinionem, sed ea tunc esset de indubitate, ut notat Gaius num. 1268. in fine. vnde melius dicendum est, quod sicuti Paschal. ex parte donantis duos distinguit casus inter patrimonium magnum, & sufficiens ad omnium satisfactionem, & paruum, & non sufficiens, ita ex opposito pro parte creditorum alij duo sunt distinguendi casus. Vnus, quando æs alienum non absorbet omnia debitoris bona, sed illo soluto adhuc supersunt donanti pro donatione, ut ex eis dicto beneficio iuuari, & perfrii valeat, & in his terminis intelligenda est, & procedit nostra conclusio, quam cum multis sequuti sunt, &

comprobant post hæc scripta visi D. Petr. Noguerol. allegat. 14. à nu. 68. & plenè D. Thomas de Carleual de iudic. & for. competent. tom. 2. lib. 1. sit. 3. disput. 30. per totam. Secundus erit casus, quando æs alienum est ita magnum, ut eo satisfacto nil remaneat pro donatione, taliter quod illius prælatio, si concéderetur, omnino cederet in incòmodum creditorum, & tūc quia cessat fauor, & commodum donatoris, & data, seu denegata prælatio priuatus omnino remanet dicto beneficio, utique tunc tenenda est contraria opinio, & ita intellecta verissima erit, sed de ea latius in conclus. Priorem. 79.

## ARGUMENTVM.

Ius ex donatione conditionali inter viuos post mortem donatoris, vel alterius facta, si donatarius præmoriatur, nullatenus in heredem trāmitti.

## SUMMARIUM.

- 1 *Donatio facta post mortem donatoris etiam inter viuos habet tacitam conditionem, si superiuuat donatarius, vnde eo prædefuncto euanescit, nec ad heredem transmittitur.*
- 2 *Opinio Iacobi Cancerij variarum resolut. tom. 3. cap. 21. de transmiss. num. 95. afferentis, quod ius in contractu conditionali ad heredes trāmittitur, & sic text. in l. quod de pariter ff. de reb. dub. babere locum quando conditio fuit expressè apposita, sed transmissionem nō impedit tacitam, enarratur, & num. seq. pro falsa ostenditur.*
- 3 *Cancerius, & alijs afferentes, donatio-*

- nem post mortem, tacitam condicione superiuientia continere, ex eo quod ius ex conditionali donatione ad heredes transmittitur, errore delli ostenduntur ex sequentibus.
- 4 Ius ex contractu conditionali ad heredes transmittitur, quando adimpleatur conditio, secus autem si euaneat, & hoc locum habet in expressa conditione.
- 5 Conditio tacita transmissionem non impedit pendente conditione, sed ea non adimplata, sicuti deficit, ubi persona vocata inspicitur, ita etiam impedit transmissionem.
- 6 Text. in l. quod de pariter ff. de reb. dub. & in l. Gaius ff. solut. matrim. & l. si auia C. de iure dotium conciliantur, & eorum contrarietas pro non existente deprehenditur.
- 7 Contractus ulro citroque obligatorius transmissionem patitur ad heredem, cum et si quis in dubio pactum, cum stipulatio non sit personalis, sed realis, transit ad heredes, nulla de eis facta mentione, & hoc pro intellectu l. Gaius ff. solut. matrim.
- 8 Stipulatio cum ex una tantum parte sit obligatoria, tanquam personalis, & non realis est censenda, & per consequens non transmittitur, & hoc pro intellectu l. quod de pariter ff. de reb. dub.
- 9 Contractus ulro citroque obligatorius cur differat a contractu ex una tantum parte obligatorio, & quare stipulatio in illis sit realis, in istis personalis, ita ut ille ad heredes transmittatur, non verum iste, subtiliter explanatur.
- 10 Cessante causa, non cessat effectus iam consummatus, sed si effectus successivus consideretur pro praeterito, quavis non cesset, cessabit profuturo.
- 11 Donationes, qua post mortem consti-tuuntur, & legata, quae post mortem dantur, se ille, ob quem facta fuere, deficiat, illorum effectus deficient, ex eo quod cessante causa, cessat effec-tus non consummatus.
- 12 Differentia, quare in donationibus, in legatis, &c. subintelligitur conditio superiuientia, & cur præter istas iam dictas in contractibus tam ulro citroque obligatorijs ex illa ratione transmittatur ad heredes, est, quia merita, & fiducia cessant in heredibus tanquam disponenti incognitis.
- 13 Donationes, legata, &c. ex conjecturis possunt ad heredes transmitti, ita ut non censeantur tanquam personales stipulationes, sed reales.
- 14 Pactum, an sit factum in personam, aut in rem, non tam ex verbis, quam ex contrahentium mente existimat.
- 15 Conjectura potissima est, pro transmissione donationis descendentium donatoris, fauor contra heredem extraneum.
- 16 Conjectura si cessent in donationibus, de istis ea ratio habetur, prout de ultimis voluntatibus, in quibus, si moriatur substitutus ante institutum, si post eius mortem fuit vocatus, non transmittuntur.

## DECISO XX.

**D**onationem post mortem donatoris, vel alterius simpliciter alicui etiam inter viuos factam habere tacitam in se conditionem, si donatarius superiuuat, vnde eo prædefuncto euanscere, nec ius ex ea in dubio ad heredem transmitti. Conclusum, & decisum fuit Die 12. mensis Septembris anni 1638. me referente ad fauorem D. Hieronymi Pizzolo contra Doctorem Antonium Pizzolo Canonicum Alguerensem, & nobilem Mariam Sesse. Actuario Ioanne Baptista Massida notario. Per doctrinam Andreæ Alciat. cons. 3. lib. 8. à num. 19. ubi in fortioribus terminis conclusionem firmat; quando scilicet donatio facta est post mortem alicui, & heredibus, sequun-

tur,

tur, & comprobant *Peregrin.* de fidei-commiss. art. 51. num. 20. *Ioan. Cephal.* conf. 313. à nu. 86. lib. 3. *Iacob. Menoch.* conf. 442. num. 32. vol. 5. & alij relati per *Leand. Galgan.* de condition. & demonstrat. part. 2. cap. 1. quest. 10. num. 8. per *Ioseph. Mascal.* de probatio. conclus. 564. num. 3. vol. 1. per *Franc. Molin.* de rit. nupt. & pact. in matrimon. conuent. q. 25. num. 48. & *Hartbam. Pistor.* quest. iur. lib. 3. q. 8. à num. 66. cum alijs nouè, & plenè cumulatis in proprijs terminis per *Hipolyt. Maia* consultat. ultima part. 1. à num. 17. usq; ad finem, ubi ita deci- sum refert.

2 Licet enim *Iacob. Cancer.* variar. resolut. tom. 3. cap. 21. de transmiss. nu. 95. falsò sensisse *Alciatum*, & *Peregrinum* dicat, contrariamq; opinio- nem amplectatur ex pluribus, quos citat, ea potissimum ratione motus, quod ius ex contractu conditionali transmittitur ad heredes, quidquid alias sit in ultimis voluntatibus, & num. 98. ad text. in l. quod de pariter. ff. de reb. dub. qui est directè contra- rius, respondit, locum habere, ubi cō- ditio superiuientia fuit expressè ap- posita, sed tacitā non impedire trans- missionem dicit: & tandem num. 103. refert decisionem sui *Senatus* ad re- lationem egregij D. *Saluatoris Fontanet.* Pro eadem etiam opinione ad- ducebantur *Molin.* ubi suprà à nu. 5. *Ioann. Petr. Fontan.* de pactis nuptial. tomo 1. claus. 4. glos. 24. num. 23. *Steph. Gratian.* discept. forens. cap. 245. nu. 6. *Noal.* de transmiss. cap. 5. num. 2. & *Gerard. Maynard.* decis. 35. lib. 5. qui alios citant.

3 Nihilominus tamen Alciati senten- tia in casu propositæ conclusionis ve- rissima visa fuit, & contraria *Can- ceri*, & sequacium manifesto errore conuinci ex eo, quod concedunt, do- nationem post mortem tacitam con- ditionem superiuientia continere, dum dicunt, ius ex ea donatione cō- ditionali ad heredes trāsmitti; namq;

supposita conditione, cùm hæc con- cernat personam vocati, & per mor- tem illius deficiat, cessare utique de- bet transmissio: quod enim dicitur, ius ex contractu conditionali ad he- redes transmitti per §. ex conditionali. *Instit. de verb. obligat.* in quo maximè nituntur contrarij, tunc obtinet, cùm conditio impletur, secùs autem si de- ficiat, vt benè animaduertit *Alciat.* d. conf. 3. num. 22. & notat alij post eum pro conclusione citati; & signanter *Peregrin.* ubi suprà. num. 20. *Hartbam.* d. quest. 8. num. 66. & 69. & vltra eos optimè, in terminis firmant *Aluar. Valasc.* consult. 122. num. 13. & *Ludou. Valasc.* de Auendan. ad l. 40. *Taur. glos.* 18. num. 23. & agnoscunt *Cancer.* & sequaces in conditione expressa: sed de tacita affirmant, non impedire transmissionem, quod est verum pen- dente conditione; sed ea defacta, si- cuti deficit, ubi respicit personam vocati, non minus hæc, quam expre- sa impedit transmissionem, prout in terminis de conditione tacita probat. *Leand. Galgan.* d. part. 2. cap. 1. quest. 45. num. 5.

Quod si rectè inspiciatur, de taci- ta conditione loquitur text. in d. l. quod de pariter, qui decidit casum nostrum, quandoquidem quod *Can- cerius* autumat ex *Bartol.* subintelli- gendam esse ibi conditionem expre- sam, diuinatuam, & reiiciēdam, cum *Paul. de Castr.* & alijs probat *Fontanell.* d. glos. 24. à num. 25. usq; ad 31. & licet is deinde à num. 32. timore dispositionis *I. Gaius* ff. solut. matrim. & *I. si auia. C. de iur. dot.* quæ videntur contrariæ, aliud firmet, & conetur

6 defendere, prælertim à num. 35. cum seqq. verū tamen melius fecisset, si in priori sententia persistisset, siqui- dem d. l. quod de pariter etiam non expressa conditione superiuientia in aliquo non repugnat cum d. l. *Gaius*, & *I. si auia.* in istis enim uti præla- tio, & pactum de restituenda dote in- seruerit in capitulis matrimoniali-

bus,

- bus, in quibus fuit constituta dos, vel  
7 saltim in continenti, ut ex eisdē constat, & ideo non mirūm, si in contrā-  
etu vltro, citroquē obligatorio detur  
transmissio ad heredem; cūm in his,  
tametsi quis paciscatur, vel stipule-  
tur sibi in dubio pactum, vel stipula-  
tio non est personalis, sed realis, &  
transit ad heredes, etiam nulla de eis  
facta mentione. *l. si pactum ff. de proba-  
tion. cum alijs relatis per Molin. d.  
q̄est. 25. num. 9.*
- 8 At in d.l. *quod de paritè stipulatio*  
non in capitulis nuptialibus, de qui-  
bus ibi nulla sit mentio, sed ex inter-  
vallo interuenit, ac propterea cūm  
contineat, & sapiat donationem, &  
fuerit ex una tantūm parte obliga-  
toria, vtiq; personalis, non realis, in  
dubio iudicanda est, & meritō tunc  
denegatur trāsmissio ad heredes, per  
*liurisgentium l. pactorum, & l. si tibi  
decem l. pactum. vbi Bart. & alij, præ-  
sertim Anton. Faber in rational. ff. de  
pact.*
- 9 Differentiæ autem ratio inter di-  
ctos contractus vltro, citroquē, vel  
ex yna tantūm parte obligatorios,  
propter quam, in illis in dubio stipulatio  
sit realis, & detur transmissio,  
non verò in istis, ea potissimum est,  
quod primi regulariter sunt ex quæ-  
stu, & propter res, ut constat ex *l. coiri  
cum seq. ff. proficio*, & ideo in eis & si  
effectus obligationis non sit consum-  
matus, & ius ex illa perfectè acquisi-  
tū, vtputà si sub conditione pendeat,  
& contractus sit conditionalis; nihil  
lominis tamen, quia non cessat cau-  
sa rei, & quæstus, etiam si pendente  
conditione paciscens moriatur, trā-  
mittit illud ius, quod habebat, ad he-  
redes; at in donationibus, cūm hæ re-  
gulariter fiant, non ex quæstu, & pro-  
pter res, sed ob meritum, & affectio-  
nem personæ, & probat *l. nec adiecit  
cum seq. ff. evd. proficio*, in quibus pa-  
rificantur donationes proper viuos  
cum actibus vltimæ voluntatis, quia  
vñ nō rūm fūnt contemplatione
- personæ, & sunt personales, tametsi  
vbi effectus est omnino consumma-  
tus, & ius perfectè acquisitum, ut in  
donationibus puris, & legatis post  
mortem testatoris detur transmissio  
ad heredes, quamuis cesseret causa, &  
persona acquirentis deficiat, quia  
cessante causa nō cessat effectus iam  
consummatus, ut docet Bartol. ad l. 2.  
*S. fin. num. 3. ff. de donation.* & ex pluri-  
bus probat *Tiraquell. in tract. de ces-  
sante causa limit.* 11. & 12. præter-  
quam vbi effectus successivus fuerit  
consideratus, quia licet pro tempore  
præterito non cesseret, cessabit pro fu-  
turo, ut post eundem *Tiraquell.* tenet  
*Hondeodus conf. 29. num. 110. vol. I.*  
itā ergo conciliari possunt definitio-  
nes inuicem contrarie in terminis  
donationis puræ, de quibus per *An-  
ton. Fabrū in C. lib. 8. tit. 38. definit. 21.*
- 11 Sed in donationibus, quæ post  
mortem fiunt etiam inter viuos, &  
legatis, & hereditatibus, quæ post  
mortem dantur, cūm ante mortem  
effectus non sit consummatus, sum-  
ma ratione deficiente persona,  
propter quam fuerunt factæ, & reli-  
ctæ, tanquam cessante causa, cessare  
debet illius effectus, ut in terminis  
notat *Menoch. conf. 388. num. 46.* &  
sequitur *Maia d. consult. ult. num. 23.*
- 12 Hæc itaque est ratio, quarè in his  
subintelligitur regulariter conditio  
illa superiuuentia, quia merita, & fi-  
ducia, cuius contemplatione fuerūt  
factæ, cessant in heredibus, ut pluri-  
mū disponenti tempore dispositio-  
nis incognitis, ut post *Alciat. d. respōs.  
3. num. 24.* firmat idem *Menoch. hic.  
num. 49.* ac proprieatate *num. 55. respō  
dit ad text. in d. S. ex conditionali, lo-  
qui in contractibus vltro, citroquē  
obligatorijs, non autem in donatio-  
nibus, & sequuntur *Galganet. d. queſt.  
10. num. 7.* & *Maia loco citato nu. 24.**
- 13 Hoc autem est verum, præterquam  
si in his adsint coniecturæ, quarum  
virtute fiat transmissio: quia sicuti ea  
potest à disponente impediri, etiam

in

in contractibus quæstus causa factis, non obstante d. s. ex conditionali, ut probat *Ioann. Franc. à Ponse conf. I. num. 50. vol. 2.* taliter quod conuen-tio iudicetur personalis, pari ratione in donationibus, quemadmodum & in actibus ultimæ voluntatis ex con-iuris potest fieri transmissio ad heredes, ita quod tunc dispositio non personalis, sed realis censeatur. Verū enim in rem, aut in personam pactum factum sit, nō minus ex verbis, quam ex mente contrahentium æstimandū est, ut habetur in *d.l. iurisgentium*, *S. factorum*, & in terminis tenet *Maia ubi sup. n. 27. cū seqq.* & in materia ultime voluntatis probat per plura *Menoch. de presumption. lib. 4. presumpt. 201. num. 78. cum seq.*

Cum hac ergo distinctione donationis personalis, vel realis concordan-tur contrarie opiniones super conclusione proposita, & iudicatum apparet ex *Vincent. de Franch. decis. 591.* quam referunt, & sequuntur *Andreas Molf. s. ad Consuet. Neapol. part. 3. quæst. 5. num. 8. cum seqq.* & *Maia ubi supra num. 30.* & in terminis de transmissione probat *Noal. d. casu 5. num. 5. & 6. & casu 28. nu. 225.* & bene attento casu exposito à *Can-cer. cum decisione sui Sénatus talis terat, in quo concurrebant coniequar-ze pro transmissione ad fauorem de-scendentium donatoris contra here-dem extraneum, quæ est una ex vali-dissimis, quæ pro transmissione con-siderari possunt, etiam in materia ul-timæ voluntatis, ut probat *Alex. Træ-tacinq. de substis. par. 4. cap. 14. num. 7. & Cardin. Mantio. de coniectur. ul-tim. volunt. lib. 11. cap. 20. num. 21. cum alijs, de quibus latè per *Vincent. Fusar. de substitution. q. 490. num. 100.***

*16 Cessantibus verò coniecturis, pro-ut cessabant in casu nostro, tenenda est conclusio, ut in donationibus non minus quam in ultimis voluntatibus, si substitutus morietur. antè illum, post eius mortem fuit vocatus, locū*

non habeat transmissio, & ex his quo-quæ patet satisfactio ad ea, quæ ex opposito nouissimè post hæc scripta visus deducit *D. Mar. Cutell tomo 2. de donation. tract. 2. discur. 1. special. 37. per totum, & ad materiam, in donatio post mortem sit pura, vel conditiona-lis, adeundus erit *Horatius Montan.* post hæc scripta etiam visus controu-sorens. cap. 32. per totum.*

## ARGUMENTVM.

Mortis causa neutiquam diju-dicari eam donationem, quæ inter viuos expressè fit, quāuis eius validitas conferatur post mortem.

### SIV M M A R I V M.

1. *Donatio, si ejus validitas post mortem conferatur, si inter viuos dicatur confici expressè, non est mortis causa, sed inter viuos.*
2. *Donatio post mortem est inter viuos, si sit per stipulationem concepta.*
3. *Exequatio donationis, quamvis confe-ratur post mortem, non id est donatio causa mortis nūcupatur, cùm etiam illa conueniat donationibus inter viuos.*
4. *Donator si declarauit expressè, quod voluit inter viuos donare, non impli-cat, quod substantia dispositionis in-ter viuos valeat post mortem conferri.*

## DECISIO XXL

1. *Onationem, cuius validi-tas conferatur post mor-tem, esse donationem in-ter viuos, & non mortis causa, si inter viuos fieri expressè dicatur. Conclusum, & deci-*

sum

- sum fuit Die 18. Mensis Ianuarij anni 1636. me referente ad fauorem nobilis Angelæ Sanjust, & Scarchioni contra Nicolaum Scarchioni domicellum Ciuitatis Ecclesiærum. Actuarij Ioanne Antonio Polla. Per text. in l. 1. C. ut actio ab hered. & contra hered. l. quæ docunquæ. S. si quis ff. de verb. obligat. l. hereditarij ff. de bon. auth. iud. possid. l. fin. C. de contrah. vel committend. stipul. & in S. post mortem. Instit. de inutil. stipul. in quibus obligatio, etiam si conferatur post mortem, ad dispositionem tamen inter viuos refertur, & facit doctrina Bartol. in l. fin. C. de paci. quod si dono post mortem, quamvis in dubio donatio causa mortis cœ. seatur, fallit tamen, si ea lege fieri dicatur, ut pro donatione inter viuos habeatur, & dijudicetur, quam Doctores communiter sequuntur ibi, & in l. stipulario hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. & in l. quæ dotti. ff. solut. matrim. & post alios probat hic Petrus Barbosa nu. 113. & sequitur alios referens Ioann. Petr. Fontanell. de partis nupt. tomo 1. claus. 4. glos. 3. num. 6. & multos ad hoc citat Jacob. Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 35. nu. 2. tom. 1. vbi dicit, hac de re non esse multum dubitandum, cum versetur in claris, & firmat Ioseph Seſe decis. 360. num. 11. tom. 3. & plures citant Cauatian. decis. 42. num. 11. cum seq. par. 1. Cornazan. decis. 77. num. 7. Maynard. decis. 6. nu. 4. part. 3. Polydor. Rip. dominus, & præceptor meus de actis in mort. articul. cap. 76. num. 6. & nouæ Iul. Cesar Minado. in allegatio. 3. inter allegatio. diuersi. post decis. Salernit. à num. 8. & est decisio Rota Roman. 58. num. 13. post tractat. de manutenendo Ludou. Posty.
- 2 Item, in dubio donationem post mortem esse inter viuos, si per stipulationem concepta fuerit, defendit, & comprobavit Anton. Faber. de error. pragmat. tomo 2. decad. 45. error. 24. per totum, quamvis aliud teneat in donatione per traditionem facta in error.

seqq. & in terminis de ea, quæ fit inter viuos, taliter quod non valeat, nisi post mortem, & non ante, quod non sit donatio causa mortis, sed inter viuos, voluerunt, & probavit Alex. conf. 14. lib. 1. Socin. sen. qui in eadem causa consuluit conf. 53. lib. 1. Ruinus conf. 182. à nu. 3. vol. 1. Bertrand. conf. 206. num. 2. par. poster. vol. 1. Roland. à Val. conf. 8 lib. 1. Natta conf. 118. tom. 1. & Cels. Hug. conf. 53. num. 1. & horum opinio communis, verior, & tenenda est, quidquid in contrarium sentiat Iason conf. 6. vol. 3. post Angel. queat, item Gamma decis. 258. num. 1.

- 3 Quia non tantum vbi exequitio contetur post mortem, quod in casu propositæ conclusionis præsupponunt ferè omnes pro ea citati, & de ea dicit Faber in C. lib. 8. tit. 39. definit. 3. num. 4. in alleg. quod & si frequens hoc conuenit donationibus causa mortis, tamen conuenit etiam donationibus inter viuos, per d. l. unicam C. ut actio ab hered. & contra. sed etiā si substantia conferatur, quod contendunt contrarij ex varijs fundamētis, quæ subfistunt in dubio. In claris 4 autem vbi donator expresse declaravit, quod voluerit donare inter viuos, nulla inde resultat repugnancia, aut contrarietas, cum substantia dispositionis inter viuos valeat conferre post mortem, taliter quod actiones incipiunt ab heredibus, & contra heredes, ut probant iura à capite citata, & bene in proposito animaduertit Ruinus. dirons. 118. sub num. 4. & 8. & sequitur D. Gars. Mastrill. decis. 211. num. 21. atquæ cum Natta vbi supra notat Jacob. Cancer. variar. resolut. tom. 1. cap. 8. num. 215. in nouissima editione, & latè de conclusione in num. seqq. pro ornatu vero videnda sunt tradita ab Anton. Picard. in d. S. post mortem, & nouè post hæc scripta visa à D. Mar. Curell. 30. 2. de donation. tract. 2. discurs. 1. special. 12. à num. 11. usque ad 22. cū seqq. nec non à D. Reg. Capyc. Latro consuls. 89. à nu. 1. tom. 2.

## ARGUMENTVM.

Mulierem, quæ inscio marito dotem suam dedit pro dote à se promissa nepti, ab istius marito, qui ex successione illam detinet, tanquam indebitam repetere posse.

## SUMMARIUM.

- 1 Bona dotalia soluta per mulierem citrā mariti consensum matrimonio constante pro dote à se promissa nepti post huius obitum, à marito, qui talia bona ex successione detinet, repetuntur.
- 2 Indebitum per errorem solutum potest repeti.
- 3 Indebitum illud est, quod nullo iure ciuili, vel naturali debetur.
- 4 Obligationes bonorum dotalium constante matrimonio prohibentur diures.
- 5 Lex quando obligationi resistit, certum est, quod ex ista neq; ciuilis, neq; naturalis oritur obligatio.
- 6 Contractus mulieris sine mariti licentia celebratus ita nullus est, ut ex eo neq; ciuili, aut naturali iure obligata censeatur.
- 7 Solutum in piam causam repeti non potest, si pietatis causa relinquitur.
- 8 Tex. in l.cūm is. s. mulier ff. de condit. indebit. afferentis, quod si mulier sit in ea opinione, ut credat se pro dote obligatam, non repetit quicquid datis nomine dedit, verus intellectus subtiliter explicatur.
- 9 Dos pia dicitur, quæ in pauperem præstat, nec diuini soluta verè pia nuncupatur, nisi largo modo.
- 10 L.cūm is. s. mulier ff. de condit. indebit. ex abundantia geny acumenne explanatur, ac altero mudo eius nexus solvuntur.
- 11 Illa, quæ vis, & potestas r. na sociat, non

- debent diuersis vvie abulis nuncupari.
- 12 Habentia diuersa nomina diuersos operantur effectus.
- 13 Verba legis propriet, & in posteriori significatu accipi debent.
- 14 Mater non tenetur filiam diuitem dare, quamvis pater sit snops.
- 15 Pictas respectu datis pauperi tradita, in muliere repetitionem excludit.
- 16 Dos non ex eo, quod est causa pia, repetitionem impedit, quia est pia largo modo, & ex dictis pro explicatione recti. in l.cūm is, pia non dicitur, nisi pauperi conseratur, sed causa pietatis inducens aliquem ad credendum se obligatum ad dotem, repetitionem impedit.
- 17 Causa pietatis nil aliud est nisi affectionis; bint sit, quod si alia, quam causa pietatis induceret mulierem in errorem ad putandum, se ex restamento teneri, vel alia ex causa debitricem, tunc dos ista tanquam indebita soluta repetitur, cum causa pietatis non remaneat, siue amoris.
- 18 Dos data pauperi cause pia assimilatur, secus si propter debitum, vel affinitatem.
- 19 Mulier propriam dotem alteri constituenta sine mariti consensu matrimonio constante, dotem repetit.
- 20 Alienatio datis pro alia dote ex soluenda, quamvis ex hypothese in piam causam facta rigorose diceretur, non impedit tamen repetitionem, cum favor pia cause non debeat extendi, ut per eum recedatur à iure.
- 21 Mulier repetens dotem in casu nostro eodem fauore mouetur; & sic pietatis illa causa, qua tunc ad dandam dotem potissimum a fuit, ipsa etiam mouet, ex ea quod dote mulier caret ad illam repetendam, cum veraque aequali priuilegio potiatur.
- 22 Priuilegiatus priuilegio non visitur contra pariter priuilegiatum.
- 23 Fauor pia cause non operatur in præiudicium tertij, nec huiusmodi efflus producere potest.

- 24 Indebitum potest repeti cōtra tertium,  
si illud ei proficiat, & si ex causa  
lucrativa obtineat.
- 25 Fauor pie cause suas vices limitat,  
quidam indebiti solutio facta in piam  
causam, prebet paupertatem soluen-  
ti, quia tunc repetitio conceditur  
etiam contra Ecclesiam.
- 26 Opinio Baltass. de Angelis in prato  
ex l. cūm quis C. de iur. & fact.  
ignor. afferentis, solutum per iuris  
euorem repeti non posse, etiam si re-  
petens sit mulier, reūgitur, atq; di-  
cti tex. verus sensus enarratur, &  
num. 27.
- 28 Mulier, & minor indebitum repetunt  
per ignorantiam iuris.
- 29 Minor sine solemnitatibus contrahens  
naturaliter non obligatur, aut sat-  
tim naturalis obligationis effectus  
impeditur.
- 30 Regula, qua est, obligatio naturalis  
impedit soluti indebiti repetitionem,  
limitatur, quando quis soluit per er-  
oreum iuris, aut facti probabilis.
- 31 Lex resistit expressè obligationi, vel  
alienationi bonorum dotalium ma-  
trimonio constante.
- 32 Error soluti indebiti quando à pietate  
causatur, deficit repetitio.

## DECISO XXIL

**D**otalia bona, vel soluta-  
per mulierem constan-  
te matrimonio citra  
mariti consensum in-  
augmentum dotis pro-  
missæ filiæ fratri post  
eius obitum, à marito, qui ex succe-  
sione illa detinet, repeti posse. Conclu-  
sum, & decisum fuit Die 5. Martij  
1644. me referente in favorem Anto-  
niae Porcelli contra Vincençium Merca-  
Actuario Antonio Vaccu. Per sext. in k.  
cuius per errorem ff. de regiur. & in  
S. is quoque. Instis. quibus mod. recon-  
trab. obligat. & in l. quod indebitum  
ff. de condit. indeb. cum concordanti-

bus, quibus expresse cauetur, inde-  
bitum per errorem solutum repeti  
posse; indebitum autem illud quidem  
dubio procul ab omnibus existima-  
tur, quod nullo iure ciuili, vel natu-  
rali debetur, vt tradunt Doctores om-  
nes in prefatis iuribus, & in l. frater.  
ff. cod.

Quod vero dotalia illa bona pro  
secunda dote data, vel soluta indebi-  
ta fuerint, patet, quia lex expressè re-  
sistit huiusmodi bonorum dotalium  
obligationis constante matrimonio,  
vt constat ex text. in l. unica. 9. & cūm  
lex C. de rei uxori. actio in l. si prædium.  
C. de iur. dote. & expressius in autb. sive  
à me. C. ad S. C. Velleianum. ibi pro non  
dicta. & pro non scripta babeatur. vbi  
ergo lex resistit obligationi, certum  
est, nullam ex ea naturalem, nec cui  
lcm. obligationem oriri. iuxta sext. in  
l. cūm lex, & ibi Bartol. num. 6. ff. de fi-  
dei suffr. & comprobatur Couarruu. in  
cap. quamvis pactum in 2. part. l. 4. de  
pact. lib. 6. num. 6. vbi quod si nulliter  
sine solemnitate requisita coneraxit,  
nec ciuilis, nec naturalis oritur obli-  
gatio, eo quod lex ei resistit, & firmat  
Ludou. Roman. cons. 437. & Nauarr.  
cons. 9. de empt. & vendit. à num. 6.  
lib. 3. vol. 1. sequitur Ros. Roman. apud  
Farin. decis. 18. num. 15. cum seq. to. 1.  
comprobatur etiam D. Franc. Hieron.  
Leo decis. 94. num. 3. & latè Anton.  
Merend. controu. iur. om. 1. lib. 1. cap. 9.  
per totum, & ad punctum nostri casus,  
quod contraetus mulieris sine licen-  
tia mariti celebratus sit adeo nullus,  
vt nullo iure ciuili, nequè etiam na-  
turali ex eo censematur illa obligata,  
tenet Anton. Gomes. ad l. 5. 3. Taur. n. 6.  
& cum communis, & recepta opinio-  
ne, à qua dicit, non esse recedendum  
in iudicando, & consulendo, per plu-  
ra confirmat Ioann. Gutierrez. de iur.  
confirm. part. 1. cap. 1. à num. 39.

Quibus non obstat oppositum ex  
l. cūm is. l. mulier ff. de condit. indebit.  
quo loco Julianus docet, quod si mu-  
lier in ea opinione sit, vt credat se

pro

7 pro dote obligatam, quidquid dotis nomine dederit, non repetit, sublata enim falsa opinione relinquitur pietatis causa, ex qua solutum repeti non potest. Vnde Doctores omnes colligere solent, solutum in piam causam repeti neutiquam posse, ut per Roma. conf. 428. num. 2. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 4. lit. l. conclus. 84. nu. 21. Mar. Muta decis. 28. num. 10. cum alijs, de quibus per Ioann. Baptif. Thor. in summ. priuilepiæ causæ. priuile. 133.

8 Quidquid enim sit de vero intellectu prefatæ legis, ad quam recentè Anton. Fab. in ration. tom. 3. in ea fuit opinione, ut obtineat tantum, ubi mater, vel auia dotem promiserit, & soluerit; secus si alia in ulteriori gradu existens, in qua ratio illa pietatis considerari debuit, dubitatione caret, decisionem huius textus in eadem pietatis ratione, & causa considerare; ac propterea in ea dumtaxat dote, quæ pia dici, & dijudicari vallet, locum habebit; talis autem propriè nullatenus cōpellari potest, nisi quæ in pauperem soluitur; ut constat ex latè congregatis per Tiraquell. tractat. de priuilepiæ causæ. in prefatio. vers. item cùm dos. post medium, ubi etiam Addentes alios citant, & sequuta est Rot. Roman. apud Cardin. Seraph. decis. 726. num. 6. & ex multis firmat Sigism. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 5. nu. 59. cum seq. sequitur Gabr. Aluar. de Velazq. de priuilepiæ pauper. part. 1. q. 52. num. 18. & alios citat Ioann. Mar. Nouar. de electio. & vari. for. sectio. 2. quæst. 5. 1. sub num. 19.

9 Nō ergo suffragatur opinio, quod etiam si diuini promittatur dos, largo modo dicatur pia, ex text. in l. 1. ff. solut. matrim. ex Cordub. de Lara in l. si quis ex liberis. s. si quis ex his. nu. 256. Polat. Rub. in repetit. tis. de donat. inter vir. & uxor. S. 35. num. 4. & 5. & in text. S. 12. num. 4. Cifuent. ad l. Taur. 53. in fin. & ex Pelacz pluribus addu-  
ctis de maiorat. part. 4. q. 27. num. 13.

cum sequent. quia quidquid de hoc sit, nullus enim ex his Doctoribus ex opposito allegatis, quos habeo, neutiquam illud de pia causa in dote diuini soluta affirmat, prout nec ex d. l. l. solut. matrim. probatur, nisi quod dotum causa semper, & ubiq; præcipua est.

10 Tantum autem abest, quod per solum, merum, & simplicem dotum fauorem excludatur, & denegetur indebiti repetitio, ex d. S. mulier, quo principaliter nititur oppositum, ut potius contra id ex illo arguere liceat. Primo, quia decisio, & ratio finalis illius textus non in simplici fauore, dotis consistit, sed in pietatis causa expressè fundatur, ut ex sui lectura constat, quod si sola causa dotis tanquam pia largo modo, & omni fauore digna sufficeret ad exclusionem repetitionis, utique de ea dumtaxat meminisset Iurisconsultus, & sola sui expressione contetus ad pietatis causam vti diuersam, & separatam à dote minimè configisset, argumento l. si

11 idem C. de codicill. vbi quod ea, quæ vis, & potestas una sociat, non debet diuersis uocabulis cōpellari, & prouindè Bald. Alex. & Salyc. ibi inferunt, quod ea, quæ habent diuersa nomina, diuersos quidem operantur effe-

12 stus. Secundò, quia uerba legis semper accipi, & intelligi debent propriè, & in potentiori significatu, simplicitè, & non secundum quid. l. non aliter. ff. de legat. 3. l. 3. s. hac verba. ff. de negot. gestis. cum alijs, de quibus latè

13 per Simon. Barbos. in suis princip. & loc. commun. lit. V. num. 6. & 12. cum tribus sequent. & per D. Ioann. Castill. Sotomaior. quotid. controuers. cap. 39. à nu. 1. tom. 4. Tertio, quia in d. S. mulier tunc habetur ratio pietatis ad exclusionem repetitionis dotis, cùm hæc soluitur ab ea muliere, quæ in ea opinione fuit, ut crediderit, se pro dote obligatam, sed talis opinio in muliere induci, & supponi non potest, nisi ubi dotanda sit pauper, propterea

quod notum, & certum sit, in subsidiū dūtaxat obligari mulieres ad dotandum, iuxta tradita post multos per Ioann. Baptif. Costu de remed subisd. remed. 65. à num. 1. & pricipuē nu. 6. ubi in specie de matre differit,

14 quod nullatenus teneatur dotare filiam diuitē, quāmuis pater sit inops. Sequitur ergo ex d. S. quod pietas indec, quæ pauperi datur per mulierē falsō credentem se ad eam teneri, illius repetitionem excludere. Quar-

15 tò, nullus est ex Doctoribus ad oppositum allegatis, vel alius hucusque visus, qui illud de pia causa largo modo in dote diuiti data per mulierem ad exclusionem sui repetitionis ex d. S. vel alio vñquam affirmauerit.

16 Quinimmo verius contra illud te-  
nent quāmplures, & signantē Bart.  
expresē in d. S. mulier pro satisfactio-  
ne, & solutione l. si donatarius S. i. &  
l. qui se debere. in princ. ff de donation.  
caus. dat. de quibus opponit, ita fa-  
tut, quod ex hoc declarabitur ista lex,  
non intelligas, quod solucum indebitē  
ex causa doris simpliciter nō repetatur,  
quasi ipsa dos sit causa pia, quæ repeti-  
tionem impedit, quia hoc effet contra-  
casum illarum legum, sed intellige,  
quando causa pietatis inducit aliquem  
ad credendum se obligatum, utputā  
mater credebat se teneri ad dotandum  
filiam, vel frater sororem in casu, quo  
non debet, vel soror sororem, vel nutritrix  
nutritam, & ista pietas, & affectio,  
que erat inter eos, fuit causa istius er-  
roris, ita intellige primam glossam hic  
17 postam, quæ dicit, mater forte, velex-  
tranea; sed si alia quām causa pietatis  
eam induceret in errorem, vt si mater,  
vel soror putabat, se teneri ex testa-  
mento, vel putabat, se teneri ideo quia  
putabat, se debitricem ex causa mutui,  
vel depositi, & tunc solutum indebitē  
repetetur, & in legibus contrarīs, quia  
sublatō errore non manci causa pietati-  
s. haecēnus ille, & ad eum Alex. in-  
addit. post alios pro nostra conclusio-  
ne cōtra oppositum expresē firmat,

quod dos relicta, vel data pauperti  
18 æquiparetur pia cauſa, secūs si pro-  
pter debitum, vel amicitiam. Sequi-  
tur Iason. ibi, & notandum assertit, se-  
cūdū cominunem intellectum, cauſam dotis de per se non esse causam  
piā, nisi, vt ipse post alios distinguit,  
relinquatur pauperi, secūs si cauſa  
amicitiæ, vel affinitatis, lequierit, &  
alios citat Fontanell. de pac̄. nuptial.  
claus 4. gl. 21. par. 2. num. 16.

19 Ex quibus manifestè deducitur, &  
deuincitur, oppositum ex d. S. mulier  
aduersus conclusionem nullatenus  
subsistere, tam ex eo, quod deficit  
causa pietatis in augmento dotis,  
quod repetitur, cum alias à patre  
fuerit congruē dotata: quām etiam  
quia mulier, quæ repetit, non agit ex  
errore, quia credidit se obligatam ad  
dotandum, sed quia dedit propriam  
dotem sine consensu mariti matri-  
monio constante, ac proindē cum ex  
alia causa agat, aditus patet ad repe-  
titionem, iuxta superius relatam Bar-  
tuli doctrinam, quam etiam tenet  
Paul. de Castro in d. S. mulier, num. 2.  
ibi, secūs si error causabatur non à pie-  
tate, quia putabat, se illi teneri ex ali-  
quo contraktu per d. l. qui se debere.  
Quod magis adstruitur ex eo, quod  
lex expresse resistit obligationi, &  
alienationi bonorum dotalium con-  
stante matrimonio, vt à capite pro  
conclusione probatum extat. Vnde  
alienatio pro alia dote exsoluenda,  
etiam si in piā causam propriè, &  
rigorosè facta diei posset, potens non  
20 erit ad impediendam repetitionem,  
cum fauor pia cauſa non adeò ex  
tendi, & ampliari debeat, vt proper-  
eum à iure recedatur, vt post Bald. &  
Ioann. de Anan. tenet Cardin. Mantic.  
de coniēct. ultim. volunt. lib. 6. tit. 3. nu.  
12. sequitur Io. Baptista Thoro in sua  
summa priuile. pia. cauſ. priuile. 157. in  
fine principij.

21 Confirmatur etiam habita ratione,  
quod mulier, quæ repetit ex eadem  
pietatis cauſa, quæ in dote confide-

ratur,

ratur, mouetur cùm ad propriam do-  
tem nullius alienatam repetendam  
agat, & non debet maiori fauore pro-  
sequi vna, quàm altera dos, utraquè  
enim àequali priuilegio potitur, neq;  
vni aduersus aliam suo vti priuilegio  
liceret; propterea quòd tunc priuilegia  
22 conquassari, & priuilegium nun-  
quàm vti priuilegio contra paritè  
priuilegium, indubitati iuris sit, vt  
constat ex multis congestis per Tira-  
quell. vbi suprà. priuileg. 26. & per  
Tboro in d. sua summa. priuileg. 112.  
Conquassatis itaque priuilegijs ex  
piæ causa, locus sit indebitæ repeti-  
tioni, quæ ex mero iure procedit, toto  
tit. de cond. indeb.

23 Præterea fauor piæ causæ nūquàm  
agit, nec operatur in præjudicium  
tertij, vt post Crauett. & Negusan.  
quos citat, tradit idem Tboro dict.  
priuileg. 157.nu.5. & in terminis facit  
quod post multos firmat Vincent. Ca-  
roc. decis. 95. nu. 1. nimirum mulierem  
nuptiam sine consensu sui viri nulla-  
tènus posse bona dotalia pro anima  
sua, vel pro eleemosyna dare, ergo à  
fortiori nequè pro dote.

Rursus fauor piæ causæ cessat in  
augmento illo dotis, quod repetitur;  
propterea quòd dissolutum sit secun-  
dum matrimonium per mortem mu-  
lieris, maritusque retineat bona, non  
iam ex causa dotis, sed ex successio-  
ne, quæ est causa merè lucrativa. In-  
debitum autem dubio procul repeti-  
24 potest contra tertium, cui proficit, si  
ex causa lucrativa habeat, argumēto  
l.fin. ff. per quem fact. erit, & l. plan. 2.  
f. 1. ff. de legat. 1. tradit glof. notabilis  
in l. his foliis ff. de condit. indeb. quam  
Doctores communiter sequuntur, te-  
ste ibidem Bartolo, comprobat cum  
multis Velazq. vbi suprà de priuileg.  
paup. par. 1. quæst. 48. num. 7. cum seq.

25 Ultimò tandem alijs prætermis-  
sis dispositio præfati s. f. mulier, & fauor  
piæ causæ limitatur, quando ex solu-  
tione indebiti in piäm causam facta  
solvens reducitur ad paupertatem,

prout de repetente in casu nostro  
sufficientè probatum appetet, quia  
tūc repetitio neutiquam denegatur,  
sed liberè conceditur, etiam contra  
Ecclesiam, vt firmat Marc. Anton. Ge-  
nu. practicab. conclus. quæst. 483. circu-  
finem, & Iul. Vidian. in praxi iur. pa-  
tron. lib. 2. cap. 5. num. 146. sequitur  
Velazq. tract. de priuileg. paup. par. 3. q. 8.  
num. 362. & placuit Aloys. Riccio in  
additio. ad Tiraquell. d. tract. de priuileg.  
piæ causæ priuileg. 119. in fine.

26 Nequè vrget aliud oppositum ex  
Lcùm quis. C. de iur. & fact. ignor. vbi  
Baltass. de Angel. in prato notat, solutu  
per errorem iuris repeti non posse,  
cum alijs adductis ex Cyriac. contro-  
uers. forens. tom. 2. controv. 264. nu. 10.  
cum seq. quòd scilicet solvens scien-  
tèr ex titulo inualido, illum appro-  
bare videtur, nec excusatur per supi-  
nam ignorantiam, etiam si mulier sit,  
per d. s. si mulier.

27 Patet namquæ solutio, & satisfa-  
ctio ex lectura præfatæ l. cùm quis,  
quia, vt glossa, & Doctores omnes ex  
ea colligunt, de quibus latè per Au-  
gustin. Barbos. in collectan. tunc demù  
iuris error impedit repetitionem,  
quandò id, quod est solutum, est de-  
bitum naturaliter, quàmuis indebitum  
ciuitèr, quod mirum videri non de-  
bet, quia ad hoc, vt repetitio cesseret, &  
excludatur, sufficit, quòd natura de-  
beatur id, quod solvit, & si ciuitèr  
indebitum sit, vt ex tex. in l. naturali-  
ter, & in d. frater. à fratre, & in l. Iu-  
lianu ff. de cond. indebit. cum concor-  
dantibus, de quibus passim per Do-  
ctores; in nostra autem conclusione  
esse indebitum tam ciuitèr, quàm  
naturaliter, suppositum, & compro-  
batum extat. Vnde corrigit oppositum.

28 Accedat, quòd dispositio præfatæ  
l. cùm quis cum alijs, quæ repetitione  
soluti denegant propter iuris igno-  
rantiam, fallit, & limitatur tam per  
glossam, quàm per Doctores in d. l. cùm  
quis, vt locum neutiquam sibi vendi-  
cet in muliere, & minore, qui benè

repe-

repetunt etiam per ignoratiā iuris tale indebitum solutum, de muliere expressē loquitur Anton. Gomes. variar. resol. tom. 2. cap. 13. num. 16. circa medium, vbi attestatur, ita practicalisse, consuluisse, & obtinuisse, sequitur Barbo, in præfata collect. num. 4. & de minore est clara decisio Rot. apprimè conferens ad casum nostrum in recentioribus per Farin. tom. 1. decis. 177. num. 12. cum seq. vbi ad oppositum de obligatione naturali, quæ excludit repetitionem, fuit responsum, quod minor contrahens sine solemittatibus, nec etiā naturaliter obligatur, vel saltim impeditur effectus naturalis obligationis, ideoquè minor, solutum repeteret, haud impeditur; regula verò, quæ habet, obligationem naturalem impedire indebiti soluti repetitionem, non procedit in eo, qui soluit per errorem iuris, aut facti probabilis, error autem iuris in isto minore est probabilis, quia presumitur, ut benè ibi hæc omnia probant.

Ex his ergo ad mulierem, de qua in nostra conclusione, supposita illius probabili ignorantia, cessat supina, vñā cum scientia ad approbationem tituli inualidi per solutionem ex Cyriaco apposita, præcipue cùm ad illā necesse sit, quod sciens vitium tituli soluerit, ut optimè post alios declarat Ioann. Baptista Costa in tract. de iuris, & facti ignor. cent. 2. distinct. 27. nu. 1. quod nullatenus probatum fuit aduersus mulierem, & in dubio soluens præsumitur, soluere potius ignorantē, quam scientē, ut cum alijs recte probat Pyrr. Maur. Aret. de solut. cap. 22. à num. 7. & multo magis procedit in casu nostrae conclusionis, ex eo, quod lex expressē resistit obligatio- ni, & alienationi bonorum dotalium constante matrimonio, ut est probatum, cùm non possit tacitē per solutionē admitti ad probationem, quod expressē denegatur fieri. I. qui ad certum. ff. locat. firmat in terminis Costa

d. distinct. 27. num. 2. cum seq. & cum decisionibus Rot. Roman. comprobat Laurent. Vrsell. conclus. legal. tom. 1. conclus. 86. num. 111.

32 Ad §. si mulier satis suprà responsum fuit, peragere de casu speciali, vbi error causatur à pietate, quæ omnino deficit in casu nostro, eaquè cesante, quod omnino indebitum tam ciuitér, quam naturaliter repeti valeat, docet in specie Castrens. ad eundem S. num. 2. in princ.

Pro satisfactione autē ultimi oppositi ex iuramento ad excludēdam repetitionem, recurrendum est ad Conclusionem, quæ incipit Iuramentum, vbi agitur de veritate oppositi; an iuramentum confirmet contractū alienationis rei dotalis constante matrimonio, & an impeditat repetitionem.

## ARGUMENTVM.

Legitimam sapere; & in eius locum succedere post mortem patris dotem, quam viuens filiæ dedit.

## S V M M A R I V M.

1 Dos ex iuris communis dispositione, in dubio post mortem patris succedit in locum legitima filiae dotata debite, quia patre mortuo dos filia ei imputatur in legitimam.

2 Faber de error. pragmatic. tom. 1. decad. 12. error. 2. quamvis videatur contrarium propositioni citata sentire, assamen eius assertionis sensus subtiliter elucescit.

3 Differentia inter dotem, & legitimam asserta per Fabrum d. error. 2. à n. 9. locum tunc habet, cùm de illis agitur viuo patre, nunquam autem præde-

functio

functio patrē, & iā facta imputatiōne, cūm inconueniens non sit, ut dos, quæ viuo patre constituitur, imputetur in legitimam post illius mortem.

4 Peregrinus, Mangilius, & Merlinus in tract. de legitima lib. 3. tit. 1. quest. 6: afferentes, dotem loco legitima non succeedere, in quo sensu loquantur, explicatur, & num. 5.

6 Interpretatio in eisdem terminis Statutorum in dubio est facienda, ut dos locum legitimus fortiorum.

### DECISIO XXIII.



Otem in dubio ex iuri communis dispositione post mortē patris succedēre in locu[m] legitimā filiū dōtare debitā. Conclusum, & decisum fuit die 24. mensis Novembri anni 1637. me referente ad favorem nobilis Angele Scarchionis conera Nicolaum Escarchioni Ciuitatis Ecclesiārum. Atquiero Ioanne Antonio Pella. Per tract. in l. quoniam nouella. vbi glos. & Doctores. C. de inoffic. testam. & post Bartol. multosq; alios, firmat Camill. Bortell. in sua summa. decis. totius Orb. s. 3. t. 4. de iur. dot. num. 325. & tradunt Ioann. Anton. Mangil de imputation. & detraction. quest. 53. num. 3. & Ioann. Petr. Fontanell. de pāl. nuptial. tom. 3. claus. 5. glos. 1. part. 1. num. 111.

Verū, vt is se ipsum declarat, & alios cum communi opinione citat eadem claus. 5. glos. 10. par. 1. num. 32. vera est conclusio, mortuo patre, & itā eam procedere recentēr tenent AD. Ioann. Franc. de Costa conf. 19. num. 48. & conf. 87. num. 15. & D. Antonin. de Amat. varior. resolut. 10. 2. resol. 64. num. 5. & ratio ea est, quia tunc mortuo patre dos filiū imputatur ei in legitimam, vt in d. l. quoniam, & post alios probant Peregrin. de fideicom

misi. art. 36. num. 136. Mangil. vbi supra q. 14. num. 1. & 31. & quest. 19. num. 2. Acacius Anton. Ripol. variar. resolut. cap. 9. num. 107. & Mercurialis Merlin. de legitima. lib. 2. n. 2. q. 8. à num. 1. per hanc ergo rationem conclusionem nostram à Pragmaticis admissam agnoscit. Anton. Faber de error. pragmat. tom. 1. decad. 12. error. 2. in princ.

3 Et licet is in num. sequenti ab ea recedere videatur, ex eo, quod, ut in specie notat num. 8. longè dissimilans, dotem in legitimam imputari, & dotem loco legitimae esse, per rationem, quam ibi reddit; quod si iure legitima censeretur, frustra de imputatione tractaretur, verū tamen Faber hic, & in toto illo errore, & similiabili de his loquatur, intelligendus est in actu antecedenti, dum pater viuens & vbi imputatio ad hunc facta non est, non autem subsequor iā morte, & imputatione facta, quia tunc nec Faber negat, nec negari potest; docet loco legitimae successiō, & non nisi iure legitima censiō posse, sicuti de pecunia euenit, de qua si soluat pro legitima, illius iure censiō, non invenit facetus Faber hic, ac propterea in decad. 14. error. 10. sub num. 4. in specie de imputatione iam facta differit, cedere loco facta solutionis pro legitima de illis iure censiō debere, non obscurè docet ad favorem nostrae conclusionis.

3 Nequē ei obstante differentias, quas ille d. errore. 2. à num. 9. inter dotem, & legitimam assignat, quādōquidem hēc pariter tunc obtinet, & peruiget, cūm de illis viuo patre tractatur; sc̄cūs autem patre p̄ædefuncto, & imputatione iam facta, quia sicuti tunc non inconuenit, quod legitima filiū debita per eam marito in dotem cōstituantur, taliter quod vna, & eadem res censiō iure legitime, & iure dotis, quod erit in his, quae sunt diversi iuris respectu diuersorum permittitur, vt post alios probat Anton.

Monach.

Monach. de cas. Florent. 28. num. 40. & sequitur Simon Vaaz. Barbos. in suis locis communis h[ab]it. Innum. 48. in fine; ita quoque non esse inconveniens, dicendum est; quod dos. viua p[re]ter data imputetur filiae in legijmam post mortem illius, atq[ue] ita tunc loco legitime succedat, prius in conclusione, & eam vti. verissimam constituit, quod scilicet dos in legijmam imputetur, & in eius locum succedat ex alijs noue Ludouic Bell. cons. 18. zuu. 3.

4. Cui etiam nequitam. repugnat, quod ex aduerso sicut appellatur ex Merlin post Peregrinum. Malib. & alios in d[icitur]. tract. de legitione. lib. 3. art. 1. quest. 6. num. 12. ubi eam opinionem, quam magis co[m]mune[m] diximus. 5. probat, quod scilicet dos non succedit loco legitime, ut post id.

Namque Merlinas hic caliquid ex opposito asserti loquuntur in terminis statutorum, & evidentium feminas literatas in successione, in quibus Doctoris varijs varia dixerunt, adeo ut ex Dictione cons. 60. reprehendenda non sit in quaestione quod opinione quis tecum necat, ac tamquam bene arbitrasur Borrell. obi. supradictum. 329. ita affatur, nullus ex Doctoribus, qui ea de re agunt, varijs inser. se, aut ab alijs dici possit, sed novam apparere difficultatem in diversitate statutorum, & sic cuique solle. Doctor, cuique ansam præstitam est suisse opinionem suam consultationi proposita illi statuto redderes, & accommodares, haec enim ille.

Mulcum ergo nostræ conclusioni fauet, quod in eisdem terminis statutorum in dubio faciendam esse interpretationem, ut dos loco legitime succedat, post Laderch. Corne. & Menoch. admittit, & declarat Merlin. hic num. 32. cum seqq. & noue pro illa, quod dos, ut sepius locum legitime fortiaatur, plures citat D. Mar. Cutell. de donatione tract. i. discurs. 2. partic. 14. num. 4. & noue post h[ab]et scripta visus Franc. Mar. Pratus discepit. forens. cap. 14. a. num. 43.

## ARGUMENTVM.

Ius ad officium perfecte neutrum quam queri per electionem.

S V M M A R I V M.

1. **Electione**, & nominatio ad aliquod officium, si est annexa administratio, si non fortiaatur effectum legitimo impedito, sicutum est facienda, nempe antequam virtute prime possessio officij obierit.
2. Princeps mandando in concessionibus, que administrationem habent annexam, videtur cogitare de effectu alienigenae nominatione, & beneficium frustare.
3. Actus deueniens ad casum, a quo incipere non potest, si non subsequatur effectus, evanescit.
4. Paria sunt, aliquid factum non esse, & effectum non habere.
5. Actus validus, qui aliquem effectum non potest producere, dicitur nullus.
6. Primus actus quando non satisficeret intentioni statuentis, reiterandus est; ita ergo in electione, que non fortior effectum.
7. Variatio permititur in illis dispositionibus, quando facie intelliguntur sequitur effectu.
8. Text. in can. 4. 63. distinct. dicens, ius quarti electo per electionem, quamvis non acquiratur exercitium, locum habet, et non possit amplius revocari electus, se electione alieno fiat, seu etiam proprio, sed media dispositione priuilegorum; secus autem sibi locum vendicat quoad honores, commoda, & officij emolumenta.
9. Consiliarius non dicitur nisi immittatur in possessionem, & iuramento precedente, cum non profit creatio, nisi administratio sit sequuta in officijs, quibus administratio est annexa.
10. Rex concedens officium in priuilegio

more

*more solito non intendis, quod ex sola officiū possiſſione transferatur dominum, sed etiam quod præstetur iuramentum, quo non adimpleto ius non queritur electo.*

## DECISIO XXIV.



Lectionem, & nominationem ad aliquod officiū, cui est annexa iurisdictio, seu administratio, si morte electi, vel alio itē legitimo impedimento effectum non sortiatur, sicuti evenit in electione Doctoris Petri Ioannis Otgier domicelli ad officium primi Cōsulis Ciuitatis Calaris, qui decessit antequām possessionem obtineret, nec iuramentum solitum præstaret, esse iterū faciendam. Conclusum, & decisum fuit die 5. Decembris 1634. ad exigentiam Fisci Regij procuratoris apud acta Secretarij Vaccō. Per tex. in cap. 1. electio. de electio. lib. 6. vbi est casus expressus, & facit l. hæc conditio l. 1. ff. de condit. & demonstr. ibi non dūm impletam conditionem defectum, cū alijs in terminis cumulatis per D. Gars. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 28. à num. 41. tom. 1. & Jacob. Anton. de Mauro citatus ab eo in alleg. 75. num. 5. ex alijs dicit, quod in huiusmodi concessionibus, & beneficijs Principum videtur Princeps mandando cogitare de effectuали nominatione, non de ea, quæ sonat in solum factum, nè gratia frustetur; contineat quoquā, quod actus deueniens ad casum, à quo incipere non potest, vbi effectus non est subiectus, euanscitur, de quo latet per Philipp. Maffia. Dominum, & præceptorem. 3. meum in sua 1. rem. select. distinct. cap. 2. 3. paria enim sunt, siquid factū non esse, & effectum non habere, vt probat Steph. Gratian. dist. cap. forens. cap. 745. num. 2. tom. 3. cum Craueri.

Iason. & Surdo, & cum eo insuper addit, quod actus etiam validus, qui nō potest producere aliquem effectum, dicetur nullus. Ex his ergo, & alijs, quæ numeris sequentibus cumulat num. 12. in proposito firmat, quod ad 5 eum, qui habet facultatem nominandi, neutiquā ab eo ius, & potestatē ad nominationem abdicari, si nominationē nō fuerit sortita effectum, cū illa non dicatur consumpta, nequā extincta, non secūs, ac si nusquam fuisset facta, vt post eundem Surdum, quem refert, probat ex decisione Rotæ Romanæ, latiusquā prosecutur in numeris sequentibus.

Ad hæc Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 10. part. 1. num. 48. cum seqq. in proprijs terminis electionis hos casus adæquat, & pates facit ad effectum, vt noua electio fiat, quando scilicet electio nulliter facta est ea nullitate, per quam eligens non priuatur facultate eligendi, & quando facta est valida, sed nō habuit effectum per mortem electi, vel aliter; atquā in dicto casu quando electio est nulla, si eligens nō amittat facultatem, esse denud ad 6 aliam electionem procedendum, post Roman. quem citat, tenet Ioann. Baptista Costa de re integr. distinct. 107. num. 5. eoq; maximē, vbi per primum actum non satis fit menti, & intentio ni statuenter, prout in casu proposito; quia tunc esse reiterandum aetum, ex alijs probat Tiraquell. ad l. boves S. hoc sermone. limit. 6. ff. de verb. signif. & sequitur Gratian. discept. forens. 497. 7 num. 6. tom. 3. item quod omnis dispositio intelligatur sequuto effectu, alijs permittatur variatio, tradit discept. 435. num. 8. cum seqq.

Nam & si per electionem ius acquiratur electio, quamvis non acquiratur exercitium, vt voluit can. 4. 63. distinct. quem singularem dixit Abb. in cap. Sacrosancta. de election. & probat cum alijs Georg. Cabed. decis. 84. nu. 12. lib. 1. verum id est ad effectum,

vt non possit amplius reuocari electus, vbi electio fit iure alieno, seu etiam proprio, sed media dispositio ne statutorum, seu priuilegiorum, vt in electione officiorum alicuius Vniveritatis, prout idem Cabed. declarat ibi à num. 14. de quo etiam per dictum D.Garsiam loco citato nu. 36. cum seq. non autem quoad honores, commoda, & emolumenta officij, quia in eis ius non acquiritur electo antequam possessionem obtineat, & adipiscatur, vt ex alijs probat Bouasdill. in sua politica de corregidor. tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 57. & sequitur alios citans Joseph Ramon. conf. 6. num. 29. cum seq. & comprobant Fului. Costant. ad L. 1. C. de consul. lib. 12. sub num. 26.

9 dicens, quod cum Consiliarius sit officium, cui est annexa iurisdictio, & administratio, neque absque iuramento praecedente detur possessio, non potest dici Consiliarius, nisi post iuramenti præstationem immittatur in possessionem, quia non prodest creatio, nisi sequuta sit administratio, & num. 28. ait, quod dum Rex in priuilegio concedit officium more solito, non intendit, quod ex solo priuilegio transferatur dominium, & officij possessio, sed quod supersedeatur, donec præstiterit iuramentum, quo nō adimpleto, nullum ius potest censeri qualitatem electo, tanquam electio facta sub causa, & qualitate per prius adimplenda, vt ibi benè probat. Tandem num. 31. declarat, procedere, præterquam in concessionibus, quæ à Principe suarum administrationem non requirentur.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

## ARGUMENTVM.

Dotalia bona exequi nullatenus posse constante matrimonio pro obligatione mulieris, etiam cum consensu mariti facta.

## S V M M A U R I V M.

- 1 Exequutio non fit in bonis dotalibus constante matrimonio pro obligatione mulieris cum consensu mariti facta.
- 2 Mulier consentiente viro prædium dotale alienare non potest.
- 3 Maritus si de consensu uxoris fundum dotalium dederit in donum filia, non vales.
- 4 Maritus, & uxor si simul donum promittant pro filia, non poserit fieri exequutio in bonis dotalibus uxoris.
- 5 Afferto per Petrum Barbosam ad l. 1. ff. soluto matrimon. par. 4. num. 109. nempe quod nostra conclusionis dispositio toquatur in muliere, que suas res dotales obligat pro dono alterius mulieris, sed quando generaliter obligat, poserit fieri exequutio in rebus dotalibus, falsa demonstratur, & ex abundantia solvuntur.
- 6 Bona dotalia ex eo, quod alienari sunt prohibita, in casu promissione generalis non comprehenduntur, cum in eis non possit obligatio dari.
- 7 Ratio, qua alienationem rei dotalis in specie prohibet, ita quoq. vetatur genere, & que non sit illa, eruditæ determinatur.
- 8 Paul. de Castro in conf. 436. num. 31. lib. 1. ac Ruin. in conf. 194. num. 6. vol. 1. Barbosa doctrina comites non obesse, afferitur, ac suarum propositionum obiecta non incangue ostenduntur.
- 9 Distinctio illa Barbosæ iuxta promissione

fonem

- ſionem rerum dotalium ſpecialem, & generalem, defendi potest in obli-  
gatione bonorum dotalium ſoluto  
matrimonio matris, quæ pro dotatio-  
ne filia ſimul cum patre ſe obligauit.  
10 Matrimonium ſi iam ſolutum extet,  
per authoritatem rei iudicatae potest  
fieri exequutio etiam in illis bonis,  
que non ſunt dotalia, ſed fuerunt.  
11 Exequutio non potest fieri in bonis do-  
talibus pro debito communī viri, &  
vxoris.

## DECISIO XXV.

-  12 Xequutionem in bonis  
dotalibus pro ſoluenda ea dote, quæ gene-  
raliter etiam cum con-  
ſensu mariti fuit pro-  
miſſa conſtantere matrimonio, nullatè-  
nus fieri poſſe. Conclusum, & decisum  
fuit die 5. Martij 1644. me referente  
in fauorem Antonie Porcell contra  
Vincentium Merca. Actuario Antonio  
Vaccā. Per textū in l. ſi p̄edium C.de  
iur. dotium, cum quo expreſſe ſanc-  
tūr, nē vxor vendat p̄edium dotalē  
marito diſſentiente, neq; illo vendēti  
consentiat. Vndē (quidquid minūs  
recte ibi Cyn. & nonnulli alij velue-  
rint) vera, & recepta Scribentium  
ſententia docet, ut nequè etiam mu-  
lier viro conſentiente p̄edium dota-  
le alienare poſſit, vt conſtat ex citatis  
à Petro Barboſ. ad l. i. ff. ſolue. matrim.  
par. 5. nu. 4. vbi ad contrarios respon-  
det, neutiquam ex hoc textu ſummi  
poſſe argumentum à contrario ſenſu,  
quia eſſet contra diſpositionem l. omi-  
ca l. & cū lex. C. de rei uxor. actio.  
& cum alijs ſequuntur Auguſtin. Bar-  
boſ. in collectan. ad d. l. p̄edium nu. 7.  
& Gaspar Hermofſhi in addit. ad Greg.  
Lopez. gloſ. 5. l. 22. tit. 5. par. 5. num. 5.  
fortiusquē ſtrigit textū in auth. ſicut  
ad me. C. ad Senat. Consult. Velleian. &  
in auth. vndē illa ſumitur, vbi huiu-  
ſcēmodi alienationēs, & obligatio-  
nes quantum ad mulieres irriſae, &

- inualide declarantur; & decernuntur  
ibi, quæ quantum ad mulierem pro  
non dicta, & pro non ſcripta haben-  
tur. Conferunt etiam tradita per Spec-  
culat. tit. de emptio. & vendition. ſer-  
tio loco. num. 11. vbi quod si maritus  
3 de conſensu vxoris dederit fundum  
dotalē in dote in filiā, non valeat, &  
dumtaxat ſentit num. 12. quod virtute  
euiſionis, ſi fuerit promiſſa, vel  
actionis de dolo, vel in factum poſſit  
fieri exequutio in alijs bonis para-  
phrenalibus. vndē infert Ioann. Lup.  
in terminis in repetit. rub. ad cap. per  
veſtras ſ. 49. num. 5. quod si maritus,  
& vxor ſimul dote promittant pro  
filia, communī ratione huius promiſſionis  
4 non poterit fieri exequutio in  
bonis dotalibus vxoris, quod attenta  
diſpositione iuriſ communis verius,  
& receptius fatetur Baſea de non me-  
lior. filiab. cap. 11. num. 47.  
5 Neq; vrget, q; contrariam ſen-  
tiam tueatur Petr. Barboſ. in d. l. r. par.  
4. num. 109. post nonnullos, quos ci-  
rat, & præcipue num. seq. ad Specula-  
torem respondet, loqui in muliere  
obligante rem ſuam dotalē pro do-  
te alterius mulieris, quæ quidem  
obligatio valere non poſtuit. Vndē  
ratione promiſſionis nullius, nulla  
poterit fieri exequutio, vt ibi probat.  
Ceterū (inquit) quando generaliter  
dote promiſit, obligando per-  
ſonam ſuam, poterit fieri exequutio  
in rebus dotalibus, quia prohibitio  
d. l. unica non debet locum habere  
in alienatione, quæ immediatē fit au-  
thoritate rei iudicatę, per iura, & Do-  
ctores, quos citat.  
6 Pace etenim tanti Viri hec ſua re-  
ſponsio, & diſtinctio nullatenus ſub-  
ſistere poſt; nam & ſi verū ſit, Spec-  
culatorem loquutum fuſſe in caſu  
obligationis ſpecialis de re dotali  
pro dote alterius mulieris, at Pala-  
cius, & Baſea cum recepta opinione  
pro noſtra coniūlione relata loquu-  
tur expreſſe in caſu promiſſionis ge-  
neraliſ, nullumquē eis per Barboſam

fuit datum respōsum. Accedat, quod si ratio, quam eo casu pro se ille adducit per authoritatem rei iudicatæ, bona fuisset, ex eadem utique in illo casu promissionis rei dotalis, non obstante illius nullitate propter obligationem personalem, quam considerat in generali, quæcumque similiter datur in speciali, saltim ad euictionē, vel dolum, ut suprà cum Speculatorē notatum fuit, atq; in euictione quomodo procedat, liquet ex multis, quos in proposito recenset Hermofil. ubi suprà d. tit. 5. part. 5. glo. 4. leg. 19. pertotam, & p̄cipuè num. 6. latè per Mangil. de euiction. q. 73. sequitur inde pari ratione, exequutionem in bonis dotalibus fieri posse, non quidem virtute obligationis specialis nullius, & inefficacis, ut ille agnoscit, sed benè virtute obligationis personalis authoritate rei iudicatæ, quam ille hoc casu prætermitteat, præsertim cùm etiam in casu promissionis generalis bona dotalia constante matrimonio uti alienari prohibita, excepta, & non comprehensa censeantur, nullaquæ in eis obligatio dari, nec considerari possit, ac propterea iure merito dicendum venit, quod sicut in casu promissionis specialis rei dotalis propter nullitatem obligationis contra legis prohibitionem initè nulla in bonis dotalibus potest fieri exequutio, ut fatetur Barboſa, non obstante quod ea exequutio fieri etiam valeat authoritate rei iudicatæ propter obligationem personalem ex exequutione, vel dolo, de qua, ut dictum est, nullam rationē ille habuit, ita patrè in casu promissionis generalis, in qua nulla concurrit obligatio realis propter eandem legis prohibitionem ex sola personali, quæcumvis authoritate rei iudicatæ nitatur, & muniatur, exequutio nequaquam in bonis dotalibus fieri poterit, cùm ratio prohibitionis alienationis de redicibili ex dispositione legis, à qua prouenit nullitas obligationis, quæcumq;

operatur, & causat, nè in dotalibus exequutio fieri possit æqualiter constante matrimonio utrumquæ casum continet, & comprehendat: sicuti etiam prohibetur alienatio, & obligatio specialis, ita quoq; & generalis, ut constat ex dictis iuribus, ac proinde cùm eadem sit ratio, neutiquam diuerso iure censeri debent, vulgata l. à Titio, ff. de verb. obligat. l. 3. §. 1. ff. de iniust. rupt. irr. factio testa. cū alijs, de quibus per Simon. Barboſ. in suis princ. & loc. commun. in verbo ratio. num. 6.

8 Præterea iura, & Doctores, quos pro se aduocat Barboſa loquuntur in casu longè diuerso, in eo videlicet, in quo promissio, & obligatio rei dotalis, & sui exequutio fieri permititur, non tam auctoritate rei iudicatæ, quæcum necessitate legis, ita Ari. Pinell. ad l. 1. C. de bon. matern. par. 3. num. 24. cum iuribus, quæ ex eo ibi citat Barboſa; ita etiam Paul. de Caſtr. c̄f. 436. num. 3. lib. 1. (de quo, & de Ruino statim relato, ait, in terminis aduertisse) expressè enim Caſtreñis loquitur de alienatione necessaria necessitate preçisa, & causatua, in casu scilicet, in quo mater cogitare alere filium pauperem aliundè non habentem, cum cumulatis per eum. Ruinus verò conf. 194. num. 6. vol. 1. in quo patrè allegatur per Barboſam, non quidem loquitur de obligatione, & alienatione rei dotalis, sed de obligatione personali, vel de obligatione aliarū rerum, quæ fieri pro dote permittuntur per l. fin. C. ad Velleian. de quo est alia Conclusio, quæ incipit Dotis promissionem.

9 Ad hæc Baldus conf. 106. num. 1. vol. 5. quem rursus Barboſa refert d. nu. 109. contra Speculatorē, & alios pro nostra conclusione citatos per tractat casum de obligatione in bonis dotalibus soluto matrimonio matris, quæ simul cum patre se obligauerat pro dotatione filiæ, nec immēritò tunc eam valere defendit per

plura,

plura, de quibus per eum. In hisce ergo terminis tueri utique potest distinctione illa *Barbosæ* inter promissionem specialem, & generalem, quia prima nullatenus sistere potest, quavis in eum casum soluti matrimonij deveniat, à quo incipere poterat, nec si ab initio in id tempus conferatur, ut voluit *Baeça* ubi supranum. 88. sed in hac parte pugnat *Cordub.* de *Lara* in l. si quis à liberis. S. si quis ex his. ff. de liber. agnosc. num. 256. cum tribus sequentibus. Quidquid autem de hoc sit, de quo etiā per *Barbos.* in ead. l. i. parte. 3. num. 40. & post eum, & alios *Mangil.* de euiction. q. 71. num. 7. quod attinet ad promissionem, & obligationem generalem, si deueniat ad casum, in quo de sui exequitione peragatur, soluto iam matrimonio per autoritatem rei iudicatae tempore habili indubium, & certum est, cuius virtute exequi posse in illis etiam bonis, quæ dotalia non iam sunt, sed fuerunt; in his itaque terminis, credendum est de *Barbosæ* viro doctissimo, alloquutum fuisse, & peragere voluisse cum præfata sua distinctione, & si non ita clarè se explicauerit, alioquin si ex sola obligatione generali mulieris constante matrimonio facta. cum consensu, & voluntate sui viri posset fieri exequutio in bonis dotalibus, sequeretur, male illum iudicasse in specie huius casus, quem refert *Anton.* *Gamma* decis. 200. nu. 1. vbi in proprijs nostris terminis per doctrinam *Baldi,* & *Salye.* in l. ob maritorum. C. nè vxor pro marito (quæ quidem nititur dispositione d. l. si predium à capite pro nostra conclusione allegata) expressè decisum appeti paret, pro debito communi viri, & uxoris neutiquam exequitionem fieri posse in bonis dotalibus, & multos ad hoc citat *Flor.* de *Mena* in sui additione, & firmat cum alijs *Anton.* *Amat.* decis. March. 86. nu. 5. *D. Nicol.* Intrigl. singul. 89. num. 96. lib. 3. cum pluribus, de quibus per *Antoninum*

de *Amato variar. resolut.* tom. I. resol. 45. num. 25. & in specie nostri casus de promissione dotis facta à marito, & vxore, quod hæc in bonis suis dotalibus nullatenus sit obligata, est decisio *Aluar.* *Valasc.* 127. num. 15. videnda, quid autem stante iuramento, videnda est *Conclus.* *Iurament.* 47.

## ARGUMENTVM.

In immodicis mortis causa donationibus legis falcidiæ rationem ab intestato etiam haberri posse.

## SYM M A R I V M.

- 1 *Falcidia etiam ab intestato ex donatione causa mortis detrahiri potest ab herede.*
- 2 *Ratio legis falcidiæ habenda est in immodicis mortis causa donationibus.*
- 3 *Didacus Couarruuias in 3. part. rub. extrâ de testamentis num. 20. ait, quod tunc falcidia detrahitur in donationibus causa mortis, quando in testamento sînt, vel codicillis, sed non alias; attamen assertio dicti Couarruuias pro falsa suadetur nu. 4. seq.*
- 5 *Tex. in l. 20. §. 1. ff. de legat. prestandis ad verum sensum reducitur, & eius intellectus suadetur.*
- 6 *Donationes causa mortis ad instar legatorum capiuntur.*
- 7 *Comparatio legatorum, ac donationum causa mortis, non tantum locum habet in eo casu conditi testamenti, sed item cù donationes causa mortis etiâ ab intestato sînt; equiparantur enim in eo, quia sicut legis autoritate opus est, ut dominium, quod fuit viuentis, in alio post mortem suam transferatur, ita in donationibus causa*

- causa mortis per traditionem, est  
sancitum.*
- 8 *Donationes causa mortis fideicommissorum exemplo decernuntur.*
- 9 *Lex falcidia fideicommissorum exemplo locum habet in donationibus etiā inter virum, & uxorem, ex eo, quod fideicommissi prædicatis videntur.*
- 10 *Falcidia in quocunq; casu tam successionis ab intestato, quam ex testamento ex donationibus causa mortis deducitur.*

## DECISO XXVI.

- 1  *Alcidiam ab herede etiā ab intestato ex donatione causa mortis detrahi posse. Conclusum, & decisum fuit die 18. mensis Ianuarij anni 1636. me referente in causa inter nobilem Angelam Santiust, & Scarchioni ex una parte, & Nicolaum Escarchioni ex alia. Actuario Ioanne Antonio Polla notario. Per text. clarum in l. 2. C. de donation. caus. mort. vbi proponitur casus intestati deceffus, ex beneficio constitutionis Diui Seueri, etiam in mortis causa donationibus, si de cetero patrimonio, quātum falcidia iubet, heres non habet, illam deberi, cauetur, ac de eadem Diui Seueri constitutione mentio fit in l. si mortis C. ad l. falcid. vbi generaliter, & indistinctè disponitur, in immodicis mortis causa donationibus legis falcidię rationē habendam fore, & consonant l. penul. C. eod. & l. Scia q. 2. ff. de donat. caus. mort. l. 1. S. si quis ex mortis ff. quor. legat. & l. cum pater. S. 1. ff. de legat. 1. indistinctè etiam comprobant Gloss. Bald. Salyc. & alij in l. in donationibus. C. ad l. falcid. Bartol. ad l. fin. num. 11. C. de paet. Roman. conf. 75. Alex. conf. 7. num. 11. in fin. lib. 6. Rube. Alex. conf. 59. num. 6. & post alios Crass. in tract. de successio. S. falcidia quest. 8. num. 1. & ex recentioribus cum multis alijs, quos citant Cardin. Domin. Tusch.*
- 2

*practicar. conclus. tom. 3. in verb. salcidia conclus. 36. num. 4. & conclus. 38. num. 9. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 247. nu. 17. 10. 2. Arism. Tepat. var. sentent. sur. tom. 2. tit. 628. cap. 4. vers. falcidia detrahitur. Ioan. Anton. Mangil de imputa. & detraction. quest. 136. nu. 9. & Gaspar Anton. Tbejaur. question forens. lib. 3. quest. 33. num. 1.*

3 *Quamvis enim Didac. Couarru. in 3. part. rub. extrà de testam. num. 20. hæc omnia declareret ex Ioann. Annib. in l. post constructum. ff. de donation. nu. 348. vt obtineant, quando donatio mortis causa sit in testamento, vel codicillis, & non alijs, & in puncto successionis ab intestato contra conclusionem firmat Petr. Fab. ad l. 18. de reg. iur. per tex. in l. 20. §. 2. ff. de legat. præstand. & sequitur Osuald. Hillig. in annotation. ad Donell. enucleas. lib. 8. cap. 24.*

- 4 *Verūtamen, Didacum non benè loquutum fuisse, demonstrat Anton. Faber de error. pragmat. tom. 2. decad. 44. error. 6. num. 17. & contra illum. cum recepta sententia probat Franc. Stephan. decis. 59. num. 5. circa finem, & firmat Paul. Christin. decis. 193. nu. 19. tom. 4. Petrum autem, & Osualdum cōtra textum expressum in d. l. 2. age re, indubium est: nequè obstat d. l. 20. S. 1. in qua illi se fundant, siquidem lex hæc à Martiano dicta fuit secundum ius vetus indicta iam dicta cōstitutione Diui Seueri, per quam lex falcidia de legatis tantum loquuta ad mortis causam donationes protracta etiam fuit, exemplo legatorū, ut tradit Papinianus in d. b. cū pater.*
- 5 *S. 1. ac propterea per plura iuris nostri loca scriptum apparent, ad instar legatorum donationes causa mortis capi. l. 1. ff. de public. in rem act. l. 1. S. 1. ff. si quid. in fraud. patronor. l. Marcel. lus. l. & si debitor. l. illud ff. de donation. caus. mort. l. ultim. C. eod. & latissime comprobat Camill. Borrell. in summa decis. totius Orb. tom. 3. xit. 10. a nu. 85. vndē cū ex illo iure non licet le-*

gata

gata ab intestato relinquere, & inexigibilia legata erant, ut constat ex *Lis*, qui in *protestate*, & *l. si duo ff. eod. de legat. præstand.* utique summa ratione, vilum fuit *Martiano* in *d.l.20. S. i.* falcidiam ex donationibus causa mortis eo casu neutiquam deberi, quoniā, & sunt verba illius *comparatio nulla legatorum occurrit;* quæ quidem verba casum dumtaxat detractionis falcidiæ (de quo in eo *textu* principaliè agitur) respiciunt, & non sunt accipienda generaliter, taliter quod comparatio legatorum locum tacitum habeat in casu conditi testamenti, ut putat *Anton. Pichiar. ad princ. tit. de donation. in Institut. num. 20.* ut respondeat difficultati ex *l. tam is. S. i. ff. de donation. caus. mort.* namque ex hoc *textu* (cuius, & ipse *Martianus* auctor fuit), ut suprà dictum est, constat, donationes mortis causa etiam ab intestato fieri posse, quod proslus deficeret, nisi ad instar legatorum caperentur in eo, quod vera equiparationis eorum ratio est, quam tradit *Anton. Fab. d. decad. 44. error. 5. num. 3.* & latius per totum, quia scilicet legis potestate opus est, ut dominium, quod fuit viuentis, possit ab eo post mortem suam in alium transferri, idquæ ad instar legatorum in donationibus mortis causa per traditionem constitutum fuit, ut benè per eandem *Fabrum decad. cad. error. 7. per totum*, & signanter *num. 7.* & difficultati excitatæ per *Pichiard.* satisfacit idem *Faber* in *decad. seq. 45. error. 5.* videndus, ac proinde quod habetur in *d.l.20. de comparatione legatorum*, intelligendum est respectu falcidiæ, & nō aliás.

Namque tempore illius nondum falcidia protracta fuerat ad successiones ab intestato, quod deinde factum fuit per rescriptum *Dimi Pij* propter fideicommissa, quæ ab intestato relinquiri poterant, iuxta *text. in l. filius familiæ. ff. ad l. falcid. & docet Cuiacius tom. 2. in lib. quinquag. digestorum paratista. lib. 35. cap. 2.* & ita si-

deicommissorum exemplo iure optimo in *d.l.2. C. evd. de donatio. caus. mortis*, quodad has donationes in d. casu successionis ab intestato non prohiberi heredem beneficium constitutionis *Divi Seueri* postulare, ordinatum fuit; sicuti etiam fideicommissorum exemplo in donationibus inter virum, & uxorem legem falcidiam locum habere, quoniā fideicommissi partibus funguntur, dispositum extat in *d.l. in donationibus*.

Nam & si de his affirmet *Faber*, magis assimilari legatis, quām fideicommissis *d. tom. 2. de error. decad. 45. error. 6. num. 9.* ut tamen respondeat ad hanc legem, optimè in proposito asserit (& sunt verba illius) *id enim ita scribi potuit, & debuit, cùm de lege falcidia ex his donationibus deducenda tractaretur, ut appareret ex his, falcidiam deduci, non tantum eo casu, quo factum esset testamentum, sed etiam cùm ab intestato succeditur; postquam placuit, legem falcidiam ad legitimas quoq; successiones prostrabi propter fidicommissa, que scilicet ab intestato relinquiri possunt, non etiam legata: at ita merito amplectēda est conclusio, quæ generaliter, & indistinctè in quocunq; casu successionis ex testamento, vel ab intestato falcidiam ex donationibus causa mortis deducendam admittit, prout ita indistinctè decisum affirmat idem *Faber* in suo *C. lib. 6. tit. 2. 8. defn. 1.* & sequitur *Paul. Castrens. decis. 56. tom. 4.* ubi in fine dicit, quod ita aliás censuit *Suprema Curia Melchinensis, & Frisia*, dùntamen ex hac nostra conclusione indistinctè etiam excipiatur duo casus, de quibus in *Conclusione Clausulam, & dominium*.*



## ARGUMENTVM.

Fideicommissum de feudo aliqui, & successoribus concessum ad propriam naturam feudi, cum facultate alienandi neutiquam subsistere, praterquam si per actum inter viuos ordinatum sit.

## SUMMARY.

- 1 Feudum concessum alicui, & successoribus in perpetuum ad propriam naturam feudi, cum facultate etiam alienandi, nunquam fideicommissum subiicitur per actum ultime voluntatis suè per illum, in quo aditio hereditatis per necessaria existimatur.
- 2 Facultas alienandi substantiae, ac proprietati feudali minimè repugnat.
- 3 Fideicommissum de feudo ad propriam naturam feudi concessum solum obiectum cèjendum est, cùm nulla defuncti voluntas de feudo valeat.
- 4 Ordinatio defuncti quòd de feudo non valeat, procedit suè heredis, si in institutione suè legatum suè fideicommissum.
- 5 Feudum, quamvis concedatur cum facultate alienandi, attamen huius alienationis obiectum est contractus inter viuos, non autem ultime voluntatis, ex eo quod reddere:ur hereditarium, & improprium, feudum proprium.
- 6 Feudum hereditarium quod verum feudum non appellatur, & feudum latissimo et abuso numeretur.
- 7 Feudum hereditarium quod verum feudum non est, illis causis amittitur, quibus & verum.
- 8 Facultas alienandi quid erga feudum operetur.
- 9 Verba illa (ad propriam naturam feudi) non referuntur ad vasallum, sed ad emptorem, & quarè huiusmodi

- relatio colligatur, eruditè num. seq.
- 10 ostensum apparet.
- 11 Differentia inter feudum ex pacto, & feudum hereditarium ea est, ut feudi ex pacto substantialia sint, ut adipiscentis ex pacto, & domini prouidentia, descendantibus queratur, & isti illorum beneficio gaudentes feudum iam acquisitum capiunt, nec de novo acquirunt.
- 12 Feudum proprium quando conceditur, non tantum concessum primo videretur, sed etiam, ut post mortem illius ad secundum perueniat.
- 13 Feudum si de persona in personam transferatur, vel cum legis, vel cum Regis assensu, illud à Rege, non à feudatario habet, etiam si translatio emptionis titulo fiat.
- 14 Substantia feudi hereditarij illa est, ut successor nullum ius habeat in feudo hereditario, nisi hereditaria qualitas concurrat.
- 15 Substantialia omnis contradictionis, quod cum alterius prædicatis simul stare non possint, propositio est, quam docent Philosophi, experiuntur Doctores: ex eo n. quod natura feudi ex pacto substantie hereditarij reputetur, arguitur, quod cum deficiat feudi proprij natura hereditario, hereditarium feudum improprium nuncupatur; ac proinde succedunt in eo non tam feminæ, verum etiam & extranei.
- 16 Feudum hereditarium alienari potest in inconsulito Domino.
- 17 Feudum improprium, id est hereditarium, id est iure feudi que se fidelitate participat, que est pars compositua essentialis feudi in genere.
- 18 Facultas alienandi in feudo ex pacto secundum propriam naturam, alienationem includit inter viuos tantum, cùm in ipsa facultate mil hereditarium adsit.
- 19 Feudum quod non alienetur, licet hoc sit de ipsis naturabilibus, non tam est de eius substantia, unde respectu

alie-

- alienationis, licet improprium dicatur, respectu aliorum feudum proprium appellatur.
- 20 Naturalia contractus licet immutentur, manet tamen ipse contractus, cum in hoc accidentium more ratio habeatur.
- 21 Facultas alienandi in feudo dupliciter consideratur, & num. seq.
- 23 Alienatio per actus inter viuos longè differt ab alienatione per actus ultimae voluntatis, & quomodo hoc procedat, ostenditur.
- 24 Alienatio in feudo ex pacto à fortiori locū sibi non vendicat per actus ultimae voluntatis, quia in hoc, ut alienatio valeat, requiritur aditio hereditatis, & per istam ius descendenti quæsum auferre non posset; unde cum agatur in feudo ex pacto, ipso iure dominium ex successione acquiritur.
- 25 Regula illa, nempd, id, quod potest fieri inter viuos, potest etiam fieri in ultima voluntate, limitatur in feudo ex pacto, cum hoc non sit disponentis, nisi dum viuit, post mortem autem est filij beneficio eius, qui dedit, non patris.
- 26 Relicta in testamento capiunt vires post mortem defuncti ab adita hereditate; & ex hac ratione feudum defertur filijs, vel alijs, non vi successionis, sed contractus, & concessio feudi, & per consequens concluditur, quod alterius in testamento non potest sumere vires, sed tantum inter viuos, cum iam sit delatum feudum illo tempore per Regis rescriptum.
- 27 Res aliqua licet possit disponi per actus inter viuos, non tamen hoc sequitur, quod possit fieri per actus ultime voluntatis, cum & feudum possit alienari in proximiorem agnatum, non tamen per testamentum.
- 28 Verba generalia restringuntur secundum verba precedentia specialia, & ad casus expressis similes.
- 29 Verba cum per se sunt dubia, declarantur ex verbis adjunctis copulatiue, vel disjunctiue.
- 30 Alienatio cum adiuncta sit verbis ventionis, donationis, permutationis, vel cessionis, tuc generale illud verbum, alienatio, restringitur ad particulares casus, & sic naturam recipit expressorum, & sic inter i. uos, dum verba predicta huiusmodi dispositionem arguant.
- 31 Facultas alienandi eò fortius in seudi priuilegio ad actus tantum inter viuos extenditur, cum illa expressa sit per verba, vendendum, pignorandum, tributandum; nunquam tam per verba, testari, legare, ac fideicommittere, & sic ex illis actus inter viuos inducitur.
- 32 Verba predicta, ad vendendum, pignorandum, &c. quamvis ex hypothesi contineant alienationem, per testamentum, tamen feudum hoc fideicommisso subiici non potuisse, cum siue proprium, siue improprium à lege inuestitur & naturam capiat.
- 33 Feudum datum cum facultate alienandi, cum eadem facultate semper transit, ita ut omnes, ad quos peruenit, possint illud alienare.
- 34 Princeps tantum feudo dat formam.
- 35 Facultas testandi non arguit in se facultatem fideicommittendi.
- 36 Ioann. Franc. à Ponte in tract. de potestat. Prereg. tit. 8. §. 5. num. 33. constituens differentiam inter facultatem alienandi ex post facto concessam, & facultatem alienandi in prima inuestitura, de quo casu loquatur, afferitur, & num. seq.
- 37 Facultas alienandi concessa in prima inuestitura facit feudum hereditarium, quando conceditur cum ipso feudo unico contextu, sed si sit concessa ex post facto, quid inferat, & cui referatur, & sq; ad num. 40.
- 41 Alienatio per actus ultime voluntatis non repugnat substantia feudi hereditarij, sicuti feudi proprij.
- 42 Differentia inter facultatem alienandi concessam in prima inuestitura,

- & facultatem alienandi concessam in alia dispositione, explicatur, & earum vires denotantur.
43. Facultas alienandi concessa cum clausula, salvo iure, operatur, & non possit alienari, nisi secundum feudi naturam, non autem iure aliudij.
44. Marius Giurba in decis. 108.nu.17. & Antellus Amatus in cons. 100. num. 86. afferentes, quod feudi successir potest fideicommittere, & plures facere substitutiones; loquuntur in casu feudi merè hereditarij, non autem in feudo ex pacto, & prouidentia.
45. Fideicommissum si procederet in feudo hereditario mixto, procedere debet accedente consensu Domini, ad quem attinet feudi firmam non mutari, ex eo, quod de ipsis agitur interessi, cum dominus priuaretur laudemj, caducitatibus, & deuolutionibus.
46. Facultas alienandi feudum ubi ex consuetudine competit, non valet de eo fideicommissum.
47. Dominus si fideicommisso consensit, potest cogi ad praestandum assensum successori volenti alienare, ex eo quod potest à lege recedere, quam sibi imposuit, atq; consensus ille reuocabiliiter intelligitur, ex eo, quod respectu termini reuocabilis dicitur, neppè usque quod successor contravenire noluerit.

## DECISO XXVII.



Eudum alicui, & successoribus in perpetuum concessum, in feudu tamen, & ad propriam naturam feudi, cum facultate etiam alienandi, neutiquam fideicommisso subjici per actum, in quo hereditatis aditio fit necessaria. Conclusum, & decisum fuit die 24. mensis Maij 1634. referente nobili Francisco Coris in fa-

- uorem Creditorum Oppidi de Gestori contra nobiles coniuges D. Ioannem Baptistam, & D. Clarā à Cetrillas eiusdem Oppiai Dominos. Actuario Francisco Guiu pro Mingas. Ex eo pricipue, quod feudum concessum appet in propriam naturam feudi, & tunc esse 2. feudum proprium ex pacto, & prouidentia, non obstante alienandi facultate, cùm non repugnet substantiæ, & proprietati feudal, resultat, & constat ex multis congregatis, & comprobatis ad Conclus. Claustram 14. & in specie de feudo cum eadem facultate alienandi, in feudum tamen, & ad propriam naturam feudi, est sextus expressus in cap. unico de feudo non habente propriam naturam feudi ad finem ibi, & bi ergo sic datum est feudu, & cui in feudum dederis, aliud est, & propriam naturam feudi habet, firmatq; Hieron. Gabr. cons. 84. num. 33. vol. 1.
3. Ex his itaque manifeste deuinctur, fideicommissum de dicto feudo neutiquam subtiltere; cùm certissimi juris feudal regula sit, nullam ordinationem defuncti de feudo valere, de qua in cap. 1. de successfeud. plures citat Camill. Borrell. in sua summa decis. tom. 1. tit. 34. de feud. num. 211. & procedit, siue illa dispositio sit institutio heredis, siue legatum, fideicommissum, vel quid simile, siue etiam accedat consensus, & voluntas domini, & disponatur inter ipsos, ad quos feudum alias perueniuntur esset, ut per plura probat Lodulph. Schrad. de feud. tom. 1. par. 1. cap. 2. n. 1. cum seqq. latè prosequitur Rasental. de feudis. tom. 1. cap. 7. conclus. 3. cum seqq.

5. Nec obstat, quod dictum feudum fuerit concessum cum facultate alienandi, quia cùm talis facultas sit restricta ad propriam naturam feudi, secundum quam fuit expressè concessum, ut est probatum, intelligi debet de alienatione, quæ sit per contractus, & actus inter viuos, & non per ultimam voluntatem, quia si alic-

natio

natio per ultimam voluntatem suis  
set permissa, repugnaret vniquè natu-  
rà, & proprietati feudalì, & de feu-  
do ex pacto, & proprio redderetur  
hereditarium, & improprium: nam &  
si feudum hereditarium appelleatur  
feudum, id est latro sumpto vocabulo,  
quatenus participat de substantiali-  
bus feudi in genere, nempe de fide-  
litate, & ideo iure feudi censemur tan-  
tummodo in his, qui sunt esse & us ip-  
sius fidelitatis, ut ex his causis amittatur,  
quibus & verum feudum, ut  
6 habetur in d.c. 1. de feud. non hab. prop.  
nat. feud. quia textus, si recte inspicia-  
tur, dum agit de feudo non habente  
7 propriam naturam, loquitur in ter-  
minis de feudo mere hereditario,  
nec enim simplex pactum alienandi  
reddit feudum improprium. Rosent.  
d. tract. de feudis. tom. 1. cap. 9. conclus.  
40. num. 10. quiniam: si alienetur in  
feudum, est proprium, & verum feu-  
8 dum, ut probant verba finalia illius  
textus superius relata, sed facultas  
alienandi ad proprium, vel ad libel-  
lum, ut ibi habetur, id est ad similitu-  
dinem rei allodialis, vel libellariæ,  
qua sui natura sunt transitoria ad  
heredes quoscunque, & deferuntur  
iure hereditario, hoc solum operatur  
improprietatem feudi, & ita intelli-  
gendo illum textum cessant omnes  
difficultates, quæ circa illum à no-  
stratis considerantur: nam in pri-  
mis illa verba, licet propriam feudi  
naturam, non sunt referenda ad va-  
9 fallum, sed ad emporem, ut sextus  
indicat, quidquid in contrarium vo-  
luerit communis opinio, de qua per  
cundem Rosental. d. cap. 9. conclus. 41.  
num. 18. item illa verba ad proprium,  
vel ad libellum, non important trans-  
lationem directi dominij, cum tan-  
tummodo arguant similitudinem, &  
ita sextus summa ratione fundatur; quæ  
non recte agnouit Rosental. ibi num.  
45. & quod in textu dicitur, quod illi,  
cui datum est, non habebit pro feudo,  
& clavis in feudum ea lege. ut si de

10 feud. defunct. ibi, definit, esse feudum  
apud emptorem, intelligi debet, quod  
definat, esse feudum ex pacto, prout  
erat penes vasallū, sed efficitur feu-  
dum hereditarium, & improprium,  
ut probat Rub. ad d. cap. 1. ubi illud  
appellatur feudum, licet improprium.  
11 Hoc enim interest inter feudum  
ex pacto, & feudum hereditarium,  
quod in primo ea est natura, & sub-  
stantia ipsius, quod ex pacto acqui-  
rentis, & prouidentia domini descé-  
dentibus ita acquiratur, ut id omnis  
acquirentis descendentes, vel alij, de  
quibus conuenit, illorum beneficio  
capiant, non iure hereditario, iuxta  
ea, quæ tradit idem Rosental. cap. 2.  
conclus. 34. num. 3. adeò ut succedens  
in feudo dicatur, id ex pacto in prima  
concessione interpolito iure proprio  
obtinere, magisq; censeatur, feudum  
12 antè acquisitum capere, quam de-  
novo illud acquirere, ut notant Gloss.  
& Doctores in cap. 1. de feud. cognit.  
nam quoties alicui proprium feudū  
conceditur, tunc vnicuiq; censemur  
saltim ad vitam ita cōcessum, ut post  
mortem primi ex eadem concessione  
perueniat ad secundum, & deinceps,  
usquæ eo, ut vasallo possessore feudi  
decedente, & quasi medio sublato  
persona eius amplius in considera-  
tione non sit, sed feudum hoc ipsi do-  
mino apertum, & ab eo de integro  
successori concessum ita dicatur, &  
ideo merito tot intelliguntur con-  
cessiones, quot personæ, ut hæc om-  
nia probat Hartbam. Pistor. lib. 2. sua-  
rum quest. iur. cap. 1. num. 25. & mul-  
tos ad hoc citat Marius Giurb. decis.  
108. n. 12. & num. sequent. dicit, quod  
13 si feudum transferatur de persona  
in personam, vel cum assensu Regis,  
vel cum assensu legis, ille, in quem  
transfertur, non habet à feudatario,  
sed à Rege, & ampliat, etiam si illa  
translatio titulo exemptionis fiat, ut ibi  
probat.  
14 Sed è contra feudi hereditarij na-  
tura ea est, ut iure rei hereditariæ cē-

featur, & in ipso feudo inter hereditario succedatur, ut vox ipsa significat, & tradit *Hartham.* d. lib. 2. quest. 2. num. 34. adeo ut successor nullum habeat ius radicatum in feudo hereditario, nisi concurrat qualitas hereditaria, ut per *Ioann. Franc. à Ponte conf.* 75. num. 65. vol. 2.

15 Vnde cum feudum ex pacto, & hereditarium natura, & substantia inter se differant, quin immo repugnet, & sibi inuicem contradictant, iure optimo concludendum est, simul stare, & concurrere non posse, & per consequens ubiunque aliquod feudum habet qualitatem hereditariam, cum deficiat substantia feudi proprij, ita impropriatur, ut nullo modo, aut respectu possit dici feudum proprium, sed in omnibus retinet impropria naturam, iuxta d.c. 1. de feud. non hab. prop. natur. feud. & ideo in eo extra-nei, & feminæ succedunt, etiam si de istis non sit facta mentio in iustitura, ut late pobat *Schrader. part. 7.*

16 cap. 3. num. 2. & seqq. item feudum hereditarium alienari potest inconsulto Domino, ut tradit *Rosenthal. d. cap. 9. conclus. 5. num. 4.* & sic de ceteris naturalibus, & tantummodo iure

17 feudi censetur, quatenus participat de fidelitate, quæ est de substantia feudi in genere, ut superius memini.

18 Et ex his sequitur, quod data facultate alienandi in feudo ex pacto secundum propriam naturam, tammodo continetur alienatio inter viuos, quæ non impropriat naturam feudi, cum nulla in ea insit qualitas hereditaria: nam licet de naturalibus

19 feudi sit, quod non alienetur, tamen non est de substantia, & ideo si eo respectu, quatenus permittitur alienatio feudum possit dici improprium, & degenerans, non tamē impropriat naturam, sed in alijs omnibus iure feudi recti regitur, & feudum proprium appellatur, ut per dicta verba finalia d. cap. 1. nec enim est nouum in iure, naturalia contractus immu-

20 tari manente ipso contractu, ut est glof. communiter recepta in l. pacta conuenta ff. de contrab. empt. hinc est, quod & tu teudum emptum in aliquo repugnet naturalibus feudi, nihilominus si concedatur, secundum propriam naturam, proprium, & rectum feudum est, ut expressè comprobat *Gaspar Anton. Thesaur. qq. forens. lib. ... q. 100. num. 13. vbi de receptissima opinione testatur, sentiunt Mench. conf. 498. num. 18. volum. 5. Surd. conf. 407. num. 32. vol. 3. expreßius Andr. Fachin. conf. 14. num. 15. vers. secundò respondemus. lib. 1. & consuluit Collegium Ticinense inter conf. Paul. de Montepico conf. 100. nu. 12. cum seqq. & latè cum multis Io. Andr. Georg. in repetit. feud. cap. 34. à num. 3. & sic de similibus.*

21 Secundò, dupli ratione suaderi potest, illam facultatem alienandi secundum propriam naturam feudi importare, & continere dumtaxat alienationem per actus inter viuos, non per ultimam voluntatem. Primò, habito respectu ad dominum, qui feudum concessit. Secundò, ad descendentes, & agnatos vasalli; nam quod ad primum, si vasallus virtute dictæ facultatis valeret, de feudo disponere per ultimam voluntatem, immutaretur natura, & forma, sub qua fuit concessa, cum de feudo proprio, & ad propriam naturam efficeretur improprium, & hereditarium, sed formam feudi mutare non posse vasallum absque domini consensu, certum est, & in quarto fundamento inferius probabitur.

22 Quodad secundum verò haud dubium est, præiudicium generari non modicum descendantibus, & agnatis, si per dicta facultatem posset disponere vasallus, testando de feudo, cum isto casu illud recognoscerent à testatore, non à domino, & successo eis non deferretur ipso iure, sed mediante hereditatis adiunctione, vndē obnoxij esset oneribus hereditarijs,

quod

quod quam graue, & onerosum sit, nemo est, qui ignoret.

Nec officit, quod sicuti vasallus poterat descendantibus, & agnatis præjudicare alienando per actus inter viuos, & qua lâce id erit ei licitum per actus vltimæ voluntatis, quia magna est differētia inter dictas alienationis species: nam, ut optimè docet Rosenthal. d. cap. 9. q. 42. num. 4. patrum cum facultate alienandi à principio feudo inditum, feudi naturam itâ mutare, siue à principio, quando agnatis adhuc nullum ius erat quæsumum itâ informasse, ut acquirens, & eius descendens qui quis hanc alienandi facultatem cum effetu exercere possit, adeò ut ceteris ius aliter non videatur quæsumum, quam si possessio non alienet, & ideo merito sequatur alienatione nullum descendantibus generat præjudicium, ut est communis opinio, de qua per eū ibi in principio cum citatis in glos. 6.

Verum hoc, si rectè inspiciatur, ratiunem modò locum sibi vèdicat in alienationibus inter viuos, cùm in alienatione per vltimam voluntatem ad hoc, ut ista alienatio valeat, requiratur aditio hereditatis, & sic factum hominis. Vnde interim dici potest, alienationem non fuisse sequutam, & per consequens cùm agatur de feudo ex pacto, in quo ex successione ipso iure dominium acquiritur, ut pro indubitate tenet idem Rosenthal. tom. 2. de feud. cap. 12. conclus. 11. num. 39. statim per mortem possessoris descendens acquisiuit ius. Vnde aditio hereditatis postea subsequens ad validandam alienationem non potest auferre illud ius acquisitum descendenti, nec ei aliquod præjudicium in illo iure inferre, & hanc rationem in specie attingit Andr. de Ifern. Fendistarum princeps in c. 1. qualiter olim feud. alien. pot. & in S. donare sub n. 6. in fin. ubi per Constitutionem Regni, quæ licentiam tribuit constituendi dotarium de feudo absque assensu

questionem excitat, an id fieri possit per actus vltimæ voluntatis, præsupponendo regulam, quod id, quod potest fieri inter viuos, possit etiam in vltima voluntate, & loquendo in terminis de feudo ex pacto, negatiuam firmat sententiam ex eo, quod feudum non est suum, nisi dum viuit, post mortem suam est filij, non beneficio patris, sed eius, qui dedit, & ideo infert, quod non valet ordinatio testantis, quia confert constitutionem dotarij in tempus, quo aliis erit dominus, non beneficio relinquenter dotarium, & dicit, quod si hæc ratio non repugnat, quod potest fieri inter viuos, posset in vltima voluntate, sed quia repugnat alia ratio, aliud ius inducit: & rursus num. 8. vers. item si in testamento dicit, quod relicta in testamento capiunt vires, non statim, sed post mortem defuncti ab adita hereitate, sed statim eo mortuo defertur feudum filijs, vel alijs, non iure successionis, sed ex vi contractus, & concessionis feudi. Vnde concludit, quod non potest dotarium relatum in testamento sumere vires illo tempore, quo per Regis præcautionem alij feudum delatum est, ut ibi bene probat, & amplius dicit, quod sicuti quando donatur, cùm non potest, & excurrit in tempus, quod non potest, non valet, quod enim potuit, scilicet constitutre inter viuos, & statim transferre, noluit, quod voluit scilicet dare in tempus, quo alijs futurus erat dominus, per legis, vel donationis prouidentiam non potuit, & hanc Ifernus opinionem per dictam rationem sequitur do. Franc. à Ponte. de potestat. Pro reg. tit. 8. de refutat. feudo. S. 2. num. 22. vers. loquitur. & nouè post hæc scripta visus Dominus Regens Fab. Capys. Galeot. controver. illustr. tom. 1. controver. I. à num. 63.

27 Nec videatur nouum, aut durum, quod quis possit disponere de aliqua re per actus inter viuos, non autem per actus vltimæ voluntatis, quia

passim in iure reperiuntur plures causas differentiam constituentes inter dictos actus, sicuti in proprijs terminis de alienatione feudali notorium juris feudalis axioma est, *feudum in vita alienari posse in proximiorem agnatum*, ut probat *text. in c. 1. de alie. feud. pater. &c. in c. 1. S. sed si res, sit. per quos feu. t. inuestit.* sed haec alienatio per testamentum non valet, ut expressè voluit *Ludou. Roman. cons. 476. num. 3. sequitur Hercul. Marescot. et ariar. resol. lib. 2. cap. 120. num. 17. & signanter num. 21. tenet etiam Anell. Amat. cons. 100. num. 72.*

*Quod n̄ diligentēr verba concessionis nostri feudi, per quā dicta facultas alienandi fuit concessa, perpendantur, nil aliud, quām alienationem inter viuos importare inueniemus, & istud erit tertium fundamentum nostrae conclusionis, dicitur enim ad dādum, vendendum, impignorandum, & tributandum, qui omnes sunt actus alienationis inter viuos, licet postea dicatur, vel alias alienandum in perpetuum, vel ad tempus, & ad alias omnes.* dicit *Gerardi, & suorum voluntates perpetuā faciendas, tamen ista generalitas debet restringi ad actus inter viuos, secundūm verba præcedentia specialia, & ad casus similes expressis, ut scilicet non solum dare, vendere, impignorare, tributare, sed etiam alienare, quocunq; alio titulo possit inseruinos, & facere omnes alias voluntates similitē inter viuos: nāmquē vbi 29 verba per se alias sunt dubia, declarantur ex verbis sibi adiunctis disiunctivē, vel copulatiuē, ut post alios probat *Honded. cons. 14. nu. 12. vol. 2. & num. seqq. in terminis* dicit. *Quod ubi voci alienationis est adiectum aliquod verbum speciale, putā venditionis, donationis, per mutationis, vel cessionis, tunc illud verbum alienatio generale restringitur ad casus similes expressis, & sic ad alienationes inter viuos, & titulo particulari similes, & nu. 14. ex alijs dicit. Quod quando probat**

*betur alienatio generaliēr, vel per verba quecunque, tunc comprehenditur actus ultimæ voluntatis, secūs si prohibetur cum expressione aliquorum casum, quia tunc geminata, vel generalia verba, quā sequuntur, declarantur, & restinguuntur ad casus similes expressis. Id, quod etiam probauit Ludou. Casan. cons. 34. num. 20. & Io. Baptista Valenzuel. cons. 11. num. 13. sed latius Anton. Monach. decis. Flor. 40. num. 25. & nu. 26. ampliat, etiam si sit dictum alio quocunq; titulo, & nu. 27. testatur de magis communi opinione, & num. 28. dicit, quod pro hac opinione stant iudicata, &c.*

*Nec est verisimile, quod si mens, & intentio Serenissimi Regis dictum feudum concedētis fuisse attribuere etiam facultatem disponendi de illo per actus ultimæ voluntatis, non expressisset aliquod verbum, quod ex fui natura hoc indicaret, cum in eadem concessione repetendo eandem facultatem, quatenus voluit, locum habere in Cathalanis, & Aragonensisibus de genere militari, & de Paratico, & non alias, sine suo expresso cōscitu, & permisso, utitur tantummodo verbis, quā similem alienationem inter viuos significant, videlicet, dimittere, quod habet relationem ad dandum, vendere ad vendendum, transferre ad pignorandum, & tributandum, alienare ad alienandum. Nec adeſt verbum testari, legare, fideicommissere, vel aliud, per quod dicta facultas ad actus ultimæ voluntatis extendi, aut adaptari possit.*

*32 Quartū principaliter, dato ex abūdanti, quod dicta verba continerent alienationem per testamentū (si hoc in feudo proprio admitti potest, quod prorsus inficiari debet, sed bene in feudo hereditario mixto) adhuc verius erit, non potuisse vinculari, nec fideicommisso subiici, ex eo, quod certum est, omne feudum, siue proprium, siue improprium assumere naturam in ortu à lege inuestitur, ut probat*

probat Ioann. Franc. à Ponte conf. 7. num. 6. & conf. 12. nu. 41. vol. 2. Vnde, cùm nostrum feudum datum fuerit cum illa facultate alienandi, hæc est natura, & forma ipsius, ut omnes, ad quos transeat, illud habeant cum eadem facultate alienandi, nec potest 33 quis ita alienare, ut per hoc illa facultas vel tollatur, vel restringatur, nàmquè feudum alia lege, qua teneatur, dari non potest, ut est tex. in cap. I. S. profecto. de leg. Corrad. tradit Camil. de Larath. conf. 83. num. 13. & Franc. Milan. decis. 8. num. 43. vbi dicit, quòd dare formam feudi spebat ad Principem, quod etiā in terminis probat P. de Greg. de concess. feud. par. 3. quest. 6. num. 5. & 6. & rursus idem Milan. 34 num. 44. dicit, quòd licentia alienandi intelligitur sub ea forma, quam habet, & per consequens nullus ex successoribus dicti Gerardi dictum feendum ita alienare potuit, ut exinde reddatur inalienabile, quia esset alterare, & mutare formam feudi in præjudicium vocatorum ex lege inuestitura, & in contemptum, & præiudicium domini, ut per doctrinā Andrei de Isern. & Camerar. in terminis videtur firmare Ioann. Franc. à Ponte dicto tract. de potestat. Pro reg. tit. 8. S. 5. num. 31. in illa quæstione, quam sibi proponit disputandam num. 27. a scilicet data facultate testandi de feudo, censeatur etiam concessa facultas fideicommittedi, in qua dicit, non esse confundendos terminos feudales cum terminis iuris communis, qui non tractant de bonis babentibus parti- 35 cularem, & innatam naturam, sed existentibus ad liberam dispositionem cuiuscunquè suè alienando in vita, siue disponendo in morte, pure, aut per fideicommissum, quorum contrarium est in feudalibus, in quibus certi sunt successores, & limitati, & dispositio est restricta, ut fieri nō possit alia lege, quam possessor feudum acquisuisse, & hoc cum dominio consenserit, cuius interesse principiter consideratur, etiam se placeat,

vel displiceat, & sic sunt extranea ab ea quæstione, quæ disputatur ex reguli iuris communis, & ideo in illa num. 28. post Lovfr. & Cam. quos citat nu. 1. per iura feudalia demonstrat, in facultate testandi non contineri facultatem fideicommittendi, & d. nu. 33. vers. diximus, ad propositum nostrum sic ait, quòd semper Rex presumitur concedere secundum formam prædictæ inuestiturae, etiam quòd concedat expressè, quòd possit testari in extraneos; nam illi tenebunt, & acquirent iuxta naturam feudi, eo modo, quo reperiatur penes disponentem, & nunquam prima uia natura presumitur alterata, sed concedere, ut fideicomittat, & concedere alterationem inuestiturae, & quòd successores non habeant sub natura, qua prædecessor, à quo causam habent, quod lex non presumit, immò intelligitur expressè non concessum. 36 Näm & si statim num. 33. ab hoc resilire, & recedere videatur, differentiam constitutæ inter facultatem alienandi ex post facto concessam, iuxta quam loquutus fuerat, & inter facultatem alienandi concessam in prima inuestitura, & informatione feudi, iuxta casum nostræ conclusio- nis, in quo dicit, quòd alteratio naturæ feudorum non potest considerari, quia ex prima inuestitura feendum suam innatam assumit naturam; cùm penes Regem non dentur feuda, que considerantur, quod verissimum est. in his vero terminis, vbi scilicet facultas alienandi concessa est cum prima inuestitura, eam tunc importare, & continere non tantum alienationem inter viuos, sed etiam post ultimam voluntatem, tenent Baldus conf. 56. Paris. conf. 23. num. 41. vol. 1. Peregrin. conf. 53. num. 14. vol. 1. & Henrich. à Rosenthal. d. cap. 9. conclus. 35. num. 10. at in numero antecedenti ait. dubium nō esse, quin cum pacto testandi datum feendum acquirens, vel alias eius successor feudalis id heredem instituendo, legando, & fideicommittendo in ex-

traneum

*traneum transfe. repuffit, & plures ad hoc citat in Glos. M. & N. & conclus.*

**41. glos.C.**

Idquè eo magis dicendum videbatur in casu nostro, cùm testator nō alienauerit, nec fideicommissi it in extraneos, sed inter suos descendentes, illos vocādo secundūm ordinem primogenituræ, nulla illis ex vinculo fit iniuria, vt dicit *Mar. Giurb. decisio-* *ne 108. num. 17.* si enim vasallus poterat in extraneos alienare, & iplos excludere, eo magis potuit eorum successionem certo modo ordinare: & sicuti agnati conqueri non possunt fideicommissi super allodialibus, ità nec conqueri possunt fideicommissi super feudalibus habentibus naturā alienabilem. Vndē infert post plures, quos citat, quòd quilibet feudi hereditarij successor potest fideicomittere, & plures substitutio-nes facere, & amplius dicit, quòd hęc feudi restrictio, cùm sit extranei heredis exclusiva, qui aliás, vel ex lege Regni, vel ex natura resultante à prima inuestitura ad feudi successionē vocabatur, sine dubio Regis utilitatem concernit propter ipsam deuolutionē ob lineam finitam, quo enim pauciores heredes feudatarius habet, eo citius ad Regem directum dominum redit feudum, vt ibi probat, & rursus prosequitur dicens, quòd quamuis priuatus formam mutare non possit à principio feudi concessi, si tamen formam largam à Principe datā vasallus restringat, dicitur, poti॒ eadem Principis forma vti, quā nouam concedere, cum alijs, de quibus per eum, quod etiam sentit *Anel. Amal. conf. 100. num. 86.*

**37** Ad primum tamen pro clariori intelligentia, & satisfactione dubijs resultatis ex doctrina de Ponte animaduersione dignum est, quòd tunc demūm facultas alienandi concessa in prima inuestitura facit feudum hereditarium, quando vnico contextu cōceditur cum ipso feudo, quod est,

vbi dicitur *concedo tibi, & quibus de-deris, vel tibi cum facultate alienandi, & in his terminis loquitur Ponte in-* *secundo casu, ceteriq; cum Rosental.* Quòd si feudum fuerit cōcessum aliciui, & filijs, vel descendantibus successoribus heredibus, vel aliās, & de-  
**38** indē post multas clausulas (prout fa-ctum fuit in casu nostro) adiicitur li-  
centia alienandi, tunc ita facultas non mutat præcedentia, sed ea, tan-  
quam accessoria illi deleruit, & secū-  
dūm illam interpretari debent, vt optimè in proposito distinguit, & de-  
clarat *Menoch. conf. 545. sub num. 15.*  
*vol. 6.* & sic tantum operatur facultas alienandi concessa in ipsa prima in-  
uestitura, quando non adiicitur prin-  
cipali dispositioni, quantum ex post  
facto in alia dispositione, quia pari modo respectu primi acquirentis, &  
filiorum, & aliorum, quibus fuit con-  
cessum, non mutat naturam feudi, sed  
**39** secundūm illam debet regulari; hinc  
est, quòd feudum alicui concessum,  
vt ipse, & sui heredes, & cui ipse de-  
derit, habeant, iuxta factum in *d.c. 1.*  
*de feud. non haben. &c. in persona ip-*  
sius vasalli acquirentis, & heredum  
feudum est, vt *textus* ipse probat, &  
tenent ibi *Isern. Bald. Affict.* & alijs ci-  
tati à *Rosental. d. concl. 41. sub glos. 1.* &  
in tantum est feudum, vt sit feudum  
proprium ex pacto, & prouidentia, vt  
probat verba finalia *textus* superius  
relata, quæ quidem referenda sunt  
ad facti speciem in principio propo-  
sitam, videlicet, *vt tu, & heredes tui in*  
*feudum dederis,* cùm exceptio debeat  
esse de regula, quo casu dicitur feu-  
dum propriam feudi naturam reti-  
**40** nere, adeò vt iuxta ea, quæ dicta  
sunt ad primum, & secundum funda-  
mentum, illa facultas dumtaxat ha-  
bebit locum in alienationibus inter  
viuos, & non per ultimam voluntatē,  
quidquid in contrarium voluerint  
quamplures citati ab eodem *Rosen-*  
*tal. in eadem cōclus. 41. in glos. C.* quia  
omnes illi in ea fuerunt opinione, vt

crediderint, feudum pro heredibus non esse feudum ex pacto, sed hereditarium mixtum. Vnde mirū vide ri nō debet, quod dictam facultatem alienandi ad alienationem per ultimam voluntatem extendi voluerint; ipsa enim non repugnat naturæ, & substantiæ feudi hereditarij, sicuti repugnat feudo proprio, ut in dicto primo, & secundo fundamento demonstratum est. Hæc autem est maxima differentia inter dictam facultatem concessam in prima inuestitura, vel alia dispositione, q. a habito respectu ad dominum, cuius interest non mutari formam feudi, si facultas illa concedatur in alia dispositione, tunc vasallus non potest alienare, nisi secundum naturam ipsius feudi, ut si fuerit ex pacto, sequuta alienatione remanet ex pacto, & si fuerit hereditarium mixtum, pari modo eandem naturam retinet, quia isto casu semper inest clausula, *salvo iure*; etiam si non exprimatur, nisi aliter de voluntate domini constiterit, ut hæc omnia probat Rosenthal. d.c.9. conclus. 38. per totam, sed ubi illa facultas fuit concessa à principio, & antequam dominus ius in feudo haberet, sed unum solum, & plenum dominium penes ipsum esset, feudum ipsum ita informat, ut acquirens, & successores possint illud alienare, non solum in feudum, & secundum naturam attributam respectu vasalli, & successorum, sed etiam ad proprium, & ad libellum, ut per dictum cap. 1. iuncta declaratione superius tradita, & sic sequuta alienatione feudum mutat suam naturam, & de feudo ex pacto, vel hereditario mixto efficitur merè hereditarium, si sic datum fuerit, quod est

43 verum, nisi illa facultas alienandi fuerit concessa cum dicta clausula *salvo iure*, (prout factum legitur in casu nostro) quia tunc non potest alienari, nisi in feudum, & secundum suam naturam, ut probat Anton. de Prato inter consil. feudal. divers. conf. 49. nu-

30. non autem iure allodij, ut tradit Ludou. Morot. conf. 30 num. 2. & ita remanent soluta contraria primo loco adducta, & declarata tota hæc materia.

44 Ad secundum autem facilis est responsio, quod scilicet Mar. Giurb. & Anell. Amal. loquuntur in casu feudi merè hereditarij, non autem ex pacto, & prouidentia, ut ex dictis per eos in locis pro contraria parte citatis expressè resultat, vel si loquuntur in feudo hereditario mixto, procedunt eorum dicta, accedente domini consensu, cuius etiam interest formam non mutari, ut superius probarum est, sed in casu nostro nullus accessit domini consensus respectu dicti pretensi fideicommissi, & interesse domini considerari potest, quia stante fideicommisso priuaretur laudem ijs, caducitatibus, & deuolutionibus, ut optimè animaduertit Cæsar Manent. de iur. contract. libell. q. I. part. 7. à nu. 16. vers. secundo, quia istud interesse est majoris considerationis, quam il lud, quod considerant contrarij. Accedat, quod Giurba cum citatis per eum loquuntur, quando restrictio per fideicommissum fit ad unam lineam, quo casu dicunt, Regis utilitatem concernere propter spem deuolutionis ob lineam finitam, sed in casu nostro dictus D. Pettus Dedoni, & si disposuerit de dicto feudo per fideicommissum inter suos filios, & descendentes, sed ultimo liberam alienandi facultatem concessit, vnde illa restrictio nullum beneficium attribuit domino, sed potius damnum, & detrimentum non paruum, & Regium patrimonium teneretur ad restitucionem laudemiorum eidem solutorum propter venditiones cœsualium cum hypotheca de dicto feudo factas, de quorum satisfactione ad praesens inter dictas partes agitur.

Vltimò tandem ad maiorem corroborationem, & comprobationem nostræ conclusionis apprimè conci-

nit, quod vbi ex contuetudine com-  
46 petit facultas alienandi feudum, non valet fideicommissum de eo, ut expressè probant Curt. iun. conf. 171. num. 4. cum seq. vol. 2. & Soc. iun. conf. 72. num. 75. vol. 1. sequitur Surd. conf. 305. nu. 5. vol. 3. comprobat per plura Cæsar Mancetus loco suprà citato ad num. 16. cum seq. & in vers. quinimmo ampliat, etiam si consensus domini interueniat, namquè dicit, quod do-  
47 minus, qui consensit fideicommisso, cogi potest ad præstandum assensum successori in feudo alienari volenti, quia non potuit dominus sibi imponere legem, à qua recedere non valeat, & licet consenserit testamento, & fideicommisso, intelligitur reuocabilitè, quatènus etiam successor fideicommisso contrauenire noluerit, non irreuocabilitè, vt ibi probat, quod latius prosequitur in conf. 106. vol. 2. per totum videndus, & nouè cù multis firmat Francisc. Niger Cyriac. controu. forens. 324. num. 35. tomo 2.

## ARGUMENTVM.

Censum cum assensu Regis per feudatarium super eo feudo, quod ad propriam feudi naturam cum facultate alienandi fuit cōcessum, rectè formatum censi, etiā in præiudicium successoris.

## S V M M A R I V M.

1 Feudum ex pacto, & prouidentia cum facultate alienandi concessum potest obligari pro censu, super ipso feudo à feudatario vendito, in præiudicium etiam successoris.

2 Alienatio alicuius rei vbi de iure per-

- mittitur, permittitur etiam pigno ratio, & hypotheca, & numer. 1. & 4.
- 5 Facultas alienandi concessa non rideatur in dispositiuis, sed in exequitiis, ac proutē feudi proprietatem, & illius principalem dispositionem non mutat.
- 6 Facultas prædicta tunc posita in exequitiis censemur, quando post illam clausula constituti, & precarij statim subsequitur.
- 7 Permissio alienationis etiam si apponetur in dispositiuis, si deinde aliqua oriretur repugnantia, debet absquè suo effectu manere, nec alienatione permetter, nempe si feudum ex pacto concessum, & secundum propriam naturam esset alienabile in extra-neos, & sic improrium.
- 8 Facultas alienandi in feudo recto restringitur quoad dominum, vt respectu agnatorum alienatio sit permissa.
- 9 Alienatio per illa verba permissa, ita quod vos, & vestri habeatis, teneatis, & possideatis, dispositionem continet, ex eo etiam, quia antè clausulam constituti, & precarij fuit apposita.
- 10 Clausulae alienationem significantes, quamvis post dispositiua ponantur, respiciunt dispositionem, atq; feudi essentiam, non exequitionem, si post dispositiua immediate ponantur, & sermonem sequantur.
- 11 Clausulae alienationem permittentes, tunc exequitionem, non feudi principalem dispositionem continet, cùm ex intervallo apponantur post dispositionem perfectam.
- 12 Conceptio verborū non solum consideratur in facultatis cognitione alienationis an sit exequitiua, vel dispositiua, sed etiam clausulae attenduntur, quæ facultatem illam concomitantur, & an sint adiectæ dispositiue, vel exequitiue.
- 13 Clausula si reperiatur posita incidenter, & aliter in exequitiis, tunc dispositionem principalem nō mutat;

sed

- set si apportionatur non incidenter, sed ex prop. suo, tunc dispositio*nis* principali naturam mutat.
- 14 Clausula alienationis in exequitiis reperta operatur dispositionis effectu; ita quod quavis in exequitiis principalem dispositionem non mutet, cum sit perfecta, sed declarat.
- 15 Omnis successor includitur sub appellatione successoris, siue sit sanguinis successor, siue ampliet clausula ad successores singulares, qui titulo legitimo feudum acquisierint.
- 16 Clausulae permissuae alienationis etiam in exequitiis suum operantur effectum, declarando principalem dispositionem.
- 17 Clausula concessionis in feudum, & ad propriam naturam feudi, efficie pro comperto feudum ex pacto, ita ut excludantur successores titulo hereditario, & per ultimas voluntates, cum proprietati feudalii huiusmodi successio repugnet.
- 18 Concessio ad propriam naturam feudi non excludit successores titulo inter viuos, cum ista successio non contradicat propria natura feudi.
- 19 Facultas alienandi in genere, non potest dici, quod contradicat proprietati feudalii, cum non omnis impropriet naturam illius, sed illa demum, quod ex ea, tanquam de re propria sequitur alienatio, in qua iure hereditario succeditur. secus ubi iure proprio sit alienatio, & ex domini prouidentia.
- 20 Feudum cum facultate alienandi ad similitudinem rei allodialis, vel libellarie, quae sui natura sunt transitoria ad heredes, non habet propriam feudi essentiam.
- 21 Opinio Crauerre, & Cacherani in decisi. 164. afferentiū, quod permissio alienationis in dispositiuis apposita, absque effectu debet adesse, si repugniantiam pareret, nempe quod feudum proprium, improprium efficeretur; tunc dicta opinio locum habet, quando adesset libera alienationis fa-
- cultas, ex qua hereditarium fieret.
- 22 Clausula alienationis, etiam si sit in dispositiuis adiecta, naturam feudi propriam non immutabit, si expressè ut proprium sit concessum.
- 23 Facultas concessa ipsis verbis, Tibi cū facultate alienandi, feendum reddit improprium, & hereditarium, ita ut liberi non succedant, nisi sint heredes.
- 24 Clausula predicta adiecta post nominationem concessionis liberorum, quamvis in eorum persona non immutet feudi naturam, tamen definit proprium esse apud emporem.
- 25 Alienatio tunc impropriat, quando in dispositiuis apponitur, secus in exequitiis.
- 26 Venditio, & alienatio in feudo, tanquam de re propria sequitur ex ipsius alienatione, & pignoratione, sed ex hoc repugnantia oriretur, cum ex ista libera permissione feendum efficere tur improprium.
- 27 Venditio ex pignoratione potest, sequi virtute clausula permissua iure feudi, & empator illud habebit ut proprium, nec iure hereditario succedit, sed ex domini prouidentia, ita ut, si apud primum acquirentem proprium fuerit, sit etiam huiusmodi apud emporem, & suos, cum succedit ex prouidentia domini.
- 28 Feudum proprium potest iure feudi alienari, absque eo quod propriam immutet naturam, virtute clausule referatu*m*.
- 29 Ius se per concessionem feudi questum liberis sit, etiam si adiiciatur clausula permissua alienationis, in dispositiuis non potest a liberis inquisi*t*us ius auferri per alienationem a predecessore, sed hoc tunc locum habet, quod feendum est concessum ut rectum, autum, & antiquum, tunc a vendicat sibi locum, ut nisi agnati consentiant, non potest ius transferri.
- 30 Facultas alienandi adiecta in verbis dispositiuis inuestitur, restringitur ad alienationem secundum seu

- di naturam citrā agnatorum præiudicium.
- 31 Feudum nouum etiam ex pacto, & prouidentia cum consensu domini alienari potest, quia in hoc fauore domini prohibetur alienatio, non sic est, quando feudum datur in paternum, auitum, &c.
- 32 Feudum sine assensu domini non est alienabile, sed quāda assensus adest, non prohibetur alienatio, secūs quādo alicuius contemplatione conceditur.
- 33 Ius alicui quæstum ex contractu, illo non consentiente, tolli non potest.
- 34 Alienatio prohibetur in feudo paterno, auito, & antiquo, non tam fauore domini, quam agnatorum.
- 35 Alienatio feudi concessiure antiqui, & paterni successoribus non præiudicat, cùm illius concessionis ea sit natura, ut feudum in personis successorum sit alienabile.
- 36 Facultas alienationis etiam si adiiciatur in feudo novo iure paterni, & antiqui concessio, non repugnat illius natura, quoniam tunc descendantibus ius acquiritur, cùm antecessores facultate illa non fuerint vissi.
- 37 Condicio semper inest acquisitioni feudi, ut descendentes sequatur, nisi acquirens illud alienauerit.
- 38 Facultas alienandi cum feudo proprio adesse potest, non tantum in persona priui, sed etiam & illius successorū, atq; heredum, nempe si concedatur alicui, & hereditibus suis, & cui ille dederit, non usquequò transferatur non mutatur natura.
- 39 Feudum concessum cum libera facultate alienandi ad rei alodialis similitudinem impropria redditur.
- 40 Concessio feudi facta secundum propriam naturam, aequè buiusmodi alienandi licentia, in feudum censeretur facta, nempe quod successores censerunt ad illud vocati, nisi possessor alienauerit.
- 41 Facultas alienandi, si feudum non faciat hereditarium, ab initio in feudo

- ex pacto, & prouidentia inita acquisitionem iuris descendantibus impedit, ac agnatis.
- 42 Doctrina Alex. in cons. 106. vol. 4. falsa demonstratur, afferentis, ex natura feudi proprii alienationem prohiberi fauore agnatorum, ac tex. in cap. 1. de alien.feud.patern.expliatur.
- 43 Natura feudorum non alteratur, si secundum potest atēm in prima inuestitura concessam regulatur, cùm ex illa suam assumant naturam, scilicet ab informatione, & prima inuestitura.
- 44 Doctrina Baldi quos pariat sensus in cons. 465. num. 5. vol. 5.
- 45 Opinio Decij in cons. 238. in contra. riump adducta solvitur.
- 46 Dicta per Rubeum in cons. 110. explicantur.
- 47 Doctrina Loffredi in cons. 7. num. 33. in quo habeat locum.
- 48 Consensus legis magis restringit, quam boninis in materia feudali.
- 49 Opiniones Ruini, & Grati, illius in cons. 37. & istius in cons. 22. explicantur, & num. seq.

## DECISO XXVIII.

- I**EUDUM EX PACTO ETIAM, & prouidentia cum facultate alienandi concessum recte obligari cum assensu Regis procuratu per feudatarium super eo vendito, & formato, etiam in præiudicium successoris. Conclusum & decisum fuit Die 21. mensis Maii 1642. me referente in fauorem nobilis, & Magnifici Regij Consiliarij Michaelis Bonfanti aduersus nobilem Franciscum Zapata Baronie de las Plaffas dominū. Actuario Ioanne Baptista Vassallo. Ex eo portissimum, quod de iure permitta alienatione alicuius rei, est quoque permitta pignoratio, & hypotheca illius, ut latè cum communī probat Ludov. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 5. à

num.

num. 15. cum seqq. sequitur etiam, & comprobatur Gratian. disceptat. forens. cap. 580. num. 5. &c. 6. tom. 3. & in terminis de feudo tradit Ioan. Franc. à Pont. in tract. de potest. Proreg. sit. 8. §. 6. num. 1. quod procedere declarat etiā in assensu hominis à num. 20. tenet etiam Paul. Christin. decis. Belgica 185. nu. 16. tom. 1. & firmat cum alijs Franc. Niger Cyriac. controuers. forens. 934. num. 2 tom. 2. Sed sic est, quod in casu nostro per dictam feudi concessiōnem attributa, & permissa est alienandi facultas primo feudatario, & successoribus, cūm fuerit dictum, quod vos, & vestri habeatis, teneatis, & possideatis iure vestro, &c. Quod idem est, ac si fuerit expressum ad habendum, tenendum, & possidendum iure proprio, vel ut rem propriam, quo casu dubitandum non est de facultate alienationis, per tradita à Menoch. de presump. lib. 3. q. 115. nu. 68. vol. I. maximè cūm deinde illi fuerint positi in locum domini Regis, & constituti procuratores in rem propriam, vt admittit, & comprobatur idem Menoch. ibi à num. 67. & tenet Peregrin. de fideicommiss. art. 52. num. 4. & fuerit additum in dicta concessione ad faciendum inde omnimas voluntates: nāmq; verbum facere alienationem importat, ad l. verbum facere, & l. faciendi verbo. s. de verbis. significatio. comprobatur Aymon Crauett. in respons. pro genero num. 292. & multò magis cūm deinde adiecta fuerit clausula, habentibus causam à vobis, quæ quidem æquipoller clausula quibus dedicit alienationem permittenti, vt voluit Roland. à Vall. cons. 42. num. 4. vol. 4. & sequitur Nicol. Intriglio. de feud. censur. 1. quæst. 50. num. 180. meritoq; ita dicendum est, pignoratio- mem, & hypothecam super dicto feudo de iure subsistere.

Nec obstat, facultatem illam ne-  
quām in dispositiōnīs, sed in execu-  
tiōnīs dumtaxat permīssam, & conces-  
sam fuisse. Unde ex opposito diceba-

tur, nil nocēre principali dispositioni, & proprietati illius feudi, cūm posita in executiōnīs ampliare, alterare, aut immutare principalem dispositionē nequeant, vt tradunt Doct. in clem. 1. de præbend. & infinitos citat Ioan. Castill. Sotomaior quotid. controuers. tom. 4. cap. 48. num. 4. & in terminis de feudo proprio ex pacto cum facultate alienādi in executiōnīs, est celebris decisio Octavian. Cacher. 164. vbi latē defenditur, & probatur, permissionem alienationis in executiōnīs non alterare proprietatem feudi ex pacto, & tunc dicit ipse Cacheran. num. 4. facultatem alienandi in executiōnīs contineri, quando statim post illam subsequitur clausula constituti, & precarij, quæ etiam respicit execu-  
tionem, vt ibi probat.

Quinimmo adiungit ille num. seq.  
& hæc fuit secundā obiectio partis aduersar. quod etiam si clausula per-  
missiva alienationis fuisset apposita  
in dispositiōnīs, si inde aliqua resulta-  
ret contrarietas, vel repugnantia, vt  
potè quia feudum fuerit concessum  
ex pacto, & secundūm propriam na-  
turam, vtiquè illa clausula alias per-  
missiva alienationis isto casu erit sine  
effectu, & haud contigere debet fa-  
cilitatem alienandi, nè inducatur co-  
trarietas, & correctio in continent, pro-  
rūt induceretur (inquit ille) si vir-  
tute dictarum clausularum feudum  
esser effectū alienabile in extraneos,  
& sic improprium: nām repugnaret  
principali dispositioni in duobus.  
Primo, quia feudum ex pacto, & pro-  
prium redderetur hereditarium, &  
improprium. Secundo, quia cūm sue-  
rit concessum pro liberis, masculis,  
ex proprietate feudalī admitteren-  
tur fœminar. & extranei in præiudi-  
cium liberorum, quibus ius erat que-  
sum ex ipsa investitura, & ad hoc  
plures citat num. 6. & 16. Quod lati-  
simè prosequitur, & comprobatur Cra-  
uett. a d. respons. pro genero à num. 296.  
cum pluribus seqq. in quibus decla-

rat,

rat, dictam facultatem alienandi in feudo recto restringendam esse quod ad dominum, ut respectu illius alienatio permittatur respectu agnatorum.

- 9 Pro satisfactione enim consideratum fuit, primum neutiquam in facto subsistere, quod euidenter ex leitura concessionis feudalis resultat, cum ad caput illius inter dispositiua expressa reperiatur dicta alienationis facultas per illa verba: *ilà quòd vos, & vestri habeatis, teneatis, & possideatis, &c.* Quæ quidem verba dubio procul dispositionem continent, ut animaduertit *Francisc. Becc. conf. 88. num. 49.* Præterea maximè cum fuerint opposita ante clausulam constituti, vnde cessat doctrina *Cacheran.* 10 in contrarium, quod si ad alia verba post dictam clausulam constituti alienationem significantia recurratur, verius erit, illa dispositionem, non executionem respicere, cum quia adiecta fuerunt immediate post dispositiua per verba continua*rum* sermonis, & doctrina *Cacheran* locum habet, quando clausula permissiva alienationis adiicitur ex intervallo post perfectam dispositionem, ut declarat *Rota Roman. in ultim. decision. 294. num. 7. part. 2. tom. 1.* & sequitur *Gratian. disceptation. forens. cap. 609. num. 13. volum. 4.* Tum etiam, quia post dictam clausulam subsequitur solutio canonis, & alia pacta circuarias reservationes, quæ tangunt ipsam dispositionem, ut in terminis tenet eadem *Rota decis. 287. num. 1. in ultim. part. 1. tom. 1.* ubi habetur, quod 12 ad cognoscendum, an aliqua clausula stet executiue, non solum attendenda est conceptio uerborum, sed clausulæ, quæ illam hinc inde concomitantur, an scilicet sint executiue, vel dispositiue adiectæ, & appositæ, & principaliter considerari oportet, an clausula in executiuis obitèr, & incidenter adiecta fuerit, tunc enim uestum est, non alterare principalem di-

- spotionem, secùs autem ubi non obitèr, sed ex proposito appositam 13 uerisimilitèr dici, aut suaderi potest (prout contingit in casu nostro) tunc etenim, etiam si clausula reperiatur in executiuis, operatur nihilominus effectum dispositiuum, ut post multos docet *Castill. Sotomaior dict. c. 48. n. 16. & seqq.*
- 14 Præterea quamvis illa facultas alicandi fuisset apposita in executiuis prædictæ concessionis feudalis, adhuc animaduersione dignum est, quod etsi clausula in executiuis non ualeat immutare principalem dispositionem iam perfectam, sed bene illam declarat, ut per plura tenent *Intriglio. de feud. dict. centur. 1. quest. 48. num. 39. & Sotomaior dict. cap. 48. num. 12. Cassan. conf. 19. num. 7. Ioseph Sese decis. 24. num. 6. tom. 1. Marta de clausul. part. 4. cap. 20. num. 8. Gratian. disceptat. forens. cap. 201. num. 92. tom. 2. & dict. cap. 609. num. 15. tom. 4. & Oliver. Beltramin. in addit. ad decision. Ludv. 311. num. 19.* Vnde cum in casu nostro dubium esset, an concessio de dicto feudo restringenda ueniret ad successores sanguinis, an etiam amplianda ad successores singulares, qui legitimo titulo illud feudum comparauerint, vel acquisierint, namque successoris appellatione omnis successor includitur, ut probat *Rebuff. in lib. heredis appellatione, ff. de verbor. signis. vers. amplia etiam in successore.*
- 15 Utique clausulæ subsequentes, per quas permittitur alienatio, aptæ sunt etiam in executiuis declarare prædictam dispositionem, ut procedat etiam in successore singulari, & ita in terminis quando dispositio est dubia, nimis, quia fuerit feudum concessum alicui, & suis, clausula permisiva alienationis, etiam in executiuis, suum operatur effectum, declarando principalem dispositionem, teneat *Neuzian. conf. 9. num. 8. & admittit Cacheran. decis. 161. num. 3. sequitur Henric. à Rosenthal. de feud. cap. 2.*

*conclus. 39. in glos. ultima, & Alexand. Raud. conf. 1. num. 33. vol. 2.* quāquam enim feudum nostrum ex pacto, & prouidentia sit, vt afferit pars aduersa, quod libenter admissum est, cūm  
 17 exp̄sē cōcessum fuerit *in feudum, & ad propriam naturam feudi, quæ clausula dubio procul efficit feodium ex pacto, quibuscunq; verborum formulis concipiatur, adeò, vt isto casu excludantur successores titulo hereditario, & per vltimam voluntatem, cūm ista successio repugnet feudo ex pacto, & proprietati feudali, vt sufficienter comprobatum extat ad Conclus. Clauſulam 14. nihilominus tamen non excluduntur, sed potius admittuntur successores titulo inter viuos, quādoquidēm ista successio per*  
 18 *alienationem inter viuos nō immutat propriam naturam feudi, iuxta deducta in Conclusione antecedenti, & statim in replicatione ad secundam obiectionem contrariam notum fit.*  
 19 Pro cuius satisfactione animaduertendum est, quod non omnis facultas alienandi in feudo contradicit proprietati feudali, aut impropriat naturam illius, sed tunc demūn quādo illa facultas est libera, vt ex ea possit sequi alienatio tanquam de re propria, in qua iure hereditario succedatur: secūs autem est, vbi alienatio permittitur iure feudi, ita vt ille, in quē sit alienatio habeat feodium sūm suā p̄priā naturā, & in eo succedatur iure p̄prio ex prouidentia domini, vt cōstat ex tex. capitali, & expresso in c. 1. de feud. nō hab. prop. nat. feud. in v. fib. feud. vbi in primo responso habetur, quod feodium cum facultate alienā  
 20 di ad proprium, vel libellum, id est ad similitudinem rei allodialis, vel libellariæ, quæ sui natura sunt transitoria ad heredes, & iure hereditario deferruntur, non habet propriam naturam feudi, sed in secundo responso dicitur, quod aliud est, vbi sic datum est feodium, & cui in feodium dederis, quia tunc propriam naturam feudi

habet, idquē in utroquè casu. Doctores omnes vnanimitè adiunt, de quibus latè per Henric. à Rosenthal. de feud. cap. 2. quæst. 36. in gloss. A. & B.

Ex his ad obiectionem contrariam facit, quod scilicet doctrina Cacheran. Crauett. & aliorum pro vitanda contrarietate, & repugnantia procedat in libera facultate alienationis, ex qua feodium impropriari, & hereditarium fieri contigerit; in his ergo terminis illi exp̄sē loquuntur, tunc enim clausula permissua alienationis, etiam si adjiciatur in dispositiuis, non valebit alterare, aut immutare naturam feudi propriam, quod erit verum, vbi feodium exp̄sē fuit concessum in feudum proprium, & rectum, vel secundūm propriam naturam, prout in casu nostro: secūs autem si facultas alienationis adjiciatur in feudo ex pacto alicui, & liberis, seu descendantibus concessa, quia tunc & si illa facultas nō possit immutare feodium in persona liberorum primi acquirentis, vt in eo illi succedant iure hereditario, & admittantur extranei, & feminæ, iuxta tradita per eundem Rosenthal. cap. 9. membr. 1. conclus. 41. num. 13. cum cītatis per eum in gloss. K. & L. vbi ad  
 23 dicit testantes de magis communī opinione, cūm tantummodo id permittatur, vbi facultas alienandi adjicitur statim post nominationem primi acquirentis, vtpotē tibi, & quibus dederis, vel tibi cum facultate alienandi, quo casu feodium erit improprium, & hereditarium, & liberi, & agnati non succendent, nisi sint heredes, vt optimè animaduertit Jacob Menoch. conf. 545 sub num. 15. volum. 6. Verūm  
 24 vbi illa clausula adjicitur post nominationem liberorum, & si in persona ipsorum, vt dictum est, non immutet feodium, sed in secula alienatione benè immutat, & definit esse feodium proprium apud emptorem, vt dicit tex. in S. feudum ea lege. si de feud. defunct. &c. Et impropriam naturam

feudi

- feudi habet, iuxta d. c. i. de feud. non haben. prop. &c. in primo responso, quod etiam est intelligendum, vbi illa clausula est apposita in dispositiuis, secus autem si in exequitiuis, & iste est secundus casus excogitatus à Menoch. d. conf. 545. sub d. num. 15.
- 26 In casu autem nostro neutquam dubitatur, an ex obligatione, & pignoratione dicti feudi possit sequi venditio, & alienatio tanquam de re libera, in qua iure hereditario succedatur, id etenim fieri non posse, vera est sententia Cacherani, & Crauettæ, ex eo potissimum, quod feudum nostrum fuit concessum in feudum, & ad propriam naturam feudi; & non immoda in dñe resultaret repugnancia, & contrarietas, si permisso alienationis fuisset libera, cum de modo proprio efficeretur improprium, sed quod ex dicta pignoratione possit sequi venditio, & alienatio virtute dictæ clausulæ permissuæ iure feudi, ita ut emptor illud habeat, vt feudum proprium, & succedatur non iure hereditario, sed ex prouidentia domini, hoc nec Cacheranus, nec Crauettæ negant, nec negari potest, cum ita aliqua excogitari nequeat repugnacia, & contrarietas, & idem feudum, quod erat proprium apud primum acquirentem, & suos descendentes, erit etiam proprium apud emptorem, & suos, & emptor succedet in feudo ex prouidentia domini, vt probat Io. Anton. Lanar. conf. 8. num. 13. & Ludolph. Schrad. de feud. par. 8. cap. 4. num. 34. sequitur Mar. Giurb. decis. 108. num. 13. quinimmò isto casu, quod 28 feudum proprium possit alienari iure feudi, absque eo, quod amittatur, aut immutetur propria natura feudi, manifestè sentiunt ijdemmet Cacheran. & Crauettæ. in locis pro contraria citatis. Ille in d. decis. 164. sub num. 9. vers. nec obstat. vbi per d. cap. 1. de feud. non haben. prop. nat. feud. afferit, quod si Princeps rem aliquam in feudum alicui concederit, & cui ipse salvo iu-

re feudi dederit, non poterit huiusmodi res alienari, nisi iure feudi propter clausulam referuatiuam, qua nō existente iure allodij potuisset alienari, quod etiam fatetur Crauettæ d. responf. pro genero num. 361. vers. 8. cum sequent. & ita cessat prima repugnancia excogitata à Cacherano, & à Crauettæ comprobata.

- 29 Ad secundam autem repugniam, quæ commodum, & fauorem descendenterium, & agnatorum respicit, verissima pariter est sententia Cacherani, & Crauettæ, quod scilicet in præjudicium liberorum, & aliorum, quibus ius quæsitum est per concessiōnem feudi, etiam si in ea adiiciatur clausula permissua alienationis in dispositiuis, haud posse ab eis inuitis illud ius auferri per alienationem, ab antecessore factam, sed ita demum alienationem valere viuente alienatore: verum hæc illorum doctrina, & sequacium intelligenda est in casu, in quo illi loquuntur, nempe vbi feudum est cōcessum, vt rectum, auitum, & antiquum, tunc enim naturæ illius feudi conuenit, vt non nisi consentientibus agnatis in alienos transferri valeat, etiam si domini consensus concurrat, vt est casus in cap. i. de alienat. feud. patern. & latissimè comprobat Rosental. d. lib. 9. cap. 67. nu. 1. cum gl. art. 6. & nouè Dominus. Preses Vrbinus de success. feud. part. 1. q. 3. art. 5. à num. 13. Vnde si facultas alienandi adiiciatur, etiam in verbis dispositiuis illius inuestituræ propter vitandam contrarietatem, & repugniam, restringi debet ad alienationes secundum naturam illius feudi, citrà agnatorum præjudicium permissas. Namque vt recte considerat Rube. Alex. conf. 110. sub num. 11. talis restrictio isto casu est necessaria, cum alijs resultaret quædam perplexitas, quod esset feudum paternum, & auitum, & posset pro libito de eo disponi.
- 31 Sed casus iste est longè diuersus à nostro, in quo, & si concessio facta fuerit

fuerit in feudum, & ad propriam naturam feudi, sed non fuit addita in feudum paternum, autum, & antiquum: quanquam enim in utroque concurrat alienationis prohibitio, verum in primo lex feudalis alienationem vetat favore domini, non agnitorum; hinc est, quod feendum nouum etiam ex pacto, & prouidentia cum consensu domini in praediūm agnitorum alienati potest, præsertim ubi pecunia, seu contemplatione primi acquirentis fait concessum, ut tradit *Marc. Anton. Peregr. de fideicom. art. 32. num. 14.* & post eum, & alios nouissime *Castillo Sotomaior d. tom. 4. cap. 5. num. 37. cum seq. Alex. Galuan. conf. 8. num. 50. & 60. & Oli uer. Beltram. in addit. ad dec. Ludouis. 529. nu. 23.* ubi decisiones Rotæ Romanæ citat, & bene in proposito *Ioa. Franc. de Ponte in d. tract. de ptestat. Pro reg. tit. 8. §. 10. num. 14.* ubi de natura feudorum in materia alienationis duas constituit regulas, unam, quod feuda sine assensu domini non sunt alienabilia; alteram è contrario, quod cum assensu sunt in libero commercio, illorumque alienatio erit semper permissa; & licet aliud statuatur, ubi feendum nouum ex pacto, etiam contemplatione filiorum cōceptum fuerit, verum non ex dispositione iuris feudali p̄venit, ut cōprobat *Hartbam. Pistor. lib. 2. qq. feudal. cap. 4. nu. 32. & seq.* sed ex regulis iuris communis, quibus cauetur, ius tertio quicquid ex contracitu illi non contenti adīm non posse, ut tradunt plures citati ab eodem *Hartbam. ibi. sub nu. 88.* & recentē latè materiam declarat *Mar. Giurb. de success. feud. prælud. 52 d. num. 40.*

**34.** In feudo autem paterno, aucto, & antiquo alienatio prohibetur, non tam favore domini, quam agnitorum, idq; ex dispositione iuris feudalis, ut superius probatum est per dīcap. i. de alienation. feud. patern. ibi *Andr. de Isern. considerat*, quod iura feudalia,

quatēnus disponunt, alienationem feudi successoribus non præjudicare, de feudo paterno loquuntur; ac præterea vbiq; conceditur feendum iure feudi antiqui, & paterni, ea est natura illius cōcessionis, ut feendum in personis successorum sic alienabile, & ideo nil mirūm, si post dictam clausulam iure feudi antiqui adjiciatur etiam in dispositiūis clausula permissa alienationis, ut evitetur contrarietas, & repugnantia restringi debet ad alienationem citra prædiūm agnitorum.

**35.** Sed in feudo proprio non iure paterni, & antiqui facultas alienationis in dispositiūis etiam nullatenus dicit contradictionem, nec repugnat natura illius feudi, ut in feudo novo ex iam dictis constat, nam & si concessio feudi recti, & proprij secundum propriam suam naturam porrigitur ad omnes descendentes, verum currere illa clausula permissa alienationis in dispositiūis, ita demum acquiritur ius descendantibus, si antecessores illa facultate non vtantur, sicuti de feudo novo, docuit *Isern. in d. cap. 1. & si libellum vol. 3. in fin. de alien. feud. patern. ibi, & sic demum habet successor si maneat in eodem sta tu, quod non sit alienatum, & clarius expressit *Camerar. i. cap. 1. in princ. in 1. oppo. nu. 32. in agnat. vel fil. repud. here. & c. ubi ait, hanc conditionem inesse acquisitioni feudi, ut tum demum descendentes illud habeant, si acquirens id non alienauerit, & ibi dem. in quest. 1. num. 26. in novo semper hanc qualitatem inesse dicit, ut ad descendantes vadat, etiam si hereditarium non sit, nisi acquirens in vita reuocauerit, sequitur *Hartbam. d. quest. 4. num. 57.* & in fideicommissis notum est, quod si per verba dispositiūa licentia alienandi concedatur, operatur effectum suum, sequuta alienatione, alias locum erit fideicommissio, ut post multos comprobat *Peregr. d. tract. fideicom. art. 40.***

num. 45. de emphyteuti etiam firmat Steph. Gratian. decis. 65. à num. 1. sequitur Franc. Cyriac. controvers. 312. num. 25.

38 Sed magis in terminis facit id, quod superius cum magis communis sententia ex Rosental. d. cap. 9. conclus. 41. annotatum est de feudo concessio alicui, ut ipse, & heredes sui, & cui ipse dederit habeat, iuxta factum in principio d. cap. 1. de feud. non habent prop. nat. feud. cum dixi, tale feudum esse proprium in persona ipsius vasalli acquirētis, & heredum eius, & Aluārot. ibi num. 3. citatus à Rosental. d. gl. f. D. ait, alterationem feudi non fieri, donec feudum est apud vasallum, aut heredes eius, sed cum demum cum est triāslatum in alium: & Afflīct. in eodem cap. 1. num. 4. in fin. inquit, in cōditionem resolui, si alienauerit, idem tenet Thomas de Marin. & alijs relati per Rosental. ecce ergo quomodo facultas alienandi se compaititur cum feudo proprio, non tantum in persona primi acquirentis; sed etiā heredum, & successorum.

Nec dicatur, quod ibi in d. c. 1. in primo responsō feendum non habeat propriam naturam feudi, ut ibi dicitur; sed in casu nostro feendum fuisse concessum secundūm propriam naturam, quia ex iam dictis in resolutione primi repugnantibꝫ partē solutio, quatēnus probatum est, feendum in casu illius primi respōsi ex eo impro prium judicari, quod facultas alienandi erat libera ad proprium, & ad libellum, sed in casu nostro cūm concessio fuerit facta secundūm propriā naturā, talis licentia alienandi restringi debet ad alienationem in feendum, iuxta casum in secundo responsō illius capituli expressū; vnde sicuti in primo casu feendum in persona acquirentis, & successorum non alteratur, nisi sequuta alienatione, & in secundo successores censemur vocati, nisi possessor illa facultate vtatur, quod enim feendum alienari iure feu-

di, vel iure rei propriæ, & libellaribꝫ, 40 hoc dumtaxat commodum, vel in commodum domini concernit, & respicit, quia respectu agnatorum, quo modo alienatio fiat, praeiudiciū eis infertur, & à feudo excluduntur, & nonnulla quād ipsos differentiæ ratio concludens occurrit.

41 Et ideo in proprijs terminis de feudo ex pacto, & prouidentia cum facultate alienandi ab initio concessa, vbi ea facultas non facit feudum hereditarium, quod per illam acquisitione iuris descendētibus, & agnatis impediatur, sequuta alienatione, reprobando sententiam Alexandri in contrarium expressè firmat Henric. Rosental. d. cap. 9. conclus. 92. à num. 1. cum seqq. ac proprieatā num. 4. dicit, quod huiusmodi pactū alienationis à principio feudo indicum feudi naturam ita mutare, sive à principio, quando agnatis adhuc ius nullum erat quāsitum, ita informasse, ut acquirens, & eius descendens quiuis hanc alienandi facultatem cum efficeret non videatur acquisitum, quām si vasillus possessor non alienet, & hanc sententiam de iure veriorem proficeret.

42 Nec obstat tradita per Alex. Bald. & alios citatos à Casp. anglo sibi repetita decis. 164. num. 6. q̄ 16. quia in primis Alex. conf. 106. vol. 4. fallitur, ex eo quod crediderit, ex natura feudi proprij alienationem prohiberi favore agnatorum, per text. in d. cap. 1. de alien. feud. patern. qui quidem textus procedit in feudo proprio, & paterno, non autem in proprio simplicitate, inger quā longam esse differentiam, demonstratum est superius, & ille utitur argumento de consensu domini, ex post facto in alienatione interueniente, & dicit, idem esse etiā, quando tempore concessionis datur licentia alienandi; in quo etiam fallitur, quia longe distat consensus ex post facto, vel à principio præstitus:

namq;

- namq; in primo casu, si licentia alienandi ex post facto posset præjudicium generare descendantibus, & agnatis, vtiquè alteraretur natura feudi, sed vbi licentia conceditur in ipsa prima inuestitura in verbis dispositiuis, non potest considerari alteratio feudi, vt optimè in proposito animaduertit *Ioann. Franc. à Ponte d. tract. de potestate. Pro reg. d. tit. 8. S. 1. num. 33.* vbi dicit, quod alteratio naturæ feudorum non potest considerari, si talis potestas fuit concessa in prima inuestitura, & informatione feudi, quia ex prima inuestitura feudum suam innatā assumit naturam, eum penes Regem non dentur feuda, quæ cogitantur, & hanc ipsam differētiam agnouit *Calcan. conf. 51. num. 11.* vbi tenet, quod filii possunt contradicere alienationi factæ à parente de feudo, vbi licentia domini non est concessa in ipsa inuestitura, secūs autem si in ipsa inuestitura, & ita corruit argumentatio *Alexandri.*
44. *Baldus* verò in *conf. 465. nu. 5. vol. 5.* loquitur in casu, vbi in concessione emphyteufis antè licentiam alienandi interuenit pactum de iure accrescendi, quod quidem pactum assimilatur feudo concessio iure paterni, & antiqui, vt declarat *Crauettæ d. respōs. pro genero num. 308.* vndè sententia *Baldi* bene iuuat, & facit pro opinione *Cacerani, & Crauettæ*, vbi feudu est concessum in rectum, auitum, & antiquum, sed non nocet, nec allegari potest in casu nostro, in quo feudu simpliciter fuit concessum secundum suam propriam naturam.
45. Præterea *Decius conf. 238. num. 6.* agit de feudo, in quo clausula alienationis permissua erat appolita in exequutiuis, vndè illud dicendum erat, si in dispositiuis, vt annotauit ibi *Additionator in verbo facere.*
46. Rursus *Rubeus d. conf. 110.* vt superius dictum est, agit de feudo concessio cum clausula iure paterni, & antiqui.

- Natta* autem ultimo loco citatus à *Cacherano d. num. 6.* loquitur in casu, vbi facultas alienandi erat adiequa in exequutiuis.
47. Sic etiam non obstant *Loffredus, Ruinus, & Gratus* citati à *Cacherano d. num. 16.* post *Alex.* cui iam responsum extat, quia *Loffredus conf. 7. num. 33.* loquitur de assensu legis, non domini, & non est nouum in materia feudal, quod legis consensus magis restringi debet, quam hominis, vt tradidit *Rosenthal. d. cap. 9. conclus. 40. num. 15. in fine.*
48. *Ruinus* verò *conf. 37. num. 18. vol. 2.* nihil ad rem agit, & in *conf. 265. num. 25. & seq. eod. vol.* loquitur, vbi dominus præstitit consensum post inuestitaram.
49. Et denique *Gratus conf. 22. in fine lib. 1.* loquitur in casu, in quo non erat concessa licentia alienandi à principio in ipsa inuestitura, & ita cuitantur horum Patrum auctoritates, & cessant omnia, quæ in contrarium adducta fuerunt.
50. Vndè per argumētum à principio propositum, oppignorationem, & hypothecam super dicto feudo, cum decreto, & consensu Regij procuratoris ad id potestatem habentis vigore facultatis alienandi in prima inuestitura attributæ validam esse sufficienter demonstratum appareat.

## ARGUMENTVM.

Depositum loco dignæ fideiusionis haberi, & existimari, ad hoc vt sententia Prefecti prætorio non obstante supplicatione valeat exequutioni mandari.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Sententia ad hoc ut non obstante supplicatione ab ea interposita possit exequutioni demandari, oblatio seu depositi obligatio loco dignæ fideiussione existimatur.*
- 2 *Obligatio de fideiussore præstando, per depositum, seu pignus adimpletur.*
- 3 *Sententia afferentium, quod exequutione sententiae adimpleri potest non obstante supplicatione cum iuratoria cautione per partem victricem præstata, si fideiussores non inueniantur, vera suadetur, atque num. 4. & 5. distinctionem patitur nempe ut procedat, quando ad sunt res stabiles ab omni damno securæ, secùs in rebus, quæ amissionis periculum patiuntur.*
- 6 *Pignus loco fideiussoris admittitur, si damnum aut periculum inde non subsequatur.*
- 7 *Depositum pro fideiussore satisfacit, etiam contradicente eo, ad cuius favorem debuerat fideiussio præstari.*
- 8 *Ea, quæ tibi non nocent, & alteri profundunt, de necessitate conceduntur.*
- 9 *Vt si extinguitur mutatione rei, etiam in melius.*
- 10 *Tex. in l. prætoriæ ff. de prætor. stipul. verus traditur intellectus.*
- 11 *Depositum de re litigiosa, vel deteriorationi subiecta, admittitur.*

## DECISO XXIX.

I Ideiussioni dignæ præstandæ ex dispositione auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imper. offer. ad hoc ut sententia non obstante supplicatione ab ea interposta possit exequutioni demandari, satisfieri per oblationem, & obligationem depositi, si damnum inde parti non subsequatur pro iudicantis arbitrio. Conclusum, & decisum fuit die 1. Mensis Martij anni 1629. referente Magnifico D. Fræcisco Corts ad fauorē Procuratoris nobilis Gauini à Cardona

- contra nobilem Fabritium Manca. Actuario Hieronymo Martis notario. Ex eo, quod licet per dictam authenticam disponatur, fideiussione dignam præstandam fore, & prætoriæ stipulationes personas desideret pro se interuenientium, & nequè pignoribus quis, nequè pecuniæ, vel auri, vel argenti depositione inuicem satisfactionis fungatur, ut expressè determinat l. prætoriæ 7. ff. de prætor. Stipul. attamen Bart. hic num. 3. in illa questione, an obligatio de fideiussore præstando per pignus, seu depositum adimpleri valeat, affirmatiam pro nostra conclusione amplexus est sententiam post glof. in S. suscep. auth. de exhib. reis, cum tutius sit, incumberet rei, quam personæ, l. plus cautionis ff. de reg. iur. vbi Decius nu. 3. Barbol. sententiae se subscripsit, & sequi sunt alij citati per Farinac. in sua prax. tit. de carcer. & carc. quæst. 33. num. 6. tom. 1 & esse communem opinionem afferit Vitii. commun. opin. lib. 2. opin. 115. maximè cum in proprijs terminis d. auth. Guid. Pap. decis. 50. num. 3. & decis. 189. num. 1. & 2. & decis. 248. & 420. affirmet,
- 3 quod si pars victrix non inueniet fideiussores, ut obtineat sententię exequutionem, non obstante supplicatione admittatur ad iuroriam cautionem, & sequuntur Vrfill. ad Afficit. decis. 231. num. 2. Franc. Marc. decis. 468. in fine part. 1. Andr. Gayl practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 47. num. 9. Io. Mar. Nouar. question. forens. lib. 1. q. 163. num. 2. cum alijs citatis per Vincent. Caroc. de exception. contra præiud. sent. except. 106. sub num. 2. & per Mar. Giurb. decis. 4. num. 15. & nouè post hæc scripta visus Augustin. Barbos. in collectan. ad præfatam auth. quæ supplicatio penè infinitos citat num. 8.
- 4 Quamvis enim cōtrariam opinionem, quod attinet ad iuroriam cautionem defendant, & veriorem profitantur Apostil. ad d. decis. 189 Guid.

Pap.

- 5 Pap. Seraph. de iurament. priuile. 18. num. 41. Camill. Borrell. in sua summa decis. tot. Orb. tom. 2. tit. 34. à num. 89. & Giurb. d. decis. 4. num. 38. vnde numero seq. dicit, cōtrariam opinionem, nūquām in Regno receptam vidisse, & contra illam iudicatum referant Gasp. Anton. Thesaur. question. forens. lib. I. quest. 87. num. 5. & Ioann. Petr. Fontanell de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7 gl. f. 3. par. 1. num. 70.
- 5 Verūm enim verò has duas dissidentes sententias conciliari facilè, constat ex traditis ab Anton. Sol. in decretis Sabaud. tis de appellatio. glos. 16. nu. 2. vt ultima scilicet procedat, vbi rei, de qua agitur, amissionis subfit periculum; sed prima in re stabili ab omni damno, & periculo secura, nec dissentit Borrell. loco. nupèr citato num. 99. expressè etiam firmat Thesaur. d. q. 87. num. 7. ex temperamento sui Senatus.
- 6 Parique modo in altera anteriori quæstione de pignore, seu deposito, quod admittatur loco fideiussionis, tametsi multi contradicant, qui de communi etiam testatur ex ea ratione, quod aliud pro alio inuito creditore solvi non potest, de quibus latè per Petr. Barbos in l. diuortio 8. S. interdum ff. solut. matrim. num. 21. & Pyrr. Maur. de fideiussor. 2. parte princip. sectio. 7. cap. 6. num. 4. concordatur tamen ista cum alta Bartoli ab initio relata per Ioann. Francisc. Rip. in l. 2. S. numeri datio. num. 22. ff. si certi. petat. cui assentiunt quamplures relati per 7 Barbos. & Maur. citatis in locis, nec non & per Steph. Gratian. discept. forens. cap. 219. num. 34 tom. 2. vt nimis prima Bartoli procedat, vbi ex pignore, seu deposito nullum subfet damnum, seu periculum in custodia, labore, seu aliter, tunc enim summa ratione pro fideiussore satisfacit pignus, seu depositum, etiam renuente, & inuito illo, ad cuius fauorem si 8 deiuissio erat præstanta, quia quod tibi non nocet, & alteri prodest, de ne-

cessitate est concedendum, ex l. 2. S. item Varus ff. de aqua pluv. arc. quidquid in contrarium teneat Barbos. vbi suprà num. 22. per regulam l. fin. ff. de r. su, & habit. vbi traditur, quem facere deteriorem causam, etiam in meliorem statum commutatam.

Siquidèm regula istius legis minime obest alteri ex d. l. 2. S. itē Varus, ex eo, quod in ea l. fin. speciali ratione res in meliorem statum commutata sit deterior quoad vsuarium, quia mutatione rei etiam in melius extinguitur usus, vt optimè ibi docet, & probat Anton. Fab. in rational. tom. 2. vbi firmat, melius esse vsuario qualem qualem usum habere, ac minus commodum, quām nullum: vnde regula illa non nocet, sed potius iuuat ad probandum alterum membrum distinctionis Ripæ, vt secundum eam procedat alia opinio asserentium, loco fideiussoris non esse admittendum depositum, seu pignus, vbi damnum inde subsequi potest.

10 In his ergò terminis vendicat sibi locum d. l. prætoria, de prætor. Stipul. secundum verum intellectum, de quo meminit Barbos. d. nu. 22. vt per eam ad prætorias stipulationes fideiussores exigantur, adeò quidèm, vt non sufficiat, pignora dare, & si Accursius, & ceteri ibidem Interpretæ vim manifestam iuris consultò inferentes contrarium tradant ex argumento l. 1. S. iubet. de collatio. bonor. vt inquit Parlator. quotidian. different. tom. 3. differ. 61. num. 3. vbi ad S. iubet respondit, quod in speciali casu loquitur, in collatione scilicet bonorum, que cum certa sunt pro satisfactione, recte pignoribus defenduntur heredes, at in ceteris prætorijs stipulationibus cum res ex futuro litis pendeant euentu, non idoneè pignoribus satisfatur, cum in praesentiarum, aut sciri possit quanta estimationis pignora esse debeant. hæc ille.

Nec ex his euinci potest ratio aliqua virgens in casu occurriti, ad eum

tandum

tandum depositum oblatum, ex eo, quod dubia aut incerta sit quantitas restituenda in casu revocationis sententiae mediante supplicatione; propterea quod depositum oblatum non sit pignoris pecuniae, auri, vel argenti in quantitate certa danda, quae per incertitudinem litis insufficiens, aut incongrua dici valeat, iuxta casum d.l. prætoriae, sed est depositum de omni eo, quod proueniet ex iuribus Baronie, & Encontratæ de Galtelli, & Orosei, quæ cum Regia sententia fuerunt adiudicatae dicto nobili de Cardona, colligendis, & deponendis penes Regium depositarium durante dicta supplicatione ab ea interposita per dictum nobilem de Mâca, ad hoc ut in casu revocationis integrè, & absque diminutione restitui valeant, cumquæ sic incertitudo reducatur ad certitudinem, & partium commodo, & securitati sufficienter consulatur, utique tale depositum non respondeat, sed admittendum est.

Multòq; magis accidente dispositione l. si fideiussor s. fin. ff. qui satisfare cogantur, vbi simile depositum de re litigiosa amissioni, & deterioratio-  
ni subiecta Iudicis arbitrio commit-  
titur, per hæc verba. Si satisfatum de-  
re mobili non sit, & persona suspecta sit,  
ex qua satis desideratur, apud officium  
deponi debebit, si hoc Iudici sederit, do-  
nec vel satisfatio detur, ve! lis finem  
accipiat; ex qua quidem legis dispo-  
sitione non incongruum erit dicere,  
originem sumplisse practicam incon-  
culse in hoc Regno à nostra Regia  
Audientia admissam, & obseruatam,  
prout est illa, quam in Cathalonia re-  
ceptam dicit Jacob. Cancer. variar. re-  
solus. tom. 3. cap. 17. de exequitione  
sententiae num. 247. admittendi scilicet  
Regium depositum loco fideiussori,  
tam pro obtainenda exequitione  
sententiarum, non obstante sup-  
plicatione, quam ad omnem alium  
effectu, in quo fideiussio desideratur,  
vbi damnum inde alteri non proue-

nit, in quo maximè arbitrium Iudicis versari debet, & ideo in illa lege sub arbitrio relinquitur, & voluit ibi Fulgos. & esse arbitrium Iudici cautionis prestandæ modum, an per fideiussores, vel pignora, post multos probat Jacob. Menoch. de arbtr. iudic. casu 142. & sequitur Joseph Ludovic. decis. Perus. 63. sub nu. 20. & Steph. Gratian. discept. forens. cap. 147. num. 23. tom. 1. & videnda est Cœclus. Depositum vna cum decis. Ioann. Petr. Fontanell. 402. in 2. tomo longè post hæc scripta visa.

## ARGUMENTVM.

Creditoris interpellationem, ad exactionem sui debitoris, qui per illius negligentiam factus est non soluendo, necessariā nullatenus esse, ad hoc ut fideiussor in subsidiū ab obligatione exemptus, & liberatus existimetur.

## SUMMARIUM.

- 1 Fideiussor liberatus cœsetur, si per cre-  
ditoris negligentiam ad sui debitoris  
idonei exactionem debitor factus sit  
non soluendo; nec ipsius creditoris  
interpellatio est necessaria pro fide-  
iussoris exemptione, si iam negligen-  
tia causa exactionem non patitur.
- 2 Text. io l. si fideiussores 42. ff. de fide-  
iuss. ad verum intellectum pereru-  
ditè reducitur contra Accursium.
- 3 Doctrina Bar. in l. si fideiussor credi-  
tori ff. de fideiuss. quāuis videatur  
dispositioni tex. in d.l. si fideiussores  
contraria, & per consequens no-  
stra conclusioni contraria, tamen  
pro ea aperiè pugnat, & eius dicta  
explicantur.

- 4 Creditor negligens est, si agere, & exigere potuit, nec exigit, licet requisitus non sit per fideiussorem, nec proinde seclusa denunciatione liberatur fideiussor.
- 5 Fideiussor semper liberatur, quando creditor est in culpa, & in negligencia.
- 6 Fideiussor si beneficio ordinis, & excusonis renunciauerit, etiam cum interpellatione non liberatur.
- 7 Differentiae inter fideiussorem simplicem, & fideiussorem in substdium constituuntur, ac explicantur.

## DECISIO XXX.



Ideiussore in substdium etiam non interpellantem creditorem ad exactiōēm debitoris idonei, qui deinde per negligētiā creditotis factus est non soluendo, liberatum censerit. Conclusum, & decisum fuit die 3. mēsi Septembri anni 1636. referente Magnifico Doctore Michaele Bonfanti ad favorem D. Hieronymi Nastri Ciuitatis Sasseris cōtra Oeconomum Capituli Turritanī. Actuario Leonardo Falqus. Per text. apertum in l. si fideiussores 42. ff. de fideiussor. vbi exprelse in terminis probatur conclusio, quidquid alias in contrarium ibi in figuratiōē casus sensiat Accursius, fideiussores videlicet adhuc teneri.

- 2 Nam in primis contra eum facit glosa in verbo non tenere, inquiens, quod temerē esset, si daretur ratio contra fideiussores, per iura, quae citat, & constat, hanc esse veritatem, ex eo, quod in hoc sex. agitur de actiōne utili, nam si affirmatiōē esset intelligendus, vt voluit Accursius, non est, cur magis de utili, quam de directa actione tractaretur, sed in sensu negatiōē iuxta seriem nostrā conclu-

sionis summa ratione actum fuit de utili ad maiorem actionis executionē, nedūm directā, sed etiam utrīlis, vt præsentit glosa. etiam ibi in hoc verbo utilem.

Præterea Bart. in l. si fideiussor creditor. ff. eod. pro latiſtactione d. l. si fideiussores; ita eam intelligit, vt in casu illius non detur actio contra fideiussorem; idem quoquā voluit Paul. d. Caſtr. in hac l. si fideiussores, & cum eo Bald. Salycet. Alex. Curt. jun. & ceteri Doctores communiter in l. fin. ff. si cert petat. vt de communi testatur ibi Iason, & Hieron. Grat. conf. 53. num. 95. vol. 1. post eos Franc. Burſat. conf. 284. num. 8. lib. 30. & firmat Ferdin. Vass. contro. illustr. cap. 33. num. 8. lib. 1. & Hieron. Magon. decif. Florent. 45. num. 8. & Anton. Faber in C. defin. 39. lib. 8. tit. 28. num. 3.

- 3 Nequā, ex eo, quod Bartol. vbi supra dixit, imputandum esse creditori, si denunciationi fideiussoris non credidit, dicendum est, denunciationem esse necessariam ad conuincendum creditorem de negligentia, quia Bartol. ideo de denunciatione agit, quia de ea sicut mēsi in d. l. si fideiussor. de qua principaliter tractat, & pro satisfactione d. l. si fideiussores, quae videbatur contraria, eisdem terminis retentis incidenter loquatus fuit de denunciatione, non quod ea necessaria sit, cum seclusa etiam illa creditor iudicandus sit negligens, si agere, & exigere potuit, nec exigit, quia ranc per eum stetit dicendum est, licet interpellatus, & requisitus non fuerit, vt in terminis probat Carol. Ruin. cōf. 45. num. 5. val. 5. per sex. in l. fin. 5. 1. si quor. legat. & per d. l. si fideiussores, vbi nulla sit mēntio de denunciatione; & ita eam simpliciter intelligere Doctores, animaduertit, & Ruin. sequitur Cardin. Domini, Tuscb. practic. consol. 109. 3. in verb. fideiussor. conclusi. 3. 18. num. 11. Bertazz. de clausul. clausi. 43. glosa. 4. & alios citans Ioann. Baptista Costa de iur. & facti, ignor.

cent.

cent. 1. distinct. 95. num. 1. & 2. idem sententia Anton. Gomes. variar. resolut. 10. 2. cap. 13. de fideiussor. num. 9. in princ. vbi, quod fideiussor liberatur, si creditor sit in culpa, & negligentia, & licet ibi dicat, à fortiori esse, vbi fuerit creditor requisitus per fideiussorem; attamen ex hoc etiam sine ea interpellatione liberationem concedit, quod faciunt Emanu. Suar. in suo thesaur. lit. F. num. 168. dicens, hanc esse communem opinionem, & Vincent. Caroc. de excusso. bonor. part. 2. q. 14. num. 37. & lequitur Anton. Herringi. de fideiussor. cap. 20. §. 15. num. 25. affirmans, non esse necessariam interpellationem, & defendit Pyrr. Maur. in simili tract. de fideiussor. sect. 10. cap. 23. à num. 35. & latius Petr. Bonifacius in consilio, quod statim inserit Maur. post num. 35. videlicet à num. 25. in eo consilio, vbi tandem in fine ita per binas sententias conformes fuisse declaratum, & decisum per Rot. Florentinam restatur.

6. Ac propterea à conclusione non est recedendum, quidquid alias sit in fideiussore simpliciter, in quo neque etiam cum interpellatione, si beneficio ordinis, & excusonis renunciatur, non datur liberatio, secundum si non renunciatur, quia tunc, cum ex legge in defecuum dumtaxat debitoris teneatur, non nisi facta interpellatione, & data culpa, & negligentia in creditore liberatio contingit, ut ex Doctoribus titatis resultat, & noue firmat Donat. Anton. de Martin. quotid. resolut. cap. 133. num. 3. & rationem differentiae inter istum casum, in quo fideiussor beneficio legis non nisi in subsidium tenetur, necessaria est interpellatio, non autem in casu nostre conclusionis, in quo ex pacto in subsidium prouenit obligatio fideiussoris, notat idem Bonifacius in d. suo consil. d. num. 12. & clarius ex dictis, & mente illius, & aliorum Doctorum iuris citatorum diei potest, quod fideiussor simplex si beneficio excusonis,

& ordinis non renunciatur, tametsi ex indulgentia legis eo fruatur, & per illud creditorem agentem excludat, atque ita non nisi in subsidium videtur obligatus, at illius obligatio pura est, & ad exclusionem actoris aptus est, vt exceptione illius beneficii vratur, alias recte fit in eum condemnatio. Quapropter sicuti in casu, vbi conuenit, necessarium est illius factum per oppositionem exceptionis, vt actionem, & condemnationem evitare valeat, ita cum conueniri potest, ad hoc vt creditorem in mora, & culpa constituat, si debitorem tunc idoneum non exigat, opus est etiam facto fideiussoris per monitionem, & interpellationem creditoris; quod secundum est, quando dicto beneficio renunciatur, quia tunc cum obligatio nedum sit pura, sed etiam per exceptionem inelidibilis, cum nulla eo casu detur, sicuti cum conuenit, suo facto iubari non potest, ita nec cum conueniri potest; adeo vt facta tunc per eum interpellatione, nihil prodierit ad constitendum creditorem in mora, cum ipse sit patitur in mora non soluenda; & deficientem moram in creditore, sicuti per compensationem cum mora fideiussoris, ex quo pure ille remanet obligatus, id est postproposita interpellatione, etiam si debitor non soluendo sat, liberatus non est; sed aliud est in fideiussore in subsidium, quandoquidem tunc obligatio est condicionalis, & creditor eo ipso, quod debitorem idoneum non conuenit, in mora est, cum actio non deatur contra fideiussorem, nisi facta conventione debitoris adeo vt scutum si non precedente illius discussione fideiussorem conueniret, ipso iure absque vel illius facto, aut exceptione repellendus veniret, ita ad disclusionem legi in tempore faciendam necessaria non erit interpellatio per fideiussorem, cum ipso iure creditor in hoc casu moram contrahat, absq; vello fideiussoris facto, ex eo, quod non

con-

conuenit creditorem idoneum, cum potest, & meritò tunc damnum, quod sua culpa sicuti, tibi ipsi imputare debet. vulgatis iuribus; & cum casus iterum accidisset tractatus per euocationem factam à Regia procura-  
tione ad Regiam Audientiam, ut ex votis eiusdem decideretur, concurrentibus sex ex Doctoribus dictæ Regiæ Audientiæ cum Fisci Regij patri-  
monij Aduocato, nemine discrepan-  
te. *Ad fauorem hereditatis D. Ioannis Antiochi Ponti Ciuitatis Oristantij sequuta, & firmata fuit eadem conclusio dñe 14. mensis Ianuarij anni 1638. referente nobili D. Antonio Canales. Actuario Paulo Conco Seriba Regia Procurationis.*

## ARGUMENTVM;

**Exclusionis feminarum propinuarum conjecturam in fideicomisso, in quo agnati masculi tantum sunt vocati, sufficere ad exclusionē aliarum remotiorum, nè sub conditione sine filijs contineantur.**

S V M M A R I V M.

- 1 *Exclusio feminarum testatori propinuarum in fideicomisso, in quo masculi agnati vocantur, exclusionem arguit aliarum remotiorum, ne sub conditione, sine filijs, veniant.*
- 2 *Testator in dubio semper presumitur, quod consular agnationis conseruationi.*
- 3 *Femina sub illa conditione, sine filijs non continetur, si testator de agnationis conseruatione pertractauit.*
- 4 *Testator etiam si in nulla testamenti*

*parte masculinitatis faciat mentio-  
nem, tamen semper videtur, quod agnationis fauorem prospexerit, & quod remotiores feminas excludere voluerit, si feminas propinquiores excluserit.*

- 5 *Opiniones contrariorum enarrantur, ac distinguuntur num. 6. 7. & 8.*
- 9 *Coniectura agnationis conseruande ex se solùm, alijs cœiecturis minimè interuenientibus, per conditionem, si sine filijs decesserit arguitur.*
- 10 *Doctrina Anton. Fabri in C. lib. 6. defin. 10. tit. 25. ex opposito allegata iustificatur.*
- 11 *Femina non veniunt appellatione filiorum, attenta ipsius proprietate, ac natura.*
- 12 *Excluso propinquioris, exclusionem remotioris non inducit, si ratio, qua in propinquiore concurrebat, non habeat locum in remoto.*
- 13 *Causa odij in dubio non arguitur, si excluso cadat in feminis, sed potius agnationis fauor.*
- 14 *Cœiectura illa, si sine filijs decesserit, sufficiens ad exclusionem remotiorum, prout in casu nostra conclusionis existit, suadetur.*
- 15 *Coniectura pro libito constitui minimè possunt.*
- 16 *Arias Pinellus in l. si viua mater C. de bonis maternis, rejecitur alias conjecturas in nostra exclusione requirens, & num. 17. & 18.*
- 19 *Relata per Giurb. decis. 32. & per Casanat. cons. 6. distinguuntur.*

## DECISO XXXI.

- I
- 
- Iliam nepotis ex fratre instituti heredis sub conditione, si sine filijs decesserit ad exclusi-  
nem alterius nepotis substituti neutquam in dubio conti-  
neri, ubi testator proprias sorores, &  
neptes præteriit, nullam eis portionem  
assignans, nec de eis in aliqua testa-  
menti sui parte mentionem faciens.

*Conclusum, & decisum fuit die 3. Junij 1645. me referente in favorem Illustris Marchionis de Sietefuentes aduersus nobilem Marchionissam à Cetrillas, & Ceruello. Actuarij Ioanne Sambiglio. Per doctrinam Pauli de Castr. in suo celebri consilio 409. lib. 2. quod vbi scilicet testator fēminas propinquiores exclusit propter masculos agnatos, quos vocauit, & grauauit sub illa conditione, *sine filijs, nullatenus eorum filias contineri; sed exclusas pariter cōserui fauore agnationis,**

2 cuius conseruationi testatorem consulere voluisse, credendum, & prae sumendum est, & iuxta hāc doctrinam in eadem facti specie decisum constat per Rov. Roman. corām Tholomeo decis. 801. part. 3. in nouissimis. de qua meminit Marzar. in epitbo. fideicommiss. quest. 21. vers. non omitto.

Eandem quoq; doctrinam sequuntur sunt quāplures, quos de communī, & magis communī opinione attestantes longa serie recenset Anton. Thesaur. decis. 188. num. 6. & licet statim num. 9. alios etiam referant, qui sententiam pro fēmina contra agnatum substitutum magis communem dicunt, & secundūm eam à suo Senatu iudicatum affirmat, eam tamen in iure non tutam esse Thesaur. ibi num. 11. exclamat.

Ac propterea hac decisione postposita iuxta doctrinam Castr. iudicatum apparet apud Franc. Viu. decis. 414. part. 3. per totam. Insupēr eandem doctrinam amplectitur, & comprobat Ioann. Petr. Surd. decis. 66. & ad finem in hanc partem Senatum inclinasse indicat, cum eadē rursus, quam ex alijs magis communem testatur, transit Vincen. Caroc. decis. 105. nu. 4. nec respicit Rota Lucens. apud Ioseph. Ludou. decis. 29. à num. 49. vbi nonnullos, qui de communī testantur memorat, & præcipue Sfort. Odd. qui eam sententiam canonizatam magis communem, & in iudicando, & consulēdo sequendam profitetur.

Eidem pariter ex eodem Sfortio, & alijs subscriptis eadem met Rota Lucens. apud Hieron. Mazon. decis. 7. nu. 14. vbi præsertim adducitur Jacob. Menoch. cons. 95. qui num. 90. cum seq. pro hac opinione quinquaginta Doctores enumerat, aliosquē addit in cons. 150. num. 54. cons. 204. num. 56. & in cons. 1071. Ex quibus resultat, hāc opinionem tenuisse sexaginta nouē Doctores, & vlrā eos, alios etiam superaddit in tractat. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 85. num. 8.

Quamvis ergo ex opposito pro filia fēmina contra substitutum masculum octuaginta vnum Doctores cumulare nixus sit Marta voto Pisano. 71. num. 14. & secundūm eos in Consistorio Siciliæ iudicatum dicat Mar. Giurb. decis. 32. nu. 33. cum seq. eis tamen plena manu responderet, & satisfacit Petr. de Luna inter consilia diuers. Sicul. illustr. cons. 47. à num. 14. vbi priori loco post multos pēnē infinitos allegat Fab. Turret. cons. 96. à num. 22. vol. 2. qui pro substituto masculo contra fēminam plusquam cētum Doctores, diuersa Collegia, plurimosquē communem, & magis communem affirmantes retulit. Deinde ad Mariam, Giurbam, & alios, qui pro fēmina agunt, in diuersis terminis loquutos fuisse, luculentēr demōstrat, vbi scilicet substitutus est ex traneus, vel alijs evidentēr liquet, testatorem agnationis conseruandæ rationem nullatenus habuisse, atquē in facto multi ex ipsiusmet contrarijs agnoscent, præcipue Marta loco citato num. 29. cum seqq. & Giurb. num. 20. 32. & 34. confitentes, quod si testator ad agnationis cōseruationem respexit, & de ea conseruanda pertractasset, dubio procul excluderetur fēmina; nequē sub illa conditione *sine filijs* contineretur.

Ita ergo conciliantur, & concordantur opiniones contrariae, de quibus latē per Vincen. Fusar. de substit. quest. 402. à num. 7. hancq; concilia-

tionem

- tionem post mortuos ibi num. 27 sex-  
pressissimè firmat.
- 4 Quod autem habita censeatur ra-  
tio agnationis conseruandæ in casu  
nostrø, ex eo evidenter deducitur, &  
conuincitur, quod testator nulla alia  
ratione in dubio iuxta factum propo-  
situs moueri potuit ad exclusionem  
feminarum in propinquiori, vel sal-  
tem æquali gradu cū masculis agna-  
tis institutis, & substitutis; ac proin-  
dè cum ratio unica sit, præ expressa  
haberi debet, vt supponunt omnes  
ad doctrinam Caſtreñſis relati, & in  
specie post Ruius. Manobi. Decian. &  
Honore de. qui alios citant, notat idem  
*Luna loca citato num. 12.* & repetit  
iuxta seriem suæ cōsultationis, etiam  
si in nulla parte testamenti masculi-  
nitatis mentio facta sit à num. 38. &  
præcipue num. 42.
- 5 Nequè obstat, quod Arias Pinell.  
ad l. si viua matre, in qua maximè  
agnationis conjectura fundatur C. de  
bon. matern. num. 27. satis leuem eam  
conjecturam dijudicet, ad hoc vt ex  
ea sola colligatur voluntas testatoris  
ad agnationis suæ conseruationem;  
propterea quod moueri potuerit ex  
multis alijs causis, quas ibi enunciat.
- 6 Idem similiter, quod sola illa con-  
jectura neutiquam sufficiat, probauit  
*Rota Rom.* in pluribus decisionibus,  
& præcipue in decis. 130. nu. 3. par. 4.  
in nouiss. per Farinac. ex Montica de  
coniectur. ultim. volunt. lib. 11. num. 6.  
& 24. cuius est illa decisio, & in suo  
volum. est decis. 305. & comprobat  
eadem *Rota* decis. 484. coram Sera-  
phino (quæ est in suo volum. decis.  
880.) & decis. seq. 485. d. part. 4.
- 7 In eis tamè fœminæ propinquio-  
res exclusæ propter agnatos masculos  
dotatae supponuntur, hæc ergo est  
prima causa, quam considerat Pinel-  
lus ad exclusionem agnationis, quia  
dicit, ob hanc dotationis causam te-  
statorem potius motum cēseri, quam  
propter illam agnationis conseruan-  
dæ, eamquæ dotationis tanquam po-

- tentem, & manifestam rationem di-  
uersitatis inter fœminam propinquio-  
rem exclusam, & remotiorem sub  
conditione positam, ex alijs admittit  
præfata *Rota Romana* d. decis. 485.  
num. 5.
- 8 Ita quoquæ in his terminis dota-  
tionis procedunt, & locum sibi ven-  
dican decisiones omnes quotquot  
sint, quæ in contrarium ex eadem  
*Rota*, & alijs adduci possunt, & præci-  
pue illæ *Theſauri*, & *Giurha* suprà  
relatae, ceteræquæ otantes ex *Cæſar*. de  
*Barzi*. 11. & *Vincent*. de *Fraueb.* 586.  
par. 4. & *Ioacbi. Scain*. decis. 2. cum co-  
cordantibus.
- 9 Quamvis etiam in hac parte do-  
tationis eadem *Rota Romana* aduer-  
sus fœminam remotioram insurgat in  
decis. 503. num. 5. & decis. 507. num. 3.  
ead. 4. part. in nouissimis, in quibus, &  
in multis alijs, quæ inibi, & alibi pa-  
sim reperiuntur, cōiectura illa agna-  
tionis conseruandæ pen præfatam  
doctrinam Paul. de *Cæſtro* expresse  
approbatur. Vndè, quidquid de illa  
causa dotationis sit, de qua ad Con-  
clus. *Dotata*, à fortiori approbari, &  
admitti debet in casu nostro, in quo  
dotatio propinquorum nullatenus  
facta proponitur; sed versamur in ca-  
su omnino dubio, in quo illæ simili-  
tè fuerunt præteritæ, & exclusæ,  
agnatiqùe dumtaxat vocati, & gra-  
uati sub illa conditione, si sine filiis  
decesserint, cessantibus tunc prorsus  
omnibus alijs circumstantijs, ex qui-  
bus, & non ex sola agnationis con-  
seruatione testator moueri potuerit;  
nam si alij concurrant, & de eis in-  
facto appareat, ita vt verisimiliter ex  
alia ratione testatorem motum pre-  
sumi, & conjecturari valeat; propte-  
reà quod tunc ratio illa agnationis  
sola non sit, à doctrina Caſtreñis re-  
cedere fas, & licitum erit, iuxta facti,  
& circumstantiarum qualitatem pro-  
arbitrio iudicis, cui plurimum in his  
deferti oportet, per tradita ex alijs  
per Farinac. infrazm. criminal. par. 1.

10 in verb. extenso. num. 181. in his ergo terminis tueri, & iustificari potest decis. 10. Anton. Fabr. in C. lib. 6. tit. 25. ex opposito allegata, quæ potissimum dicitur, & fundatur in proprietate verbi, liberorum, sub quo fuit concepta substitutio, nimirum si sine liberis decesserit, quod quidem sui naturæ est aptum comprehendere tam masculos, quam feminas, quapropter à proprietate nō aliter recedere oportuit, quam si contraria evidentè esset voluntas testatoris, ut in illa definitione legitur nu. 16. pugnabat enim tunc proprietas verbi liberorum cum ratione agnationis conseruandæ, non tacita, & presumpta, sed etiam expressæ disposita, ut ibi supponitur num. 8. at nihilominus agnationis circumstantia, & nonnullis alijs postpositis præualuit sententia pro verbi proprietate.

11 Hæc tamen proprietas cessat in casu nostro, in quo neutiquam sub illa conditione si sine liberis, sed tantum si sine filijs decesserit, ordinatum fuit fideicommissum, filiorum autem appellatione attenta sui naturæ, & proprietate nullatenus feminas venire, nec contineri constans est nostrorum sententia, ut post multos firmat D. Ioann. Baptista Larrea decis. Granat. 53. num. 11. tom. 2. sed de hoc latius ad Conclus. Appellatione, ac propterè accedente verbi proprietate in casu nostro, & cessantibus omnibus circumstantijs in contrarium, in dubio rectè conjectura conseruandæ agnationis admitti debet, cum nulla alia ratione potuerit testator moueri.

Quanquam enim testatorem in dubio nō ex unica illa ratione agnationis, sed ex pluribus motu esse, presumendum, ex Molin. & alijs assertat Perez de Lara de vita hominis cap. 30. num. 83. hoc tamen tunc demum verum erit, cum pluralitas rationum probabilitè ex circumstantijs dispositionis desumi, & iustificari potest;

cum alii nūquām arguere licet, ab unica tacita ratione, tanquam ab expressa, contra glossam unanimiter receperim ad l. quamvis C. de fiduciocommiss. vt optimè in proposito animaduertit Socin. iur. conf. 1. num. 53. vol. 1.

12 Ac propterè à Peregrin. de fideicom. arte. 25. num. 14. in terminis iuris communis respiciendum esse existimat, an ratio, qua testator motus fuit ad excludendam propriam filiam ab universalis successione, concurrat in nepte, nām si non concurrat, quia filia esset démerita, vel dotata, vel aliter, in facto differentia, & diversitatis ratio colligi potest, tunc exclusio propinquioris neutiquam operatur exclusionem remotioris; debet tamen in facto ex circumstantijs de diversitate constare, ut sentit ibi Peregrinus,

13 & expressè notat ad num. 16. vbi de causa odij ita firmat, quia in dubio non propter odium, sed potius propter sexum favore agnationis presumitur exclusio facta, ut bene ibi probat.

Idem clarè, & expressè comprobatur ex eo, & alijs, quos citat Ludovic. Casan. conf. 38 num. 117. cum sequente pro declaratione dispositionis prefata l. si viua matre, nec non & doctriina Pinelli, quam statim refert, quod ex diversis causis potuit moueri disponens; docet enim, id verum esse, quādo ex qualitate feminæ propinquioris exclusæ, vel testatoris, aut 14 aliundè ex dispositis in testamento appareret de diversitate causæ. Ita profectò temperari, & intelligi debent deducta aduersus cōiecturam agnationis propter Ethnicam sui ratione, ex Scaino decis. Bonon. 2. num. 52. & 77. vbi illam abnegat, & post nonnullos affirmat, potuisse testatorem moueri ex alijs causis nobis occultis, & incognitis, propterè quod ille loquatur in eo casu, in quo filiæ propinquiores exclusæ erant dotatæ, ut dictum fuit supra, & ut colligitur ex num. 53. &

per

per totam illam decisionem, substitutio in ea concepta fuerat sub conditione si fine liberis, de qua adiunxit etiam suprà cum *Antonio Fabro*; ita quod causa, & conjectura ad agnationem, vñica aetiquam dici, & existimari poterat, & conteraria nullatenus occulter, & incognitæ probabilitè, & verisimilitè vrgebant per disposita à testatore: aliter *Scaia* ageret contra veram, & receptam sententiā, quæ, ut probatum extat, ex qualitate substituti, vel testatoris, aut ex alijs circumstantijs, conjecturas contra agnationem admittit, & requirit: cestasibus ergò circumstantijs in casu omnino dubio, prout in nostro suppositum fuit, ex alijs causis testatorē mortuum fuisse, præter agnationem, nullatenus dici, & excogitari potest; cùm conjecturæ non debeant esse fantasiz, & imaginationes, quæ pro libito constituantur, per eā, quæ expressissimis Doctorum sententijs per plura tradit *D.Ioann.Castill.Satoma*ior quotid. controv ers. tom. 4. cap. 18. à num. 27. & 39. cum seq. vndē merito in casu nostro tenenda est conjectura pro agnatione, tanquam vñica, & verisimilis, per receptissimam sententiam approbata, quod utique sufficit, ut pro vñica, & expressa dijudicetur, ex his, quæ post alios docet idem *Satoma*ior quotid. contro. tom. 6. cap. 170. num. 9. sed rursus de hac materia ad Conclus. *Nepotis*.

16 Nec est curandum de alijs causis, & conjecturis, quas vlerà illam dotationis aduersus agnatos pro filia feminina considerat *Pinellus* ubi suprà, præterquam si aliundē de eis manifestè appareat, ita ut probabiles, & verisimiles sint, quod enim ille assertit, potuisse testatorem putare, filiam superstitem non futuram filio; vanam est presumptio, quia cùm filio dederit substitutum, vt ille supponit, nulla ratio suadet in dubio, cur magis substitutum superstitem, quam filiam à testatore existinatum dicatur.

17 Quod verò ille addit, testatorem, forsitan non tam prædilexisse filiam, vel non tam benemeritam putasse, divinatione non caret, neptiquam enim in dubio dici debet, dilexisse magis personas masculorum, quam feminarum, non tantum in eo euētu, in quo sunt propinquiores, quia tunc ex proximioritate illæ magis dilectæ presumi debet per ea, quæ post alios tradit *Laurent.Vrsell.in Exam apum*, siue conclus. legal. tom. 1. conclus. 73. nu. 27. sed etiam in alio euentu, in quo feminæ sunt in gradu æquali cum masculis, propterè quod tunc è qualis affectio in omnibus presumenda sit. Ex his etiam, quæ post *Steph.Grotian*. tradit idem *Vrsell* ibi num. 37, vbi ex æqualitate coniunctionis testis suspicionem tolli affirmat. Vnde in casu nostro testatorem in dubio non tantum propter maiorem affectionem ad personas masculorum, quam propter qualitatè masculinitatis, ut per eos agnationem suam conseruaret, commotum, dicendum venit, nám quod attinet ad illud de demeritis, in dubio testatorem nullatenus feminas exclusisse ex odio, sed illa ratio ne agnationis, suprà cum *Peregrino* firmatum extat, & sequitur *Vincens Fusar.d.que.ß.402. num. 30.*

18 Ultimum autem, quod affirmat *Pinnellus*, potuisse etiam testatorem vel le magis consulere liberis filij prælati, vt sxpè coneingit, ab omni probabili, & verisimili ratione prorsus alienum est, supposita exclusione filialū, quibus profectò vti natis, & cognitis, in dubio voluisse portiū consule re, credendum est, quam filiabus grauatis, sub conditione positis, non dum natis, nec cognitis, propterè quod erga istas dilectio nulla cadere possit, vel saltim minor affectio cadat in nascituris, quam in iam natis, vt cum *Surd.Magon*. & alijs probat idem *Vrsell. d.conclus.73. num. 23. & Luna d. conf. 47. num. 10.* maiorquè in dubio presumatur affectio erga natos. co-

gnitos,

gnitos, & proximiōres, quām ergā nascituros, incognitos, & remotiores, i. qui filiabūs, s. f. de legat. i. cum alijs per Menoch. d. cons. 95. à num. 28. per Casanat. cons. 15. num. 3. cum seq. & per Addit. ad Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 33.

19 Quibus autem tēnus officit oppositum aduersus masculū substitutū, ex Giurb. d. decis. 32. à num. 22. & ex Casanat. cons. 6. à num. 29. & nouē ex Bardell. cons. 81. à num. 41. quod scilicet nullum possit sumi concludens argumentum ab exclusione feminæ propinquioris cognitæ, ad exclusionem remotioris incognitæ, secundūm eā, de quibus latè per illos.

Proptereā quod, ut suprà notatum apparet, & ex lectura illorum euidētē dignoscitur, de eo dumtaxat per tractent casu, in quo per expressam vocationem feminarum, vel aliter in facto clare, & manifeste cōstat, agnationis conseruandæ rationem à testatore nullatenus habītam fuisse: tunc ergo recte procedit, quod primo Icco ex Papiniano respondet Giurbas, feminam proximiōrem à substituto exclusam neutiquām fuisse, sed ab instituto, filiamq; istius sub illa conditione sine filijs, non de sui inclusione, sed de exclusione substituti pergeat; ac proptereā non esse melioris editionis, ut in tertio responso differit, & tandem in odiosis, & exclusiuis præfatum argumentum corrueat, ut in quarto cum alijs per eum, & concordantes suprà citatos deducat.

Verū tamē in casu nostro agnationis conseruationem esse rationem finalem, & fundamentalē totius dispositionis testatoris, cum veriori, & receptioni sententia fatis probatum fuit, & comprobatur idem Bardell. ad oppositum citatus cons. 148. num. 3. vol. 2. eaquē supposita, sicuti supponi debet, cessat primum illud respōsum ex Papiniano, quia tunc femina propinquior non tantū excluditur ab instituto, sed etiam si sine filijs ma-

ritus decēdat, & substitutus excluditur. Vnde pars natione excludit̄ dōbet institui filia in gradu remotiori existens, cūm alijs inficiari nequeat, mētiorē ipsam torti conditionem, etiam si nōn de sua inclusione, sed de exclusione substituti peragat, & cām illa ratio agnationis sit unica, etiam in odiosis exclusiuis, & correctorijs obtinere, & locum sibi vendicare probat ex alijs sotomaior d. ap. 170. num. 7. sequitur, & comprobatur D. I. Baptista Larrea decis. Gratia. 67 num. 13. p̄s. p̄s. cōsiderat cām fideicommissum in favore agnationis non odiosum, sed favorabile sit ut cūm vera, & recepta sententia docent Iann. Petr. Surd. 3700 cons. 443. num. 28. lib. 3. & Fab. Tur. 1. cons. 14. num. 17. lib. 1. sed de his statu ad Concluſ. Fideicommissum, & vide Concluſ. Hereditis.

## ARGUMENTVM.

Cāpisoldia, & iura ex bonis rebellium confiscatis cum sententia Proregis, ad Fiscalem criminalem, non ad Patrimonialem pertinere.

## SUMMARIUM.

1 Cāpisoldia, ac iura ex bonis rebellium confiscatis ad Fiscalem criminalem, non erō ad fiscalem Patrimonialem pertinent, donec feratur sententia declaratoria.

2 Bona, qua debent confiscari, non sunt de patrimonio Principis, nisi post cōfiscationem, ac proindē non habet ius nisi à die sententiae in qua confiscat.

3 Causa criminales differunt à Fiscales.

4 Bonarebellium ante condemnationem

non

- non sunt Fisco incorporata.*
- 5 *Fiscus non potest corporalem possessionem capere in bonis illorum, qui commiserunt lese Majestatis crimen, nisi precedente sententia declaratoria.*
- 6 *Possessio cum apprehenditur, sit incorporatio.*
- 7 *Dominium bonorum in Fiscum delatorum respectu rebellium, licet ipsum iure transferatur, tamen antequam per ipsum occupentur, declaratoria sententia requiritur.*

## DECISO XXXII.




Iscalem criminalem, non vero patrimonialem eam causam censeri, in qua de confiscatione bonorum rebellium agitur, donec feratur sententia declaratoria; ac proinde capsoldia, & iura pro confiscazione debita, non ad procuratorem patrimonialem; sed ad fiscalem criminalem pertinere. Conclusum, & decisum fuit die 31. mensis Ianuarij 1637. in causa inter duos Fiscales istius Regni adiuvicem contendentes. Dionysum Satta, & Ioannem Angelum de Montis. me referente. Actuario Antiocho Brundo. Per doctrinam ferè in proprijs terminis Barthol. Caffan. ad Confuetud. Burgund. tit. de confiscazione. num. 3. & 6. ubi dicit, apud suos esse duplices Procuratores Principis (sicuti apud nos ab anno 1604. ordinatum apparet ex annotatis per me ad Capitul. Regni Sardin. lib. 2. ad rub. tit. 4.) vnu videlicet, qui dicitur Procurator Fiscalis, qui procurat, ut fiant confiscazioni in casibus, in quibus de iure debent fieri; alium autem esse Procuratorem, qui dicitur Procurator Cæsarialis, quem deinde num. seq. Procuratorem domanij vocat, & nos Procuratorem patrimonialem appellam-

- mus, qui procurat, ut ea, quæ sunt de patrimonio Principis reponantur in suo Aerario, & eodem num. 7. querit, an unus possit exercere officium alterius, & an Procurator domanij possit bona reorum prosequi, & petere, ut illorum fiat confiscaatio, an vero requiratur primò, quod ad requistam Procuratoris Regij, seu Fiscalis de clarentur confiscaata, seu competere, Regi, & respondit, quod ad hoc ut Procurator domanij possit se intromittere in talibus, in quibus requiriatur confiscaatio, quod Procurator Fiscalis debet procurare, ut declarentur esse confiscaata, & Regi competere, & post dictam declarationem Procurator domanij, seu Quæstor, qui dicitur receptor illa authoritate, & ad requistam Procuratoris domanij incorporabit: quibus incorporatis, si postmodum fiat querela super illis, ad ipsum spectat defensio, & non ante, & ante debet eidem audientia denegari, quod tantum est dicere, quod debet rejici, & num. 8. inquit, hoc esse satis clarum, quia Fiscus non habet ius, nisi à die sententiae, quæ confiscat ipsa bona, & amplius ad causum nostræ conclusionis notabilitè addit, quod bona, quæ debent confisci, non sunt de patrimonio Principis, nisi post confiscazionem; & si non sunt de patrimonio, non incorporata Fisco, & nihil habet cognoscere Procurator domanij, cum sint penitus diuersæ eorum cognitiones, & sint duo officia penitus diuersa, & separata, & Cæsaneum in proposito refert cum alijs, & sequitur D. Franc. de Alphar. in tractat. de offic. Fiscal. glos. 10. num. 1. & 2. & hoc idem sentit, & firmat Iason in conf. 100. lib. 1. quem sequitur Marc. Anton. Peregrin. de iure Fisc. lib. 7. tit. 1. num. 2. constituta differentia inter causas criminales, & fiscales, & pro fiscalibus intelligent patrimoniales, cum alijs criminales fiscales quoquè sint, ut ex alijs docet Alphar. d. tract. glos. 20. num. 8. & ex

Regijs

Regijs literis, de quibus ad prætata Capitula Regni fol. 573. per Dominum Regem. Illustrissimo Comiti del Real quondam istius Regni Proregi missis sub die 26. mensis Septembris anni 1604. super separatione officij Advocati Patrimonialis ab Aduocato fiscalis nostræ Regiæ Audientiæ, cui anteà vnitum, & coniunctum fuerat, constat, mandatum fuisse, causas criminales, & fiscales pertinere ad Advocatarum fiscalē cum capisoldijs consuetis ex pénis, compositionibus, & remissionibus delictorum, ad Patrimonialem verò causas patrimoniales cum capisoldijs, & feudalibus, & alijs causis patrimonialibus. Pro nostra autem conclusione, quod bona rebellium antè condemnationem nō sint patrimonialia, nec Fisco incorporata, facit *decis.* Rot. Roman. apud 4 Farinac. 90. post primum volumen suorum consiliorum, ubi num. 6. firmatur, bona non dici Fisco incorporata, nisi fuerint ab eo possessa, & inter eius bona descripta, & remissiū sequitur *Ioann. Aloys. Ricc. collect. decis.* 140. sed antè sententiam controversia pendente fas non est, bona reorum, aut inquietare, aut describere, ut probat *text. expressus in L. defensionis facultas. C. de iur. Fisci lib. 10.* ubi doctè post alios *D. Franc. Amaya* post hæc scripta visus in commentar. ad lib. 10. *Cod. 10.* 1. quod enim attinet ad primū de possessione, hoc vnum certum est, vnanimitè receptum, etiam per eos, qui tenent, reos in criminis lœsæ Majestatis diuinæ, & humanæ ipso iure dominio suorum bonorum priuari, illudquæ in Fiscum transferri à die commissi delicti, etiam antè sententiam, cuius contrarium ex veriori, & receptioni opinione conclusum fuit in hac eadem causa, ut in Conclusione Dominium, non posse Fiscum eorum 5 corporalem possessionem capere, nisi præcedente sententia declaratoria, ut constat ex multis relatis per Farinac. in sua practic. criminal. tom. 4. tit.

de criminis lœs. Maiest. quæst. 116. num. 20. & August. Barbos. in collectan. ad cap. cùm secundum. de heret. lib. 6. à num. 5. tunc ergo cùm possessio apprehenditur, fit incorporatio, ex multis per Mastrill. lib. 3. de Magistr. cap. 10. num. 361. & Farin. in fragment. part. 1. lit. B. num. 116. quod verò attinet ad descriptionem bonorum, tametsi lite pendente permittatur; sed id est ad saluum ius habentis, non autem permittitur illa, per quam perficitur incorporatio, nisi post sententiam, vt benè docet *Franc. de Clapier. in centur. caus. fiscal. caus. 32. quæstio. unica. num. 7. cum duobus seqq.* ac propterea num. 11. cum duobus etiam seqq. ad punctum nostræ conclusionis dicit, notandum esse, quod licet in bonis in Fiscum delatis transferatur dominium ipso iure ad Fiscum, etiam antequam bona ipsa apprehendantur, aut occupentur per Fiscum, requiri sententiam declaratoriam, & data sententia fieri exequutionem, per Procuratorem Cæsarum in Provincia, si reperiatur, si verò nō, per eos, quibus Principes exequutionem mandaerint, nam in bonis ex delicto in Fiscum delatis unus Index fert sententiam, alius verò eā exequitur; hoc est Procurator Cæsarum, per notata à *Ioahn. de Platea in l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10.* cum alijs, de quibus per Clapierū in num. seqq. ex quibus resultat, bona reorum non censeri Fisco incorporata, nisi post sententiam subsequata apprehensione, & descriptione, & per consequens iura, & capisoldia debita pro declaratione confiscationis, ad Procuratorem fiscalem in criminalibus, non ad Patrimonialem pertinere.



## ARGUMENTVM.

Locationem infringere, eamq; reuocare ex iusta belli causa, ad maiorem etiam pretij auctionem consequendam Fisco licere.

## S V M M A R I V M.

- 1 Fiscus potest recedere à locatione per Regios Ministros Patrimoniales facta, atq; eam rescindere, ad maiorem etiam pretij auctionem consequendam, ex iusta belli causa.
- 2 L.emptorem C.locati. explicatur.
- 3 Text. in l.fin. ff. de iur. fisc. interpretatur, & num. 4.
- 5 Prohibitus alienare, prohibitus est etiā ad longum tempus locare.
- 6 Causa nulla nullum producit effectum.
- 7 Paria sunt, non fieri, & illegitimi fieri.
- 8 Locatio, etiam si sit facta concurrente hypotheca, & obligatione omnium bonorum Regij patrimonij cum iuramento, reuocatur per Fiscum propter bellorum angustias.
- 9 Condicio, nisi superueniat necessitas, semper intelligitur non esse fauore Fisci in locationibus, ac proinde superueniente renorantur.
- 10 Opinio Philipp. Pasch. de vir. patr. potestat. cap. 6. in contrarium allegata enarratur, ac disinguitur.
- 11 Disposita per Augustin. Barbos. pro aduerso adducta tom. 1. in collec. Qan.lib. 3. tit. 18. cap. 3. cum à nobis allegatis minime pugnant.
- 12 Pactum initum de non expellendo conductor durante tempore locationis nil operatur, si causus incognitus, & insuetus superuenit.
- 13 Juramentum non impedit conductoris expulsionem, si noua causa legitima superueniat.
- 14 Juramentum sequitur naturam contractus, ita ut non augeat obligatio-

nis effectum, sed tantum vinculum religionis addit.

- 15 Nullates quò contra venditionem, urgente, eō contra locationem ad longum tempus.
- 16 Commoditas percipiēdi vectigalis redditus si vendatur, non venditio, sed locatio nuncupatur.
- 17 Expressio venditionis in Regij patrimonij arrendamentis, in quibus sustinetur per singulos annos pretium, locationem, non venditionem arguit.
- 18 Natura, ac substantia contractus, non autem verborum concepito inspicitur.

## DECISIO XXXIII.

- 
- Iscum à locatione per Regios Ministros patrimoniales de Regijs tinnarijs ad titulum vēditionis, & arrendamenti (vt aiunt) cum iuramento, hypotheca etiam inita, & facta, recedere posse, eamquè rescindere, & reuocare ad effectum, vt cū maiori auctione, & meliori pretij obligatione pro subministrandis expēfis, & sumptibus necessarijs ad bellū aduersus Dominum nostrum Regem per Inimicos fū Regiæ Coronæ indictum, & concitum liberè in publica subhastatione, distrahi, & diuendi valeant. Conclusum, & decisum fuit per maiorem partem Dominorum in cętu, & congregatiōne Regij, & Patrimonialis Consilij, nonnullis in minori numero dissidentibus per Excellentissimum Marchionem de Baiona Regni Proregem inita, & habita die 7.Iunij 1630. apud acta Secretarij Monserrati Vacca. Per regulam L.emptorem C.locati, quæ generaliter disponit, & sunt verba formalia textus, emptorem quidem fundi necesse non est bare colono, cui prior Dominus locauit, & unanimitè per Scribentes recipitur,

præcipue potius alios per Barthol. Socin. in reg. 487. Petr. Duen. regul. 241. & nouè per Cardin. Franc. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. t. m. 1. lib. 5. tit. 10. à num. 1. Ioann. Mar. Nouar. question. forens. 62. num. 12. Gaspar. Anton. Thesaur. question. forens. lib. 2. quest. 13. à num. 1. & Cald. Pereir. ad typ. de emption. & vendition. cap. 26. à num. 1. qui infinitos penè alios citant.

3 Etsi enim multi ex eis, & ferè omnes præfatam regulam limitandam, & restringendam sentiant in locationibus fiscalibus, quibus per emptorem derogari nullatenus posse, statuit l. fin. ff. de iur. fisci. utrum tamen ordinationem istius legis Fisci fauorem, & priuilegium concernere, & continere conitat ex sui lectura, quæ quidem posita est sub titulo de iure Fisci, & notante post alios Paul. Christina. ad leg. municipal. Melchin. tit. 8. de locatio. art. 1. num. 4. & Petr. Barbos. ibi infra, & potissimum sibi locum vendicat, vbi cuncte Fiscus post initiam, & perfectam locationem de aliqua re, eam alteri vendit, quia nisi emptor adstringeretur stare colono, teneretur Fiscus ei ad emendam, & refectionem damni, quemadmodum in venditionibus priuatis contingit, & admittunt Doctores suprà citati, & in hoc consistit priuilegium Fisci, vbi in hac ultima lege, ne Fiscus colono teneretur, ac propterea ratio finalis, & decisiva in eo versatur, ne Fiscus datum patiatur, ut firmant Glos. & Bartolus ibi, & quamplures alij relati per Pereir. d. cap. 26. num. 38.

4 Ad casum autem nostrum in facto supponitur, minori damno affici Fiscum, etiam si Arrendatoribus damage per locationis rescissionem reficere, & persoluere debeat, quam si absq; illius rescissione de venditione dictarum pisationum peragere cogatur, propterea quod multos per menses, in quibus illę sub hasta publica venditionis exposita fuere, nullus quidem ad emendum oblaturus accesserit,

& notum, compertumq; sit, plures ex eo solo arceri, & detineri, nè emant, quia Arrendatores palam afferere, & affirmare non desinunt, nullatenus locationi cedere velle, sed eam omni tempore, quo usque præfinitum compleatur, permanere debere; cessante ergo Fisci damno, dispositionē præfatæ l. fin. cessare, docuit optimè Bald. cons. 175. lib. 2. num. 2. per hæc verba, & tunc non tenetur babes causam à Fisco stare colono, quia non interest Fisci, & ideo tunc non sumus in priuilegio Fisci, sed in mero iure communi, quo iure licitum est singulari successori colonum expellere, etiam durante tempore locationis, ut C. locati. l. emptorem, & comprobat post multos Petr. Barbos. ad l. s. filio sumilias 26. S. fin. nu. 38. circa fin. ff. solut. matrim. reprobata Arij Pinelli. intentia ad l. l. C. de bon. matern. part. 3. num. 68. vers. infertur decimò, in eo, quod creditit, nullum Fisci priuilegium in d. l. fin. contineri, sed specialitatem consistere in eo, quod conducens à Fisco, etiam ad breve tempus, ius reale, à quo dimoueri neutquam potest, acquitit; erroneum etenim hoc esse demonstrat Barbo s. num. seq. per l. 1. ff. si ager. vettigal.

Nequè his obstat, quod arrendamentum dictarum pisationum ad longum tempus ultra decennium stipulatum, & concordatum appareat, præcipue concurrente hypotheca, & obligatione omnium bonorum Regij Patrimonij cum iuramento, ex quibus dominii utile, & ius reale sit translatum, quod nullatenus auferri, nec revocari posse per nouam venditionem, etiam in perpetuum, tradunt in terminis Thesaur. ubi suprà, & Ioann. Petr. Fontanell. de pactis nuptial. tom. claus. 4. glos. 25. à num. 60.

Per Regiam namq; Pragmaticam Serenissimi Regis Philippi II. memoriae indelebilis omnis Regij Patrimonij alienatio Regio Procuratori, & alijs Ministris Patrimonialibus inter-

dicta, & prohibita est. vnde arrenda-  
menta illa ad longum tempus facta,  
nulla, & irrita censeretur debent, cum  
prohibitus alienare, etiam ad longum  
tempus locari prohibitus sit, vt in  
specie post alios probant Cardin.  
Mantic. d. lib. 5. sie. 4. à num. 6. Aluar.  
Valasc. de iur. emphyt. quest. 29. nu. 8.  
Caldas Pereyr. de extinct. emphyteus.  
cap. 4. num. 44. & cap. 5. num. 42. &  
quamplures alij relati ab Augustin.  
Barbos. in collect. Doctor. ad decretal.  
tom. 1. lib. 3. tit. 13. cap. 5. num. 12.

Quamvis enim Doctores super  
hac nullitate in varias, & discordes  
digressi sunt sententias, opinantes  
aliqui, in totum contraatum annulla-  
ri; alij verò lentientes, in ea tantum  
parte, in qua legitimum tempus ex-  
cedit, in irritum deduci, vt latè per  
Ioann. Aloys. Ricc. in practic. alienat.  
rerum Eccles. decis. 117. & 119. &  
per D. Franc. del Castillo decis. 124. à  
num. 3. tom. 2. vbi tandem num. 6. pro  
conciliatione distinguendum putat  
super modo solutionis pretij, quia  
si unica solutione fiat, in totum irri-  
tatur, si autem per plures annos cer-  
tum pretium uniforme pro quolibet  
soluatur, in excessu legitimi temporis  
nullitas contrahitur, & quia sub hac  
ultima forma arrendamenta illa, &  
omnia alia Regij patrimonij iniiri, &  
perfici confuevere, subsequetur, nul-  
lum ius reale ex illis translatum iu-  
dicari posse, propterea quod, nullum  
quod est, nullum producat effectum,  
& paria sint aliquid non fieri, vel ille-  
gitimè fieri, vulgatis iuribus.

Ad aliud autem de hypotheca, &  
obligatione bonorum cum iuramen-  
to consideratum apprimè fuit, quod  
in prefatis arrendamentis nulla adest  
specialis hypotheca, sicuti neque  
clausula de non alienando, in quibus  
maximum Doctorum ex opposito ci-  
tatorum fundamentum consistit, su-  
per eo, quod differunt, teneri tunc  
emptorem stare colono; sed inita can-  
tum reperitur in instrumentis dicta-

rum locationum obligatio generalis  
bonorum cum iuramento, super qui-  
bus variè, & ad invicem pugnantes  
se habent Doctores, vt constat ex re-  
latis per Tbesaur. & Fontanell. vbi su-  
prà cum alijs, de quibus per Ioann.  
Petr. Surd. conf. 33. 1. per Marc. Anton.  
Peregr. decis. 136. à num. 10. per Cal-  
das Pereyr. d. cap. 26. d. nu. 34. & con-  
tra locatorem pro Fisco in casu no-  
stro conferunt decisiones Lusitanæ  
apud Anton. Gam. decis. 245. & Aluar.  
Valasc. consul. 76. à num. 6. & Neapo-  
litana apud Vincent. de Franch. decis.  
303. concinunt tradita per Franc.  
Viui. commun. opinion. to. 1. opinio. 127.  
num. 10.

8 Præterea pro Regio Fisco in casu  
nostro secundo loco dictum fuit, ad  
nouam vēditionem vrgeri, & adstrin-  
gi ex causa necessaria propter super-  
uenientem bellorum angustiam, non  
ante cognitionem, nec præuisitatem  
pore dictarum locationum: vnde ta-  
citè in eis inesse conditionem, nisi su-  
perueniat necessitas, probat l. ade.  
Cod. locati, vbi Doctores omnes, & cū  
communi firmat Anton. Gabriel. com-  
mun. conclus. lib. 3. sie. de locat. cōclus. 3.  
& alios referens Augustin. Barbos. d.  
tom. 1. in collectan. lib. 3. tit. 18. cap. 3.  
num. 2. 1. Adeò quidem, vt nec isto ca-  
su Arrendatoribus iuuare, nec pro-  
desse valeat hypotheca, & obligatio  
bonorum, etiam si specialis suppona-  
tur; propterea quod ètiam cum ea  
obtineat, & locum sibi vendicet con-  
ditio illa, vt in individuo docet idem  
Barbos. ibi. num. 35. & antè cum pro-  
bauerunt Mar. Anton. Nasta conf. 25.  
lib. 1. & conf. 412. num. 9. cum seq lib. 2.  
vbi de bello necessitate superuenien-  
te pertractat, Vincent. Caroc. de locat.  
& conduct. tit. de necessitate usus. Di-  
dac. Couar. variar. resolut. cap. 15. nu. 4.  
lib. 2. quos recentè sequitur Philipp.  
Pasch. de vir. patr. potestat. par. 4. cap. 6.  
num. 14. & 16. vbi latè.

10 Et licet ipse Paschal. num. antece-  
denti 13. alios ex opposito referat

priores, tamen *alex. nimirum Cuman.*  
*Cacher.* & *Bursatus* de casu longè di-  
uerso, & distincto peragunt, quando  
videlicet necessitas superueniens nō  
ipsi locatori, sed suo singulari successo-  
ri vrget, & adstringit, & tunc sup-  
posita opinione, quod hypotheca  
specialis ius conferat, ad hoc ut con-  
ductor per emptorem, & singularem  
locatoris successorem neutiquam  
expelli possit, summo iure necessitas,  
quæ in sui persona contingit, nullum  
debet operare effectum; propterea  
quod priuilegium illud expellendi  
conductorem propter superuenien-  
tem necessitatem, personale sit, ut cō-  
probant *Ioan. Petr. Surd. conf. 103. num.*  
*12. vol. 1.* & *Steph. Gratian. discept. foren-*  
*s. cap. 117. num. 18. vol. 1.* in casu  
autem nostro in eadem Fisci per-  
sona, quæ locauit, necessitatem evenisse  
constat, vnde ei Doctores præfati  
nullatenus obſtēre, nequè aduersari,  
dicendum est, ut benè animaduer-  
tit *Couarru.* & sequitur *Petr. Barbus.*  
locis nupèr citatis.

*11. Quod verò attinet ad Petrum Bar-*  
*bosam in contrarium per Paschalē re-*  
*latum, quatènus aduersus Nattam,*  
*& Couarr. num. 36. peragit, si recte*  
*attendatur, neutiquam cum nostra*  
*conclusionē pugnare, clarum fieri, &*  
*apparebit; propterea quod de ea lo-*  
*catione differat, in qua adsit, & ini-*  
*tum sit pactum, & conuentio specia-*  
*lis de non expellendo conductore*  
*durante tempore locationis; que qui-*  
*dèm conuentio in Fisci locationibus*  
*nullatenus adjici, & apponi solet, nec*  
*ex generalibus deduci, & colligi po-*  
*test, ut post eundem Nattam firmat*

*12. Paul. Christin. decis. 115. nu. 3. part. 3.*  
*& conuentione illa etiam supposita*  
*pro Fisco recte contendunt, non tan-*  
*tum Natta, & Couarr. sed etiam Hor-*  
*tens. Caualc. de brachio Regio part. 6.*  
*sub num. 254. vers. scias etiam, Vin-*  
*centius Caroc. d. quæst. 2. num. 19. Ia-*  
*cob. Cancer. variar. resolut. lib. 1. cap.*  
*14. de locato. num. 10. & Alex. Trena-*

*cinq. in limuli tractatus. & titulo lib. 3.*  
*resol. 4. num. 6. vers. secunda est, qui*  
*alios citans, & Petr. Barbus qui stante*  
*illo pacto, & conuentione speciali dif-*  
*fentire videtur num. 37. Couarru. se-*  
*quitur, quando superueniat casus in-*  
*cogitatus, & insuetus, de quo partes*  
*verisimilitè non cogitarunt, prout in*  
*casu nostro, quia tunc pacto predicto*  
*non obstante beneficio d. l. a. de loca-*  
*tori ut poterit, & citat *Felin. conf. 43.**  
*a num. 1.*

*13. De iuramento autem, quod nulla-*  
*tènus sufficiat, nec impedit conductoris*  
*expulsionem, si noua causa le-*  
*gitima superueniat, patet etiam ex*  
*eo, quod iuramentum, & alia clausula*  
*quæ ad maiorem contractus firmi-*  
*tatem apponi solent, plane intelligi*  
*debent, rebus sic stantibus, & in eo-*  
*dem statu permanentibus, secùs si lu-*  
*perueniat noua causa, ob quam à di-*  
*spositione etiam legitimè facta resili-*  
*re, & recedere licet, quasi sub con-*  
*ditione inita, & contracta videatur, si*  
*res manserit in eodem statu, sicuti*  
*probant cap. quemadmodum de iure*  
*jur. & ibi post multos firmat *Augustin.**  
*Barbos in collectan. lib. 2. cit. 24. a nu. 2.*  
*& quod in contractibus iuramentum*  
*sequatur naturam ipsorum, adeò ut*  
*14. non augeat effectum obligationis:*  
*sed solùm addat robur, & vinculum*  
*religionis, tradunt *Mancin. de iuram.**  
*part. 4. effectu 66. num. 5. & effectu 8.*  
*num. 1. cum seq. & *Seraphin. in simili**  
*tractatu primil. 73. num. 28. cum cu-*  
*mularis per *Mar. Giurba decis. 42. sub**  
*num. 26. in proprio ergo nostro casu*  
*locationis, & arrendamenti, quod li-*  
*citum, & permisum sit locatori con-*  
*ductorem ex noua causa expellere,*  
*non obstante iuramento, est decisio*  
*Camera Imperial. apud Andr. Gayl.*  
*practicar. obseru. cap. 23. num. 8. lib. 2.*  
*quem cum alijs, quos citat, sequitur*  
*Steph. Gratian. discept. foren. cap. 537.*  
*num. 52. in fin. tom. 3. & cap. 740. nu. 1.*  
*tom. 4. & antè eos cum *Alberico*, &*  
*Archidiacoно probauit *Natta* conf.*

416. num. 7. & Caro. vbi supra num.  
24. & conferunt tradita per Mantie.  
d.lib. 5. tit. 7. nam. 14. & per Marc. An-  
ton de Amat. decis Ferrar. 57. num. 2.  
& 3.

15 Nequè tandem cōclusioni officit,  
& resistit, quod præfata arrendamen-  
ta non locationis, sed venditionis ti-  
tulo inita, & contracta fuere, facta  
nimirum venditionis mentione; quia  
præterquam quod ad ipsius vendi-  
tionis nullitatem fortius urgente,  
quæ de locatione ad longum tempus  
superius annotata fuerant, & in pro-  
prio casu venditionis post multos fir-  
mat Augustin. Barbos. d. lib. 3. tit. 13.  
cap. 5. num. 10. ex alio capite expressio  
illa venditionis in præfatis arrenda-  
mentis veram venditionem neuti-  
quæ operatur, & potius locatio iu-  
dicati debet, sicuti in dubio præsu-  
mitur, iuxta glossam in l. 2. C. de iur.  
emphyteut. & firmat Surdus decis. 326.  
num. 10 cum seq. vbi in indiuiduo af-  
serit, quod si alicui vendatur, & con-  
cedatur commoditas percipiendi fru-  
ctus, siue redditus vegetalis, erit lo-  
cation, non venditio, etiam si vnicā  
pro anno pensio constituatur, sequi-  
tur Gratian. d. tom. 4. cap. 755. num.  
27. post Ioann. Francisc. Ripam. Nicol.  
Boer. Jacob. Menoch. & Aegid. Boffium,  
quos citat, præcipue cum in præfatis,  
& omnibus quibuscumq; alijs Regij  
Patrimonij attendamentis pretium,  
quod promittitur per singulos an-  
hos, & qualiter soluendum, constitui  
solutum sit, quo in casu, venditionis  
expressionem nihil operare, & non  
venditionem, sed meram locationem  
iudicati debere, per doctrinam Bar-  
tol. in quest. 4. incipiente publicanus.  
S. foliar. col. 2. vers. sed quod prestitum,  
de in l. eotem ferro. S. qui maximos ff. de  
publican. tenet Anell. Amat. conf. 50.  
num. 5. & est communis opinio, de  
qua testatur Socin. iun. conf. 88. nu. 2.  
lib. 1. & post multos firmat Mantica.  
d. lib. 5. tit. 2. num. 39. vers. secundus est  
casus. vbi ita fatur, nequè ad rem per-

tinet, quod in instrumento dictum fue-  
rit, vendidit, emit, vel locauit, & con-  
duxit, quia verborum conceptio non  
inspicitur, sed natura, & substantia ip-  
sius contractus, & modus, seu forma  
contrahendi, ut ibi latè probat, tenet  
etiam, & alios citat Alphons. Azeued.  
ad II. Regias tom. 3. lib. 9. tit. 11. num. 3.  
& 4. quæ quidem omnia citrà dubiū  
in præfatis tinniorum arrendamē-  
tis admitti, & constitui suo iure de-  
bent, ex eo, quod pretium soluēdum  
non est simpliciter certum, sed ab in-  
certo pascionis euentu pendens,  
ad metam scilicet, & rationem decē,  
vel quindecim pro centenario, qua-  
propter, venditionis substantiam de-  
ficere, constat ex s. pretium. Instit. de  
emption. & vendit. & tradunt Anton.  
Gomes. variar. resolut. tom. 2. cap. 2. de  
emption. & vendition. num. 9. Nicol.  
Muzius in eod. tit. cap. de substantiali-  
bus emptio. & omnium latissime Sur-  
dus decis. 114. num. 6. & firmat post eos  
Ioann. Petrus Fontanell. de pact. nu-  
ptialibus tom. 2. claus. 5. glos. 8. par. 13.  
num. 54. & ita inita super his consul-  
tatione cum Domino nostro Regi,  
eiusq; SS.R. Aragonum Consilio re-  
solutum fuit, & prouisum, quod tin-  
naria illa in publica subhastatione  
diuenderentur, non obstante dicta  
locatione, cum suis Regijs literis sub-  
datum Madriti die 10. Septembris  
eiusdem anni 1630.

## ARGUMENTVM.

Nominatum ad officium in  
casu mortis, vel absentiaz  
eius, qui illud obtinet, cen-  
seri quoquè nominatum in  
casu finiti officij per lapsum  
temporis.

## SUMMARIUM.

- 1 Officium, quod per aliquem exerceri debet, in casu mortis, vel absentiae eius, qui illud obtinet, exerceri etiam per illum debet in casu finiti officij per lapsum temporis.
- 2 Officium finiri ex cursu temporis praefixi, idem est, quod morte superueniente finiri.
- 3 Tex. in cap. susceptu de rescript. in 6. dispositio contra nostram conclusionem adducta enarratur, & refellitur num. 6.
- 4 Officialis tenetur ultra tempus sui officij iurisdictionem exercere, quo usque veniat successor, sed quod hoc simpliciter non habeat locum, videbitur num. 8.
- 5 Decisio Surdi 202. ac aliorum sententiae, supra a nobis dispositis contraria refelluntur.
- 7 Mors civilis non venit appellatione mortis naturalis, quando diuersa adiunct rationes secus se eundem effectum naturalis inducit, quem civilis.
- 9 Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.
- 10 Casus absentiae, vel mortis similis casui finiti officij demonstratur.
- 11 Excluso casus finiti officij in nominatione casus absentiae, vel mortis non potest argui, cum ille notionis vi-gore pratermissus videatur.
- 12 Casus omisssus dici non potest ille, qui vi comprehensa includitur, si eadem militat ratio.
- 13 Tutor datus in casu mortis, censetur etiam datus in casu recusationis suete.
- 14 Ratio si eadem militat in pluribus casibus, etiam si unus exprimatur, alij vero non, tamen in illa dispositione censetur inclusi, & illa locum sibi vendicat, tanquam in non omisso.

## DECISIO XXXIV.



- Vbernatorem cum Regia Audiencia ad Viceregiam regedam nominatum in casu mortis, vel absentiae Proregis, nominatus quoque censeri in casu illius finiti officij per lapsum temporis. Conclusum fuit die 28. Iulij 1638. Per dispositionem Capituli Curiae Regni, quod est cap. 25. ex parlamento celebrato per Illustrē quoddam D. Ioannem Coloma, ut ad Codicem dictorum Capitulorum noviter impressum annotavi lib. 3. tit. 1. cap. 6. num. 12. nam & si in eo tantum de dictis duobus casibus mortis, & absentiae peragatur, attamen idealicendum est de alio casu finiti officij; propterea quod finire officium idem sit, quod in officio mori, ac propterea casum mortis comprehendere casum finiti officij, affirmat, & probat Fab. de Anna cons. 4. num. 8. & 9. & in specie nostri casus, quod parientes finiri Magistratum ex cursu temporis praefixi, vel morte superueniente, tenet Mar. Giurb. in cons. crim. 19. num. 59. per tex. in l. & quarē ff. de iurisd. omn. iud. citat Bald. in Leym, qui ff. eod. & Fab. de Anna. ubi supradictum latius cum istis, & alijs comprobat D. Garzias Mastrill. de magistrat. lib. 1. cap. 26. in ea quaestione, quam generaliter ad partes disputat, an concessio officio per mortem alicuius, censetur concessum, si vacauerit per remotionem, vel alium modum, & signanter de nostro casu finiti officij notat num. 35. cumquā sequuntur Scipio Rouit. cons. 105. sub num. 22. par. 2. & Aelis. Dāza in tract. de pugna Doctorum tom. 1. tit. de official. in generale cap. 7. nu. 13.

- 3 Nequè obstant in contrarium opposita ex cap. susceptu de rescript. in 6. cum multis congestis ibi in collectam

per

per Augustin. Barbos. quod vbi in gratia vnuſ vocandi modus exprimitur, alter non continetur, nec datur extēſio de caſu ad caſum; præterquām ſi adiſciatur clauſula, quacunq; mo-  
do, de qua nulla fit mentio in noſtro Capitulo Curie; led dumtaxat de di-  
ctis duobus caſibus mortis, & abſen-  
tiae. Vnde caſus noſter finiti officij tā-  
quām omissus remanere debet ſub  
diſpoſitione iuriſ communis, iuxta  
quām Officialis quilibet tenetur vlt̄-  
ra tempus ſui officij exercere iuriſ-  
dictionem, quod uſq; vniat ſuccesſor,  
ut eſt textus expreſſus in l. meminiffe  
ff. de offic. procons. & legati, & firmat  
cum multis alijs, tam iurihiſ, quām  
auctoratiſibus Maſtrill. dict. lib. 1.  
cap. 2 l. num. 84. cum ſequentiibus, & la-  
tissimē comprobatum fuit de anno  
1635. ad fauorem noſtri Excellentif-  
fimi Proregis Marchionis de Almo-  
nazir pro confirmatione ſui officij  
contra Spectabilem D. Didacum de  
Aragall Gubernatorem Capit. Cal.  
& Gallure, mediante epiftola D. Hie-  
ronymi de Villanueua tunc Proho-  
notarij inclitæ Coronæ Aragonum  
recepta in die vltima termini primi  
triennij, ut videre eſt ad Conclusionem,  
qua incipit Proregem.

Nequē etiam hocet, quod nomina-  
tio Gubernatoris ad Viceregiatum  
neutiquām motu proprio Principis  
per beneficium, & gratiam effeſtum  
fortiatur, adeo quod amplā recipiat  
interpretationem, & extensionem ad-  
mittat per identitatem rationis, iux-  
ta tradita per DD. ad l. 3. ff. de conſi-  
ſut. Principum. cum alijs plenē cumu-  
latis, tam per eūdem Barbos. ad capit.  
benef. de præbend. in 6. num. 2. quām  
per Simeon. Vaz. Barbos. in ſuis princ.  
& loc. commun. in verb. benef. num. 6.  
in quibus præcisē terminis loquuntur  
DD. ad conclusionem citati, & signā-  
tēt Maſtrill. d. cap. 26. & ſe ipsum de-  
clarat num. 39. cum ſequent. ſed nomi-  
natio illa ad petitionem Regni facta  
habetur per Cap. Curie post Grāma-

ticum, Afflūtum, & alios tradit Mar.  
Muta ad cap. Curie Regni Sicilia 10. 1.  
in proœmio num. 62. de eis ergo, quod  
contraſtus naturam induant, ex eo,  
quod mediante pecunia concedun-  
tur, tradit idem Muta ibi num. 29. &  
30. & in tom. 2. ad cap. 26. Regis Fede-  
ric. num. 8. & alibi paſſim per eum, &  
per DD. qui de his Capitulis agunt.  
At in contraſtibus expeditum eſt,  
omifsum haberi pro omiſſo, & non  
fieri extensionem de caſu ad caſum,  
de tempore ad tempus, & de re ad  
rem, etiam ſi eadem, vel maior ratio  
militet, ut conſtat ex decif. Ioan. Petr.  
Surd. 202. cum latè additis ad eum  
per Ioannem Baptiſtam Hodiernam  
num. 1. & 2.

Namquē ad hæc omnia, & multa  
alia contraria patet responſio ex tra-  
ditis per Maſtrill d.c. 26. & signatēr  
num. 41. ad dictum cap. ſuſcepitum di-  
cit, nō adaptari caſui proposito, quia  
loquitur de gratijs beneficij iam va-  
cantis, non autem de expeſtatiuſis, in  
quibus non eſt neceſſe, quod expri-  
matur vacationis modus, vno ergo  
expresso, alter non excluditur, ut ibi  
benē probat: & dato, quod neceſſa-  
ria eſſet talis expreſſio in expeſtati-  
uſis beneficij, non reſtē ex eis ad alia,  
præſertim officia ſecularia, prout eſt  
caſus noſter, argumentari fas, & li-  
cium erit, quia ſingulari iure constitu-  
tum eſt in beneficialibus, quod in  
impetratione exprimatur Summo  
Pontifici verus vacationis modus,  
atquē tunc ceſſare & equiparationem  
inter mortem naturalem, & ciuilem,  
decet Ioannes Vincent. de Anna alle-  
gat. 92. num. 6. vbi amplius pro ſati-  
factione Guid. Pap. decif. 547. (qui de-  
fendit etiam in materia mādati, mor-  
tem ciuilem non venire appellatio-  
ne mortis naturalis) plura adducit, &  
declarat, locum non habere, quando  
eadem ratio militat in vtroq; caſu,  
ſecūs quādo mors naturalis inducit,  
& operatur eundem effeſtum, quem  
mors ciuilis, ut ibi benē per eum de-

communi opinione attestantem nu.  
10.hoc ipsum notant Addentes ad di-  
ctam decis. Guid.Pap. & consonat de-  
cis.Rot.Roman.427.num.2. & 3.par.1.  
in nouiss. receptionemquè resolutio-  
nem dicit Petrus Barbos.ad leg.2.in  
principio par.1.num.155. ff. solutio-  
nem. & iuxta eam Conclusum fuit  
per hanc Regiam Audientiam ad fa-  
uorem D. Francisci Esgrechu con-  
tra Fisci Regij patrimonij procura-  
torem, ut latius in nostra *Conclus.* que  
incipit *Tenutam* 94.

- 8 Præterea *Mastrill.* d.cap.26. num.  
37. in his terminis, eò magis suam  
opinionem obtinere declarat, quem  
admodum loquuntur alij pro con-  
clusione citati, vbi militat eadem ra-  
tio, prout in casu nostro, in quo si re-  
gæ attendatur ea, ob quam in dicto  
*Curiæ Capitulo* petita, & prouisa fuit  
nominatio illa ad Vicerégiā gu-  
bernandam, nulla alia fuit, nec reddi  
potest, præterquam illa, quam consi-  
derant DD. ad d.l. *meminisse* pro con-  
tinuatione officij vlsq; ad aduētum  
successoris, nè Prouincia careat Re-  
ctor, quæquæ sicuti finalis est, & mi-  
litat in casibus mortis, & absentia,  
expressis in dicto *Capitulo*, militat  
etiam in casu finiti officij per lapsum  
temporis, hac potissimum admissa di-  
stinctione, quam etiam vti necessariā  
faciunt *Fab.de Anna*, & alij ab initio  
ad conclusionem citati, quod per la-  
psum temporis, vel aliter finitum sit  
officium, cum alijs ex sui duratione  
in contrarium supposita, terminum  
habilem ad disputationem quæstio-  
nis deficere necesse erit, nec enim  
dubitatio vlla cadere potest super  
eo, an prouisus in casu mortis, quæ  
vacationem officij inducit, censeatur  
prouisus ad officium, in quo etiam si  
labatur tempus; administratio tamen  
neutiquam cessat, sicuti de casu ex d.  
l. *meminisse* contra conclusionem ad-  
ducto *Bart.ad legati ff.cod.* & post eū  
*Auiles ad cap. prætor. c.5. glos. 1. sub*  
*num.6. vers quod extendit. Bouad. in-*

*tua politica tom.1.lib.1.cap.2.num.26.*  
& alij in contrarium relati per *Ma-  
strill.* d.cap.21.num.85. hoc vnum  
præcipuum affirmat, per lapsum tem-  
poris non finiri officium vlsq; ad ad-  
uentum successoris, qui quidem ca-  
sus tunc de plano procedit, quando  
nullus alius in Prouincia ad sui regi-  
mē præpositus, & prædefinitus adest;  
quod si alius adsit, cessat sanè, & cor-  
ruit ratio disputationis contraria, *subin-  
tratque illa pro conclusione  
adducta, mediante illa suppositione,*  
quod officium per lapsum temporis  
finiatur.

Nam & si de ea dubitatum alijs  
fuerit in dicto anno 1635. cùm non  
adhuc de confirmatione officij nostri  
Proregis, nec de nominatione suc-  
cessoris, nec de alia Domini nostri  
Regis volūtate constaret coram hac  
Regia Audientia, in qua proposita,  
& disputata fuit eadem prætensio, de  
illa iñ nūc multò nos vrgebat dispo-  
sitio dictæ *l.meminisse*, & alia in con-  
trarium deducta, ex eo præsertim.,  
quod cessante declaratione Domini  
Regis, argumentum ab æquiparatio-  
ne dictorum casuum ex dicto *Capitu-  
lo Curiæ* ad derogationem, & revo-  
cationem iuris non videbatur suffi-  
ciens, per tradita ab *Anton.Monach.*  
*decis Lucens.49.num.13.* & à *Cald.Pe-  
reir.de potestat.eligendi cap.70.num.5.*  
cum similibus, & subsistente iuris di-  
spositione, quia per eam casus finiti  
temporis sufficiēt remanebat pro-  
uisus, summa ratione in dicto *Capitu-  
lo Curiæ* fuit ille omissus, & dum taxat  
actum de casibus mortis, & absentia  
vti necessarijs, & à iure non prouisis,  
atq; ita apparebat, diuersam militare  
rationem inter dictos casus. Quam  
uis super illa prætensione non fuerit  
tunc sumpta conclusio; sed super alio  
dubio, de quo in *Conclus. Proregem*;  
sed per Regium mandatum posteà  
receptum ad continuationem officij  
in mense Iulij dicti anni 1635. subla-  
cum fuit dubium, an deficiente noua

Domini

Domini Regis declaratione per lapsum temporis finitum officium censi-  
seri deberet, siquidem expressissimis  
verbis in illo cautum legitur, per la-  
psum triennij, nedum tempus, sed  
etiam officium finiri: vnde stante hac  
Regia declaratione, dubio procul  
detegetur veritas conclusionis, nec,  
enim amplius contra Principis volu-  
tatem Prorex ad officij continuatio-  
nem ius prætendere potest, cessante  
prorsus tunc dispositione dictæ legis  
meminiſſe, ex eo præsertim, quod pro-  
uicio hominis facit cessare prouisio-  
nenem legis, & per plura comprobat  
*Simon Barboſa* vbi ſupra in verb. homo  
num. 4. finito itaque officio Proregis  
ſaltim ex identitate rationis, ne inte-  
rim dum non aduenit successor Pro-  
uincia Reſtore careat, admittendus  
est Gubernator cum Regia Audien-  
tia ad Viceregiam gubernandam, fi-  
cuti per dictum *Capitulum Curiae* ad-  
mittitur in casibus expressis mortis,  
& absentia, facta de eis dumtaxat  
mentione, non ad exclusionem fi-  
milium, sed quia tales illi ſunt, qui  
nullo alio hominum facto prouideri  
poſſunt, ut poterit, quia mors ab ordina-  
tione prouenit Diuina, & absentia in  
voluntate Proregis conſtitit, ac pro-  
indem merito ſuper eis fuit facta pro-  
uicio, prætermiſſis alijs casibus finiti  
officij per lapsum temporis, per re-  
nunciationem, vel remotionem, ut  
dependetibus à voluntate Principis,  
qui in eis ad nutum reſcribere potest,  
& quid faciendum ſit, quidquæ pa-  
rendum, declarare.

Quod ſi recte attendatur, dictum  
*Capitulum*, non obſcurè ex eo depre-  
henditur mentionem mortis, & ab-  
ſentia, ideo in eo fieri, ut statim de  
his casibus ut iognotis Domino Regi  
per Magnificum Regentem, & Regiā  
Audientiam notitia daretur pro de-  
liberatione ſuæ Regiæ voluntatis ha-  
benda, & ad hunc effectum prouide  
alijs casibus finiti officij, ut Principi no-  
ti prætermiſſi fuere, at non ex hoc ar-

gui, nec inferri potest eorum exclu-  
ſio in prouisione ad dictum *Capitulū*  
facta de Viceregia regenda per Re-  
giam Audientiam cum dicto Guber-  
natore, ſed hæc ut generalis preci-  
bus Regni generaliter in omnibus  
easibus finiti officij expositis confor-  
mis omnes hos casus pariformiter  
comprehendere dicendum eſt, vel  
ſaltim ex identitate rationis casum  
finiti officij per lapsum temporis cō-  
tineri, ceſſantibus tunc quoq; alijs in  
contrarium oppositis de caſu omissio,  
& de extenſione non admittenda,  
præcipue in contractibus, etenim  
omisſus dici non potest, ſed potius  
inclusus vi comprehēſua caſus ille,  
in quo militat eadem ratio, ut cum  
receptiſſima ſententia tradit *Petr.*  
*Barboſa* ad l. cūm prætor in prin. num.  
52. ff. de iudic.

Ad hęc in caſu ferē ſimili cum no-  
stro de tutore dato in caſu mortis,  
quod ceneatur etiam datus in caſu  
recuſationis tutelæ per plura probat,  
& decisum refert *Ioann. Petr. Surd.*  
*decis. 207.* postpoſita ſua anteriori de-  
cione 202. in contrarium relata, ut  
animaduertit *Mastrill. d. cap. 26. nu-*  
*46.* apud eundem pariter eſt conſimi-  
lis decisio Regni Siciliæ in ſuo 1. to-  
mo *decis. 6.* de tutore dato in caſu  
mortis, quod ceneatur datus in caſu  
remotionis, & utramque decisionem  
*Surdi,* & *Mastrill.* refert, & ſequitur  
*D. Io. Caſtill. Sotomaior quotid. controu.*  
*tum. 6. cap. 116. num. 14. & 15.* ex illa  
potiſſimum ratione, quod vbi eadem  
militat ratio in pluribus casibus, etiā  
ſi vnuſ dūtaxat exprimatur, alijs nul-  
latēnus censetur omissi, ſed potius  
inclusi, & eam locum ſibi vendicari,  
etiam in contractibus, & quod in eis  
tunc admittatur extenſio, cum verio-  
ri, & magis recepta ſententia, de qua  
teſtatur, latiſſime comprobat *Card.*  
*Franc. Mantica de tacitis,* & *ambiguis*  
*conuentionibus lib. 3. tit. 1. ex num. 16.*  
*cum pluribus ſequentibus,* & in his ter-  
minis contractus eſt allegatio *Io. Vin-*

centij de Anna superius memorata, iuxta quam in fine ita decisum refert, & n. 6. in fine dicit, iuxta suam opinionem iudicatum fuisse in Rota Auenionensi, & non pro opinione Guid. Pap. item iuxta calum nostrae conclusionis in terminis cuiusdam Constitutionis Cathaloniz, in qua stricte ad literam interpretatio fieri debet, iuxta naturam nostrorum Cap. Curiae, per plura etiam confirmat Iohannes Petr. Fontanell. de pactis nuptialibus tom. 2. clausula 7. gl. 3. part. 9. à num. 24 & conterunt latissime cumulata in proposito per Vincent. Fusar. de substitut. cap. 460. num. 4. & Castill. Sotomaior d. tom. 6. cap. 120. ex num. 17. & cap. 181. ex num. 4.

### ARGUMENTVM,

Fideicommissum agnatitium inductum, & ordinatum censeri per multiplicatam masculorum vocationem, etiam proprijs nominibus factam, cum exclusione tacita feminarum propinquiorum, & alijs, de quibus in conclusione.

### S V M M A R I V M.

- 1 Fideicommissum agnationis fauore inductum censetur per multiplicatam masculorum vocationem, etiam proprijs nominibus cum exclusione tacita feminarum propinquiorum.
- 2 Verbum, filios, possum in conditione, de masculis intelligi debet, si testator filios masculos instituit, feminas excludingens.
- 3 Qualitas masculinitatis in una parte

testamenti expressa semper censetur repetita in alia, si in ista de filiis simpliciter fiat menio.

- 4 Repetitio masculorum eò fortius locum sibi obtinet in fideicommisso, quando pro agnatione alia concurreat conjectura.
- 5 Opinio supra firmata, ut verior fundamentis ostenditur, & num. 6. & 7.
- 8 Argumenta, ac Doctorum auctoritates contra à nobis supra firmata adducuntur, & exprimuntur, & num. 9. 10. 11. & 12.
- 13 Feminae censentur exclusae in fideicommisso non tam per nomina propria, quam per ciuilia, & collectiva agnitorum masculorum.
- 14 Coniectura agnationis conseruanda urgentissima colligitur per nomina propria agnitorum, etiam absque masculinitatis expressione.
- 15 Fundamenta pro nostrae conclusionis tutamine, & contrariaorum responsione patensunt.
- 16 Illatio non fit ex diuerfis.
- 17 Testator ad fideicommissum, & ad substitutionem nostrae conclusionis non aliam motus videtur ratione, nisi agnationis conseruande, non autem particulari affectione.
- 18 Asserta per Decium in cons. 511. & alios limitantur, ac refelluntur.
- 19 Praeteritio feminarum propinquiorum, vel in aequali gradu cum masculis à testatore iam cognitarum, fideicommissum arguit ex sola agnationis conseruatione, non autem ex affectione particulari.
- 20 Opinio Casanate in cons. 4. ad oppositum citati tanquam à questionis sensu diuersa recycitur.
- 21 Expressio masculinitatis fideicommissum ita reddit agnatitum, ut omnes masculi cum eorum descendentibus censeantur vocati, omnes autem feminae exclusae.
- 22 Ratio conseruandæ agnationis in fideicommisso temporali etiam censetur quod ad certas personas tantum, ita quod rurè illas non extendatur.

23 Agna-

- 23 Agnatus expressè nominatus, & prædilectus si excludatur, & feminæ: à natae in propinquiori, vel in æquali gradu cum testatore, præteritionem sint passe, filia primi heredis sub conditione, si sine filijs, non continetur.
- 24 Expressio masculinitatis absolute, & per modū regule, facit fauore agnationis fideicommissum perpetuum.
- 25 Proprietas verbi, liberorum, coniecituram agnationis non inducit.
- 26 Qualitas masculinitatis tunc repetita censemur inter diuersas orationes, personas, ac gradus, quando aliæ exclusionis coniectura concurrunt, nemp̄ feminæ propinquiores.
- 27 Peregrin. de fideicommissis art. 25. in oppositū allegatus interpretatur.
- 28 Qualitas masculinitatis ad agnationem conseruandam nil refert, quod exprimatur in antecedenti, & et in subsequenti testamenti parte, semper illius fauore repetita censemur.
- 29 Masculinitas expressa inter personas diuersæ conditionis ab his, que vocata fuerunt in antecedenti testamento parte, non protrahitur ad antecedentes vocationes.
- 30 Testator semper præsumitur, quod præposuit transuersalibus masculis feminas ipsi propinquiores.
- 31 Diuersitas conditionis impedit masculinitatis repetitionem, non autem diuersitas personarum.
- 32 Repetitio masculinitatis censemur, quādo fit mentio filiorum eiusdem personæ, secūs si sine diuersæ personæ, de quarum filijs agitur.
- 33 Pars una testamenti sapiens ab altera declaratur.

## DECISIO XXXV.

 Ereditis agnati filiam sub conditione, si sine filijs decesserit, nullatenus contineri ad exclusiōne alterius agnati substituti, vbi testator tres agnatos he-

potes, vnum post alium cum dicta conditione vocavit per propria ipso- rum nomina, & appellativa nepotū, masculinitatis qualitate in eis prætermissa, & dumtaxat expressa in ulterioribus nepotibus ex eodem fratre nascituris, quos etiā post primos gradatim substicuit, & non existenti bus filijs masculis descendantibus, ultimo in piam causam bona sua distribui iussit, nulla de sororibus, & neptibus ab eodē fratre iam natis, nec de alijs feminis in totq. testamento mentione facta. Cœclusum, & decisum fuit die 3. Junij 1643. me referente in fauorem Illustris Marchionis de Siefuentes aduersus nobilem Marquesiam à Cerillas & de Ceruello. Actuario Ioanne Sambiguchio. Ex eo maximè, quod in fortioribus terminis cū veriori, & receptiori sententia firmat Anton. Thesaur. decis. 188. nn. 2. & 3. vbi in fine ait, quod cum ea opinione transiuit Senatus propter testatoris mentem, quod voluerit agnationem cōseruare, & in additione eius Filius Gaspar Anton. alios sub hīt. A. addic, & decisiones sui Senatus tāta in prima, quām in secunda instantia pro masculis contra feminas factas refert. Idem decistum constat ex Anton. de Amat. in sua decis. Ferrar. 5. vbi multos allegat. Conferunt etiam tradita ex alijs per Jacob. Menoch. de præsupt. lib. 4. præsumpt. 84. num. 24. quod vbi scilicet testator instituit filios masculos, & feminas exclusit, verbum filijs in condicione positum, de masculis intelligi debet, sequitur D. Francisc. Hieron. Leo in suo respons. post decis. 171. in 2. vol. num. 5. & ad comprobacionem nu. seq. aduocat communem illam sententiam ex Abbas. conf. 36. num. 1. lib. 1. quæ docet, qualitatem masculinitatis in una parte testame- ti expressam, in alia, quæ de filijs sim- pliciter tractat, repetitam censi, & ad contrariam opinionem Anania conf. 22. quam statim recenset nu. 53. respondit, tunc procedere, cū nulla

alia extat coniectura pro agnationis conservatione.

4 Ita ergo intelligi, & declarari debent quæcunq; aduersus Abbatem ad exclusionē repetitionis masculinitatis adduci, & cumulari vellent, quia præcipuum locum in hoc casu sibi vendicant. *Abbatis* verò sententiam tunc maximè obtainere, inquit *Leo*, quando alia concurrit coniectura pro agnatione, illamq; ad casum nostrum supponit legitimam, & sufficientem ad repetitionem masculinitatis, quando nimis fœminæ fuerunt exclusæ, & masculi instituti, atq; ad finem prefati num. 53. hanc coniecturam canonizatam in Sacro Supremo Regis Aragonum Consilio affirmat per declarationes, ad quas se remittit.

Concinunt quoquè tradita per *Vincent. Fusar. de subst. quæst. 403. num. 12.* vbi ex alijs eandem conciliationem laudat ad opiniones contrarias, de quibus latè per eum ibi à nu. 1. & 6. & per totam eam questionem respödit, quod scilicet prima opinio affirmativa ad repetitionem masculinitatis procedat in dispositione agnationis conseruandæ: altera vero negativa obtineat, quando cessat agnationis fauor, rursusq; num. 22. ita declarat, ut tunc fiat repetitio, cū aliqua extat, & concurrit coniectura, quod de masculis testator senserit, quemadmodum in casu nostro ultrà qualitatem masculinitatis extat, & urget masculorum continua vocatio cum exclusione, & præteritione fœminarum.

6 Atquè in his proprijs terminis *Additio ad Molinam de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. à num. 25. usq; ad 30. in vers. nos* verò priorem sententiam, quæ repetitioni fauet veriore, & practicabiliori affirmat, quia (inquit) in hac multiplici masculorum vocatione nulla alia ratio assignari potest, quam agnationis, quæ tanquam unica attendi debet, hoc ita quando,

(& sunt verba illius) maioratus institutor masculos semper ad successione insuitauit, nec de fœmina in aliqua dispositionis parte mentionem fecit, sicquè in Supremo, & Regio Consilio pluriès in praxi obtentum vidisse testatur: & demùm pro hac sententia citat *Ioseph. Ramon conf. 15. ex nu. 14.* sequitur, & penè infinitos citat *D. Ioannes Baptista Larrea decif. Granat. 53. num. 9. tom. 2.*

7 Ulterius eadem *Additio ad Molinā de opinione illa Ananiae pertractans* post relatos plures ad eam sub num. 56. tandem num. 58. eam taxat, & limitat, quando ratio agnationis conseruandæ expressa, vel subintellecta est, quo casu, ait, qualitatem masculinitatis in una parte dispositionis enunciata ad aliam referri debere, ex multis, quos citat, & præcipue ex decisionibus Rotæ Romane 514. coram Ludouï. cum Additio. & 354. & num. 4. par. 2. in recentior. per Farinac. cum illa *Thesauri*, & *Vincent. Fusar.* vbi suprà, quorum sententiam in iudicando, & consulendo verissimam proficitur.

8 His itaq; firmatis nullatenus obstant nonnulla ex opposito deducta, per vocationem nimis fœminarum trium priorum nepotum ad institutionem, & substitutionem successivè factam absq; illa qualitate masculinitatis, non per nomina ciuilia, & collectiva, sed simpliciter per propria eorum nomina, & appellativa, nepotum, neutriquam colligi posse, coniecturam sufficientem, & legitimam ad agnationis conseruationem, ex his, quæ tradit idem *Fusar. cod. tract. de subst. quæst. 499. num. 11. & 19. cum sequentia.*

9 Quod profecto est maximè obseruandum, quia si testator voluisse ad masculos tam suam dispositionem restringere, saltim hoc semel expressisset, propterea quod ineptissimi etiā homines, & Notarij distinguere sciante, quādo volunt, masculos à fe-

minis,

minis, ut punctum obseruant Alex. conf. 55. sub. num. 6. vers. non obstat. lib. 3. Simon de Præt. de interpret. vli. vol. lib. 3. dub. 3. n. 25. vers. quoniam, & Sfort. Oddo conf. 46. num. 51. cum seq. qui addit, hanc coniecturam multum ad fauorem feminæ mouere debere quemlibet prudentem, & eam expedit Mar. Giurb. decis. 32. nu. 20. in fin.

10 Ac propterea merito testatorem neutiquam ex ratione agnationis conseruandæ, sed ex mera personarū affectione, vel ob merita, vel propter virtutem, vel aliam causam motum in fortioribus terminis supponunt post Socin. iun. conf. 117. nu. 25. vol. I. & Decium conf. 511. col. fin. idem Oddo conf. 44. num. 38. Perez de Lara de vita homin. cap. 30. num. 83. vbi alias laudat, latè per Carol. Bardellon. conf. 81. num. 28. & per totum consilium comprobat in casu à se proposito, filium instituti sub illa conditione, si sine filijs fecisse deficere conditio nem, non obstante statuto excludente feminas propter masculos, & præcepto testatoris primo heredi iniunctio ferendi nomen.

11 Nam & si masculorum vocatio in quarto, & ulteriori gradu per expressam masculinitatis qualitatē facta fuerit, neutiquam tamen per eam fideicommissum agnatitum inductū censeri debeat in fauorem masculorum, & exclusionem feminarum, cùm facta nullatenus fuerit absolute, & per viam regulę, ex traditis post alios per Molin. d. cap. 5. num. 62. quem ita esse intelligendum declarat Casanat. conf. 38. num. 97. sequitur plures citas Perez de Lara de vita homin. cap. 30. à num. 78. & ex alijs ad casum nostrum nu. 84. subiungit, quod qualitas masculinitatis posita in una oratione inter certas personas, nō extenditur ad personas nominatas in alia oratione, & clausula.

12 Præsertim cùm expressio illa masculinitatis in ultimis dumtaxat substitutionum gradibus peracta fuerit.

vnde ad gradus priores, & antecedentes retrotrahi non debet, vt optimè in proposito notat Peregr. de fideicommiss. art. 25. num. 48. vers. aduertendū tamen est, sequitur Ramon. conf. 100. num. 399.

13 Facile tamen ad hæc omnia, & similia ex iam dictis ad caput firmatis patet responsum. Primum etenim de vocatione priorum trium nepotum per nomina propria, & appellativa, non ciuilia, & collectiva facta absq; expressione masculinitatis, ex Fusario eum citatis ab eo ad exclusionem agnationis conseruandæ neutiquam sine contradictione pertransit; propterea quod vbi vocatio masculoru m fiat de agnatis testatoris cum præteritione feminarum in propinquiori, vel æquali gradu, non minus feminæ censeantur exclusæ per nomina propria, quam per ciuilia, & collectiva masculorum, agnatorum, &c. imò magis, & robustius per propria, vt ex alijs docet Franc. Viu. decis. 414. nu. 14. lib. 3. & sequitur Petr. de Luna in ter consil. diuers. Sicul. illustr. conf. 47. num. 45. atque ex hac exclusione fe-

14 minarum, & vocatione agnatorum etiā per nomina propria facta absq; masculinitatis expressione pueniat, & colligatur urgentissima cōiectura, quod testator rationem agnationis conseruandæ habuerit, ac propterea feminæ in ulteriori gradu à testatore, quamvis sint institutorum filiae, nullatenus sub conditione si sine filijs ad exclusionem substituti agnati continentur, vt cum veriori, & receptioni sententia comprobatum extat ad Conclus. Filiam ex multis in ea allegatis, & præcipue ex dicto de Luna vbi supra à num. 38. vbi in terminis satisfactione contrariorum ita fatur; non obstat illud, quod cùm testator vocauerit Antoninum, & Ioānem Bapti stam per nomina propria, & non per dictiōnem masculorum, & fortius cùm in nulla parte testamenti facta fuerit mentio masculinitatis, non videtur re-

specifice

spexisse ad qualitatem prædictam, sed solummodo ad filiationem, ut per Giurb. in d. decis. 32. num. 1. nam respondeo, 15 quod ultra quod hoc dictum aduersatur de directo menti, & opinioni omnium supra allegatorum Doctorum, dum dicta conjecturam, fundant solummodo ex tacita mente resultante ex sola ipsa exclusione proprietatum filiarum, quae erant proximiores nepotibus, & pro diversa conjectura eam constituunt ab illa alia, quando testator vocavit filios cum qualitate ipsa masculinitatis, seu de ea faciendo sepius mentionem, in aliqua parte testamenti arguendo tunc repetitionem ab uno loco ad alium, ex Menoch. Mandel Honed. Socin. iun. Decian. & multis alijs, quos citat, & confirmat in subsequentibus, vindendus, quia latè, & benè ad propostum discurrit.

Ex quibus resultat, & evincitur, allegata ex opposito nec tuta, nec vera esse; quidquid verò de eis sit in eo euētu, in quo masculinitatis qualitas nullatenus enunciatur, quod attinet ad casum nostrum illud certum, & indubitatum est, Fusarium, & alios ab eo citatos neutiquam loquutos esse, quando masculinitatis qualitas in aliqua testamenti parte 16 expressè posita est; quapropter ab uno casu ad alium agere, & arguere, minimè licet, cum nulla ex diuersis ilatio bona fiat. I. Papini anus exuli ff. de minoribus cum similibus.

Idem quoquè facit satis ad Alex. Simon. de Praet. & Sfortium Odo secundo loco ex opposito relatos, ut ex sui leitura constat, & præcipue vltimi, qui in consilio allegato 46. nu. 51. cum seqq. illud pro constati supponit, expressionem masculinitatis, nec per verbum quidem in eo testamento, de quo agit factam fuisse, & concordat Giurba d. decis 32. sub nu. 20. per hęc verba, quid enim impedimento semel dixisse de masculis, vnde potius in favorem, quam in odium referri, & allegari debent.

17 Aliud verò, quod testator non ex ratione conseruandæ agnationis, sed ex affectione particulari, vel alia causa motus fuerit ad substitutionem, & fideicommissum, neutiquam in casu proposito probatur per Doctores ex aduerso citatos. Decius etenim in conf. 511. in eo euētu loquitur, in quo heres fuit grauatus restituere sub conditione si sine filiis masculis decesserit, illudquè maximè ambigi contigit, an filij masculi in conditio ne positi tam vocati, quam grauati restituere nepotibus fauore agnationis dijudicari deberent, qui casus longè distat, & differt à nostro. itē Socin. iun. & Sfort. Oddo de alio pertractant casu, in quo feminæ neutiquam exclusæ, sed potius expressè vocatae 18 fuere, agebaturquè non de restituitione totius, & integræ hereditatis, sed unius portionis, vel legati, ex quibus agnationis consideratio valde excludebatur, ut manifestè colligitur ex dictis eorum, & præcipue ipsius Oddo, qui masculinitatis mentionem in testamento nullatenus factam supponit, & ad exclusionem agnationis considerat, uxorem, & filias ad duas partes hereditatis vocatas fuisse, & ad tertiam dumtaxat nepotem agnatum; ac propterea ex dispositis in testamento colligitur, testator motum ex alia causa, quam agnationis, eam tunc cessare, non inuite fassum, concessum, & edictum extat ad Conclus. Filiam.

Ex ea ergo, & alijs deductis ad aliā Conclus. Nepotes patet satisfactio ad Molin. & Alvarad. quos priori loco pro se aduocat Lara d. num. 83. cum post relatū oppositum, quod scilicet alijs ex causis potuerit moueri testator, ambo concludant, quod si verisimilitè neutrā potuerit alia ratione moueri, quam agnationis conseruandæ, dubio procul ex ea tunc motum dicendum erit, quemadmodum in casu de filiis nascituris, de quo ad Conclus. Nascituros.

- 19 In casu autem nostro ex nulla alia ratione, quām conseruandæ agnationis testatorem permotum, cum receptissima sententia ad caput sufficienter probatum, & confirmatum appareret, ex eo maximè, quod testator fēminas propinquiores, vel saltim in æquali gradu cum masculis iam natus, & cognitas propter illos præteriit, concurrente masculinitatis expressione in aliqua testamenti parte, quo casu nullus ex Doctoribus ad oppositum citatis cōtrarium probat, nec affirmat, namq; Molina, & Alvarado, & ipsemet Perez de Lara, de eo dumtaxat pertractant casu, in quo licet supponant, masculos fuisse vocatos, & fēminas exclusas, nullam tamen mentionem faciunt de fēminis natis, & cognitis, in quo præcipuum nostri casus fundamentum consistit.
- 20 Casanate verò vltimo loco relatus casum illum similitèr à nostro diuersum enunciat, in quo principalièr dubitatum fuit; an filij in conditione positi vocati, & grauati existimari possint per rationem conseruandæ agnationis, contra quam ipsemet Casanate in eodem conf. 4. in quo ad oppositum citatur, considerat sub nu. 233. vers. & illa qualitas, ne ut quām agnatos, sed cognatos ad fideicommissum vocatos fuisse: & contra eundem Casanate concinunt notata ex eodem per Ioseph. Ramon. d. conf. 15. num. 14. vbi rem iudicatam pro nostra opinione, allegat videndus. Ex eisdē paritèr diluitur, & eruatur cōfīlīum 81. Caroli Bardel. ex aduerso allegatum, præcipue cūm in confilio 148. vol. 2. nu. 3. ex eo solo defendat cum receptiori sententia, de qua testatur, habitam fuisse per testatorem agnationis conseruandæ rationem, quod proprias filias sola dote relicta ab hereditate exclusit, dicitquè, tunc neprem ex filio herede id nullatènus præstare, vt per eam conditio, si sine filijs deceperit, deficiat.
- 21 Tertium oppositum ex eo, quod

expressio masculinitatis facta neutri quām fuerit absolute, & per viam regulæ; etiam si pro nunc concedatur, sive præjudicio tamen, de quo ad Conclus. Expressionem, at de iure allegata nullatenus officiunt, propterea quod masculinitatis expressio absolute, & per viam regulæ facta fideicommissum ita agnatitium reddat, & operetur, vt omnes. fēminæ exclusæ, omnesquè masculi etiam in conditione positi cum omnibus eorum descendentibus in perpetuum vocati, & grauati censeantur; ita quod extēdatur ad personas non nominatas, nec vocatas fauore agnationis, ac propterea passim fideicommissum agnatitium, perpetuum, & absolute compelletur ab eisdemmet Doctoribus ad oppositum allegatis. At non indè sequitur, nec dici potest, quod in fideicommisso temporali nequeat haberi ratio conseruadæ agnationis quodad certas personas expressè à testatore honoratas, & prædilectas, ita quod eorum respectu ex illa ratione 22 fēminæ censeantur exclusæ, sed non extēdatur vtrà personas nominatas, nequè positi in conditione vocati, multòquè minus grauari intelligantur, vt constat ex eisdemmet Doctoribus, & signantèr ex Casanate tam in confilio 4. num. 217. quām in conf. 38. num. 89. in quibus laudatur per Laram d. num. 84. vt penè eum vide re licet. Supponit enim tūm is, tūm etiam alij ab eo, & à ceteris allegati, quod iam dictum fuit, duplicitè in fideicommisso contingi, agnationis conseruadæ rationem per testatorem haberi: uno modo absolute, & per viam regulæ, & est fideicommissum agnatitium perpetuum: altero modo temporaliter, quodad certas tantum personas, & est tempore fideicommissum, de quo latè post pēnè infinitos, quos citat per D. Ioann. Baptistam Larrea d. decif. 53. num. 26. & est bona decisio Rot. Roman. in terminis apud Puteum lib. 2. decif. 175. vbi in-

sub-

substitutione restricta ad certos gradus sub conditione si sine filiis masculis deceperit habitam tuisse rationem agnationis conseruandæ deciditur.

23 Quapropter supposito, quod in casu nostro neutquam peractum fuerit primo modo; ad suatum iustificationem sufficit, quod altero modo contingat, ad hoc ut filia primi heredis sub conditione si sine filiis nullatenus contineatur ad exclusiōnem agnati exp̄s nominati, & pr̄dilecti cum pr̄teritione feminarum iam natarum in propinquiori, vel saltim æquali gradu respectu testatoris existentium, nequè in hoc casu aliquis ex citatis ad oppositum conclusionem impugnat, nec probabili ratione impugnari potest, propterea quod tunc masculinitatis repetitio non egrediatur, nequè extendatur vlt̄r̄ personas exp̄s nominatas, hocquè potissimum est, quod pr̄fati Doctores principaliter contendunt, nē fideicommissum tempo-

rale fauore agnationis fiat perpetuum per solam expressionem masculinitatis, nisi fiat absolute, & per modum regulæ, & ita excludatur extensio, & repetitio vlt̄r̄ personas nominatas. in his itaq; pr̄cisis terminis procedunt tradita per Ioachim. Scain. decis. Bonon. 2. num. 58. & 63. principaliter enim in ea decisione agebatur de extensione fideicommissi ex coniecturis, an scilicet positi in conditione vocati, & grauati existimari poterat, vlt̄r̄ quod ibi substitutio, non sub

25 conditione filiorum, sed liberorum concepta fuerat. Propter autem huius verbi liberorum proprietatem nullam habendam esse rationem cōiecturæ agnationis, contendit ipse Scain. ibi num. 63. cum seqq. & in fortioribus terminis vrget definitio Anton. Fabr. 10. lib. 6. tit. 25. in Cod. de qua actum fuit ad Conclus. Filiam.

26 Quod verò concludit Lara eod. num. 84. in fine ex Peregrin. de fideicommiss. art. 25. num. 33. quod quali

tas masculinitatis posita in una oratione inter certas personas, non extendatur ad personas nominatas in alia oratione, & clausula, etiam si concedatur, casum nostrum circa diuersas orationes, & clausulas versari; at tamen ex firmatis superius declarandum venit, quando nulla alia extat coniectura pro repetitione; sed ad casum nostrum satis dictum, & probatum extat, aliam quoq; coniecturā concurrere, exclusionem videlicet feminarum propinquarum, quas iam habebat testator, eamquè sufficere ad repetitionem conclusiū, in specie firmat idem Peregr. in eod. art. 25. ubi post relatos multos num. 34. contra oppositum ex num. 33. tandem num. 35. vers. conclusiū ita tradit, non céseri repetitam masculinitatis qualitatē inter diuersas personas, & gradus, nisi aliæ concurrant coniecturæ, exclusionis scilicet feminæ propinquioris, quæ sunt verba formalia illius, cū alijs, de quibus apud ipsum.

27 Ultimum oppositum de expressione masculinitatis in ultimis, & sequentibus gradibus, neutquam ad priores, & antecedentes referenda, & protrahenda ex eodem Peregr. & Ramonio, nullatenus pariter casum nostrum percutiunt, propterea quod extrà eum loquantur, nullam etenim de exclusione feminarum, principiū propinquarum iam natarum mentiō nem faciunt, in qua quidem exclusione cum expressione masculinitatis in quacunq; parte testamenti facta consistit vis, & fundamentum illius, per rationem allegatam agnationis conseruandæ, quæ indubitanter ex illis deducitur, & euincitur, ad eamq; nil refert, quod masculinitatis qual-

28 tas exprimatur, siue in antecedentibus, siue in subsequentibus; indistinctè ergò ubi agitur de agnatione cōseruanda, repetitionem masculinitatis concedunt, tam Peregr. eod. art. 25. num. 47. cum multis, quos citat, quam Vincet. Fusar. ubi suprad. quæst.

403. num. 12. cum ceteris ad calum nostrum superius citatis. Oliverius quod Estram. in addit. ad decis. Ludouis. 514. num. 17. per decisionem, quam refert coram Buratto, quae in istius volumine est decis. 282. tom. I. affirmat, ab opinione exclusiva repetitionis Rotam recedere in casu, in quo tacite colligi potest, habitam fuisse rationem conseruandæ agnationis.

His accedat, & addatur, quod Peregrinus d. num. 48. ad oppositum allegatus de eo præcipuo casu pertrahat, in quo qualitas masculinitatis fuit in sequentibus expressa inter personas diuersæ conditionis ab his, quæ in antecedentibus vocatae fuere; ubi nimis post vocationem descendentes vocantur, & substituuntur collaterales cum pœfata qualitate masculinitatis, tunc ergo optima ratione secluso casu, in quo de conseruatione agnationis agatur, masculinitatis qualitas in sequentibus posita nullatenus protrahenda erit ad gradus, & vocationes antecedentes, quia inquit Peregrinus (& sūt verba illius) sic leaderetur ius feminarum descendantium, quas testatorem verisimile est proposuisse transuersalibus masculis. In casu autem nostro expressio masculinitatis quamvis in ultimis substitutionis gradibus facta sit, & inter personas diuersas, sed nō inter personas diuersæ conditionis; omnes liquidè nepotes sūt ab uno fratre, & filij dumtaxat eorum in conditione positi; in quo speciali casu idem Peregrinus sub eodem art. 25. nu. 30. cum seq. cum receptissima sententia, de qua testatur, nostram sententiam approbat, corroboratque, quando videlicet masculinitatis expressio in diuersa oratione fit, atq; de sui repetitione peragit in eadem persona, seu in eadem personarum cōditione, iuxta ea, quæ subdistinguit d. nu. 30. & in individuo nostri casus. num. seq. ita ampliat, ut procedat conclusio,

etiam quod in capitulo sequenti mēto de masculis facta fuisset, nam adhuc sumenda erit declaratio, & facienda relatio pro repetitione masculinitatis ad partem antecedentē, in qua de filiis simplicitē aīum fuisset, per Doctores, quos citat. Ex quibus clare liquet, & constat, dicta per eum sub d. num. 48. ad oppositum citata sub alio membro suæ subdistinctionis, de quo à num. 33. discurrevit, intelligi, & declarari debere, ut procedant inter personas diuersæ conditionis, in quibus militat diuersa ratio.

In casu autem nostro, etiam si qualitas masculinitatis posita dumtaxat reperiatur in ultimis, & sequentibus gradibus inter nepotes nascituros, vel tamen ad repetitionem inter nepotes iam natos in antecedentibus vocatis suader eadem ratio, cum, ut dictum est, omnes sint filii eiusdem personæ; inter filios ergo eiusdem personæ masculinitatis repetitioni locum esse constat ex multis, quos citat Fusar. In pœfata questione 403. num. 19. nec non in hac materia Rotam Romanam eam distinctionem amplecti solitam esse, ut quando fit mentio filiorum eiusdem personæ, qualitas masculinitatis repetita censatur: secùs autem si mutaretur persona eius, de cuius filijs agitur; testatur, & comprobatur Iann. Franc. Ferentil. in addit. ad d. decis. Buratti 282. num. 19. nullaq; probabilis differentie ratio reddi potest, cur in casu nostro filiæ nepotum non natorum in conditione positæ per expressionem masculinitatis exclusæ fuerint, neutiquā vero filiæ iam natorum, in quo evenit eadem Rot. Roman. ad pœfataam decisionem Ludouis. 514. num. 8. repetitionem planè admittit, partemque vnam testamenti ab alia declarari in specie firmat, & post Pelaez ita conciliat opiniones contrarias Baltass. Thomas. et al. 9. 11. 17. de interpr. Major. cap. II. num. 16. & concordari etiā

possunt aliæ opiniones cōtrariæ, quas ibi cap. 16. num. 21. cum seq. refert. super eo, an præcedentia magis influat ad sequentia, quām è contra, quem admodum generaliter ex alijs docet Joann. Castill. Sotomaior quotid. controvers. tom. 4. cap. 9. num. 39. cum seqq. nimirūm, quòd & si potior sit clausula præcedens ad influendum, quām subsequens ad refuendum; id tamen cessat, & corruit, quando nulla subest differentia ratio: concurrenti verò eadem, vel maiori ratione extensionem tām ad subsequentem, quām ad præcedentem fieri debere, specialiter ad casum nostrum ex Crauett. & Socino tradit Anton. Faber in Cod. sic. 6. lib. 15. defin. 4. num. 5. in fine.

Quinimmo si accuratius attendatur casus nōster, potiori ratione filii nepotum iam natarum exclusi censerri debēt, quām filii nasciturorum, propterea quòd isti fauore pia causa tantum vltimo loco vocati, substitutæ; exclusi fuerint, alii verò filiorum iam natarum tām fauore eiusdem pia causa, quām fauore agnationis propter patruos anteriori loco vocatos, at de hoc latius ad Conclus. Pia causa.

## ARGUMENTVM.

Appellatiōne simplici heredū in fideicōmissō successiō, & perpetuo per testamentū ordinato heredes dumtaxat sanguinis contineri, nec esse necessariam qualitatem hereditariam, & successionis bonorum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Heredes sanguinis continentur in simplici heredum appellatiōne per successiōnē fideicōmissū, nec qualitas hereditaria, seu successionis bonorum est necessaria.
- 2 Descendentes per simplex fideicōmissū vocati non admittuntur, nisi simul qualitatem hereditariam habeant, secūs si in perpetuo vocentur fideicōmissū.
- 3 Peregrinus, & Fusarius, ille in cons. 56. & 108. & iste de fideicom. substitut. quæst. 340. oppositum sentientes, reūciuntur.
- 4 Concursus veriusq; qualitatib; sanguinis nēpē, & hereditaria requiritur, si adhuc in fideicōmissū verbum, liberi heredes, vel descendentes heredes, propter presumptam testatoris mentem.
- 5 Presumptio testatoris mentis in fideicōmissū perpetuo cessat, & quare de ea, qua in num. anteced. consuebat, in simili fideicōmissū non habeatur.
- 6 Presumptio fortior de iure tollit aliam debiliorē, & una tollit aliam.
- 7 Presumptio perpetui fideicōmissī sufficiens iudicatur ad excludendam qualitatem hereditariam.
- 8 Proprietas vocabuli non attenditur, si verba sumi propriè non possunt, & si in contrarium de disponentis voluntate appareat.

## D E C I S I O XXXVI.

- I
- 
- Ereditibus simpliciter vocatis per testamentum ad fideicōmissū successiōnē pro descendantibus, seu etiā pro heredibus sanguinis ordinatum, non esse necessariam qualitatem hereditariam, & successionis bonorum. Conclusum, & deci-

sum

sum fuit die 18. mensis Ianuarij anni 1636. in causa inter nobilem Angelam Sanctiust. & Scarchioni. & Nicolaum Scarchiom me referente. Actuario Iohanne Antonio Polla. Per doctrinam claram Peregrini in conf. 68. num. 4. vol. 5. vbi opinionem Bartoli ad l. ex facto q. ultim. ff. ad Trebell. quod de scandentes vocati ad fideicommissum non admittantur; nisi simul qualitate hereditariam habeant, quam magis communiter receptata dicit Jacob. Menoch. conf. 958. num. 13. vol. 10. declarat, procedere, & veram esse in simplici fideicommisso; secus autem in fideicommisso perpetuo, per Doctores, quos citat, & faciunt multi alii per eundem Peregrini. citati pro hac opinione, quod non requiratur qualitas hereditaria in tract. de fideicommiss. art. 32. num. 9. vers. sed contra, qui in casu perpetui fideicommissi loquuntur; & addendi sunt alii, de quibus late per Vincent. Fusar. de fideicommiss. subdit. quæst. 340. num. 1. & cum eo, & alijs nouè post hæc scripta viuis transit Erato. Censul. ad Peregrini. vers. secundad obseruo, an quando fol. 325. ita hæc opinio conciliatur cum contraria, de qua late etiam per eundem Fusar. ibi num. 4. vbi licet pro ea opinione contraria referat nonnullos, & signanter eundem Peregrini. in conf. 56. num. 9. & conf. 108. num. 8. in fin. lib. 3. qui eam tenent etiam in fideicommisso perpetuo, & ordinario de herede in heredem.

Sed animaduersione dignum est, eos fuisse loquutos in casu, in quo ad fideicommissum heredes non simpliciter vocati fuerunt, prout in conclusione, sed coniunctim cum alio verbo, videlicet liberi heredes, vel descendentes heredes, vel per alia verba similia, quia tunc ad evitandam superfluitatem, & ut aliquod operetur verbum heres ex verisimili mente disponentis necessarius est utriusque qualitatis concursus, ut in Conclusio ne Descendentibus: at in casu nostræ

cōclusionis cūm simpliciter verbum heres proferatur, tam & si similis cursus requiratur in simplici fideicommisso; sed non in successivo, & perpetuo. Ratio autem differentiæ inter casum, & casum virgens ea visa fuit, quod in fideicommisso simplici, cūm nihil repugnet, vt proprietas verbi bredis suum sortiatur effectum, quod ad qualitatem hereditariam, etiam si ad heredes sanguinis restricta sit, facienda est minor impropriatio, quam fieri possit, vt voluit Alciat. responso. 10. num. 15. lib. 9. cum alijs, de quibus per Doctores citatos per Fusar. vbi supra à num. 5. usque ad 9.


Sed in fideicommisso perpetuo repugnat præsumptio, quæ pro illius successione facit, vt regatur iuxta ordinem succedendi ab intestato, de qua late per eundem Fusar. in eodem tract. q. 481. num. 1. nam & si hæc præsumptio cœsset, vbi aliter fuerit ordinatum expresse, vt in num. 2. & num. 9. at in dubio illa tenenda est, etiam impropriatio in totum verbo herede, siquidem, quod de illius proprietate seruanda dicitur, procedit in dubio, & vbi aliud non repugnat. Verum data repugnancia cum dicta præsumptione, hæc præualere debet, cūm maior deliberatio, & voluntatis determinatio colligatur ex ordinatione perpetui fideicommissi, quod illius successionem, quam ex eo, quod in eo verbum heres fuerit prælatum, & de iure una præsumptio tollit aliam, & fortior debiliorem, maximè cūm supponatur in partē à proprietate illius verbi recessum fuisse, vt de heredibus sanguinis dumtaxat intelligatur, vnde ad excludendam qualitatem hereditariam bonorum sufficiens iudicanda est præsumptio ex fideicommisso perpetuo, per tradita à Guid. Pap. quæst. 548. num. 2. & à D. Ludou. Peguer. decis. 19. nu. 9. par. 2. vbi tres limitationes tradunt, ad hoc vt à proprietate vocabuli recedatur, & duæ priores pro ratione faciunt.

8 Primò, quando verbum non potest sumi propriè. Secundò, quando apparet de voluntate disponentis, etiam coniecturata in contrarium, ut ibi probat, & de hoc ultimo per D.Ioan. Castill. Sotomaior quotid. controv. cap. 145. num. 36. tom. 6.

Hec itaqùe ratio potior est illa, quain Doctores pro nostra conclusione considerant, de qua per Fusar. d. quest. 341. num. 1. in fine, quòd si requiratur qualitas hereditaria, sequeretur euersio fideicommissi, quia descendentes heredes non possent reuocare alienata à patre grauato, per Doctores, quos citat, de cuius satisfactione agitur in d. Conclus. Descendentibus, vbi etiam ostenditur, nonnullos relatios per Fusar. id. quest. 340. num. 4. qui in fideicommisso etiā perpetuo de herede in heredem amplexi fuerunt opinionem, quòd requiratur qualitas hereditaria bonorum, locum habere; non vbi simpliciter verbum heres fuit prolatum, prout in hac nostra conclusione; sed cōjunctionem cum verbo liberis descendebus, vel alio; & hæc notanda sunt, quia ita ad concordiam reducuntur opiniones, quæ alijs videntur contraria.

## ARGUMENTVM

Quæstioni torturæ locum fieri aduersus certum homicidā ex personæ, & delicti qualitate, ad hoc vt socios, & mandantes declaret.



## S. V. M. M. A R I V. M.

- 1 Tortura dari potest homicide certo, qualitate delicti, & persona attēta, ad hoc vi socios, & mandantes declareret, si contra eum rulis insurgat presūptio.
- 2 Qualitas delicti, & personæ ponderari semper debet.
- 3 Delinquentes, si causa, quare deliquerunt, non appareat, possunt per torturam compelli; et fortius personæ viles, in quibus adest presūptio, quòd absq; socij suasione id non commisserint.
- 4 Qualitas delicti, & personæ vehemens presūptio est, si sit commissum alterius mandato, vel cum socijs.

## D E C I S I O . XXXVII

- 1 Omicidam certum vbi patrati sceleris causa non appareat, & fui, & occisi qualitate accen- ta insurgit presūptio, quæ verisimilitèt iudicis animu- mouet ad credendum, de mandato alterius occidisse, tametsi aliter de mandato non constet post condemnationem ipfius, vt mandatores, & consocios revelet torturæ acriter su- biciendum fore. Conclusum, & exequutum fuit die 14. mensis Februarij anni 1634. propter homicidium D. Phi- lippi Masonis in personam Didaci Per- ro dolearis. Oppidi de Quart, qui sta- tim mandatarios manifestauit, referē te nobili D. Gaspare Pira. Scriba Pau- lo Ribera in criminalibus. Per doctri- nam Salicet. in l. fin. C. de accusat. sub num. 5. vbi qualitatem delictorum, & personarum esse pōderandam dicit, quia si persona inquisita est seruilis, tunc interrogari potest de mandato- ribus, & socijs, nam tales personæ, vt plurimum tanquam meticulosi sine socij suasione, & mandato non con- sueruerint magna delicta tentare, per iura, quæ citat, & sequitur Anton. Go-
- 2 mes.

*mes. variar. resol. tom. 3. cap. 12. nū. 17.*  
*in princ. & in fine, ex eodem Salicet.*  
*dicit, quod si reus accusatus nō sit de-*  
*clarare in casibus, in quibus potest*  
*interrogari, compellitur per torturā,*  
*dūmtamen præcedat contra eum*  
*præsumptio, vel indicium, quod in-*  
*teruenerunt cum eo socij; sed latius*  
*cum alijs prosequitur AEgid. Boffius*  
*in sua pract. crimin. sit. de iudic. &*  
*considerat. tortur. num. 145. vbi in fine*  
*ait, quod cōsiderationes Saliceti ser-*  
*uantur in effectu, & nū. seq. aduertit,*  
*quod licet quis esset liber, & delictū*  
*poruisset à se solo committi; si tamen*  
*ille vilius esset, & causa nō apparete,*  
*quarē id fecisset, adhuc posset inter-*  
*rogari, argumento eius, quod dicitur*  
*de seruo, & ita quotidie seruari con-*  
*cludit, & latissime etiam comprobat*  
*Prosp. Farinac. de indic. & tortur.*  
*quaest. 37. nūm. 154. cum seq. vbi am-*  
*plicat, procedere etiati in persona nō*  
*vili, quando nulla potest considerari*  
*causa, propter quam delictum illud*  
*commiserit, ex Iulio Claro, & Flamin.*  
*Cartar. cum quibz de communī opī-*  
*nio re, praxi, & obseruantia testatur.*

Sed hæc tanquam nimis generalia  
 placuit Dominis esse temperanda, &  
 restringenda iuxta doctrinam ab ini-  
 tio relatam ex Salicet. vbi attēta qua-  
 litate personarum, & delictorum in-  
 surgit vehemens, & verosimilis præ-  
 sumptio, quod fuerunt commissa cū  
 alijs, vel de mandato alterius, prout  
 ita restringit, & declarat ex D. Ludou.  
 à Peguer. decif. 5. nū. 19. & 20. ex alijs  
 idem Farinac. consil. 99. num. 36. vol. I.  
 vbi scilicet præcedunt indicia parti-  
 cularia, quæ quidem ex qualitate  
 personarum, & delictorum petenda  
 sunt, vt in seruo probant iura citata  
 à Saliceto d.n. 5. & à Farinac. d.n. 154.  
 & signanter l. & si certus, ff. ad S. C.  
 Syllani. vbi, et si certus sit percussor;  
 tamen habenda est quaestio, vt cedis  
 mandator inueniatur, & in l. prius, ff.  
 cod. vbi prius de se familia torquen-  
 da est, et si confiteatur, tunc interto-

getur, quo mandante flagitium com-  
 missum sit, & si uant Grammat. decis.  
 28. num. 11. & Menoch de arbiter. Iud.  
 casu 474. n. 37.

Licet enim eos improbet D. Ludou.  
 à Peguer. d. decif. 5. nū. 10. existimans,  
 seruum de nece domini inquisitum  
 ob hoc solum, quod de se confitetur,  
 neutiquam posse de socijs, & parti-  
 cipibus interrogari, nisi alia præce-  
 dent indicia, & diffamatio particula-  
 ris; sed hæc interpretationem adyaxe.  
 in l. prius diuinare dicit Menoch. in-  
 addit. ad casum 474. d. num. 37. & con-  
 tra Pegueram stat recepta practica, &  
 communis Scribentium opinio, de-  
 qua suprà, & nulla sane ratione fundi-  
 dari potest: quod indicium alijs ex  
 extrinsecis qualitatibus sumptu-  
 sufficiens sit, ad hoc ut reus de se. cō-  
 fessus pro complicibus questioni tor-  
 turæ subiectatur. Indicium autem ex  
 intrinseca qualitate personarum, &  
 delicti resultans, idem operari ne-  
 queat.

## ARGUMENTVM

Probationem ad pascēdi serui-  
 tutem legitimè constituendam, quod non iure alleño,  
 sed proprio vsus sit, nullaten-  
 nus esse necessariam, suppo-  
 sito vsu per tempus imme-  
 moriale.

## S V M M A R T V M

1. Seruitus pascēdi ad hoc ut iure con-  
 stituta censeatur, tempus immemo-  
 riale sufficit, nec alia probatio est ne-  
 cessaria.
2. Petr. Paul. Parif. Ioann. Viac. Hon-  
 ded. & Ioann. Koppen, sententes

opposi-

- oppositum reprobantur.
3. Seruitutis ius probari necesse est, si de diuturna, & longa præscriptione agatur, secus si tantum tempus sit, cuius initij memoria non extat.
4. Tempus immemoriale non prodest in illis, quæ ex amicitia, & familiaritate continentur.
5. Præsumptio familiaritatis, & amicitia cessat ex pluribus multiplicatis actibus per tempus immemoriale.
6. Præscriptio immemorialis impeditur in iure pascendi, si in eius concessione ad sit libertatis, vel familiaritatis præsumptio.

## DECISO XXXVIII.



I. Memoriale tempus sufficere ad hoc ut seruitus pascendi iure constituta censeatur, quamvis omittatur probatio, & non alieno iure, sed proprio usus sit. Conclusum, & definitum fuit Die 28. mensis Novembris anni 1634. me referente in favorem Sacerdoti Ciuitatis Ecclesiærum. contra D. Franciscum Gessa domicellum. Actuario Ioanne Baptista Massida notario. Per text. in l. 1. S. vltim. ff. de aqua. plu. arcend. & in l. 3. S. ductus aquæ, ff. de aqua. quotid. & astiu. quos ita explicat, & declarat subtiliter more suo Anton. Fab. coniectur. lib. 19. c. 11. per eosum, & tamen Hugo Donell. in suis commentar. sur. ciuil. tom. 1. lib. 11. cap. 11 in fin. ibique in annotatione Osuald. Hilliger. propè finem. firmavit etiā Senatus Sebastianus apud eundem Fabru. in Cod. lib. 3. tit. 24. defini. 9. & sequitur Ioann. Petr. Fontanell. de prædictis nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 16. sub nu. 86. vers. notanda est. Ex quibus hanc opinionem veriorem esse resultat.

2. Nec obstat quod ceteratam ruerent. Retr. Paul. Paris. consil. 27. nu. 111.

vol. 1. Ioann. Vincen. Hondeanus cons. 79. num. 51. vol. 10. & Ioann. Koppen decisi. German. quæst. 57. cod. num. 57. Propterè quod nonnulli ex citatis per eos nullatenus ad rem faciant; alij vero, qui in maiori numero sunt, in eo casu loquuntur, in quo de diuturna, & longa præscriptione pertrahatur, in qua ad obtinendum admittit Faber neutiquam sufficere simpliçem allegationem usus tanti temporis, nisi etiam allegetur, & probetur ius seruitutis, quod longiori calamitate firmavit Steph. Gratian. discept. forens. cap. 68. 1. num. 33. vol. 4. ubi binas decisiones Rotæ Romanæ refert: Sed in præscriptione immemoriali aliud secat Cœnæt. citatus à Koppen ubi supra in cons. 226. num. 3. ubi à simili agens de seruitute viæ per tradita à Guido. Pap. quæst. 408. dicit, quod ad ius præstationis annuæ debet allegari causa in specie, quæ sit idonea, & sufficiens, licet necesse non sit eam probare, sed præsumatur ex lapsu temporis, nisi sit tantum tempus, cuius initij in ceterarium memoria non extat, quia tunc non requiritur allegatio causæ.

Cœteri autem ex contrarijs de his iuribus peragunt, quæ in mera facultate consistunt, quæque sepiissime ex amicitia, & familiaritate conceduntur, prout Mascal. de probatione. o. 3. conclus. 1214. à nu. 11. citatus ab eodem Koppen, in quibus verum est, immemoriale tempus non prodest, per rationem ab eo traditam nu. 12. nisi conjecturæ suadeant contrarium, vel allegetur titulus, ut in duobus numeris seqq. Quod autem conjecturæ isto casu sufficiant, latius prosequitur Ludou. Casan. cōs. 39. à n. 48. Sed actus pascendi non est merè facultatius, saltim in Regno, in quo variaz indicitæ sunt mulæ, & prohibitions factæ aduersus pascentes animalia in prædijs alienis, ac propterè frequentè non nisi facta locatione, & soluta mercede concedi solet; Vnde subiungat doctrina communis, relata ab

codem

5 eodem *Mascard.* à nu. 3. quod ex vni-  
co actu acquiratur possessio, vel etiā,  
si promiscuū esse supponatur, ex plu-  
ribus multiplicatis, & totiēs repetitis  
per tempus immemoriale præsum-  
ptionem libertatis, amicitiae, & fami-  
liaritatis cessare, dubitandum nō est,  
per tradita ab eodem *Mascard.* ibi  
num. 8. cum seqq. vnde nu. 10. ex alijs  
dicit, quod in his promiscuis actibus  
plurimum debeat versari arbitrium  
Iudicis. Contraria ergo dumtaxat  
vera esse possunt, vbi cunq; ius pascē-  
di ex familiaritate sēpissimē etiā per  
tempus immemoriale concedi solet,  
vt in compascuis vicinorum mutuis,  
de quibus loquitur *Koppen* vbi supra  
nu. 58. cum seqq. aut vbi cunquē pro-  
6 batio, vel præsumptio libertatis, &  
familiaritatis id suadet, vt declarat  
*Faber d. definit. q. num. 5. in allegat.* vbi  
in fine dicit, sufficere, vt, ab initio ta-  
lem fuisse, probetur, vel præsumatur,  
ad hoc vt vitium possessionis durare  
intelligatur; atq; ita præscriptio etiam  
immemorialis impediatur, vt ibi be-  
nē probat. In his itaq; terminis pro-  
cedit communis doctrina relata à  
*Koppen* loco totiēs citato num. 55. cum  
seqq. quod ius pascendi ex familiarita-  
re quæsitum, etiam per mille annos  
non præscribatur.

## ARGUMENTVM.

Indubitatum indicium ad po-  
nam ordinariam aduersus  
maritum insurgere, ex eo,  
quod post noctem, in qua  
cum vxore cubauerat, ianuis  
priùs per eum clausis absq;e  
fractura de mane per male-  
ficium interempta illa appa-  
ruit

## S V M M A R I V M.

- 1 Pœna ordinaria cōtra maritum insur-  
git, si post noctem, in qua cum uxore  
iacuerat, non fractio ostio per ipsum  
prius clauso, per maleficium uxori  
interempta reperiatur.
- 2 Minister, vel cœdis particeps præsumi-  
tur iacens ad pedes occisæ.
- 3 Indicia indubitata, & vehementissima  
non sufficiunt ad condemnandum,  
rīs sint ea, que de iure admissa, &  
approbata sunt.
- 4 Decisio Nicol. Boer. 261. & Marsil. in  
conf. 50. soluuntur.

## D E C I S I O XXXIX.

2  Ndicium legitimum, &  
indubitatum ad con-  
demnationē pœnæ or-  
dinariæ sufficiēs insur-  
gere, & resultare, ex eo,  
quod maritū cum uxo-  
re cubante in eodem loco, & came-  
ra, in qua nullus alius aditus patebat,  
præter ostium, quod ipse cluserat,  
mortua de mane fuit illa reperta per  
maleficium. Conclusum, & decisum  
fuit Die prima Septembris anni 1629.  
me referente ad fauorem Fisci procu-  
ratoris contra Didacū Palafoto. Actua-  
rio Paulo Ribera Scriba in criminali-  
bus. Per text. in l. excipiuntur, ff. ad  
S.C. Syllanian. cuius hæc sunt verba.  
Excipiuntur Senatus Consilio Sylla-  
niaeo impuberes, serui. Trebius ouietum  
Germanus legatus etiam de impubere  
sumi iussit supplicium, & tamen non  
fineratione, nam is puer nec multum à  
puberi etate aberat, & ad pedes Domi-  
ni cubuerat, cum occideretur, nec posset  
cœdem eius prodiderat, ut enim, ope-  
ferre cum non potuisse, constabat, ita se-  
lentium præstissime, postea certum erat,  
& ex his dumtaxat impuberibus Se-  
natus Consilio parci credebatur, qui ta-  
men sub eodem teclo fuissent: qui verà  
ministri, vel participes cœdis fuissent, et  
eius aetatis, quamquam nondum pube-

ris, ut rei intellectum capere possent, his non magis ex cede domini, quam in nulla alia causa parci oportere. Ecce ergo, quomodo de illo, qui cubuit ad pedes occisi, lex presumit, quod sit minister, vel particeps cedis, vnde idem à fortiori militat in marito cubante ad latus vxoris occise, præcipue clavis ab illo cameræ ianuis, prout in conclusione, tunc etenim vehementissimum, & indubitatum tale resultat indicium, quod ambigendum non sit, efficacem probationem facere, sufficereq; ad condemnationem pénæ ordinariæ, per l. fin. vbi Bald. & Salicet. C. de probat. Bart. in l. fur manifestus, num. 3. ff. de furt. Grammat. decis. 142. & Boer. decis 164.

3. Præsertim cum receptissima illa sententia, quæ tenet, quempiam non esse ex indicijs, quantumvis vèhemētissimis, & indubitatis condemnandum, de qua latè per Farinac. in sua praxi tom. 3. quæst. 86. à nu. 1. & Hieron. Cequal. pract. conclus. commun. contra commun. quæst. 337. vers. sed contraria, vno omnium consensu limitatur quodad omnes Iudices, tām supremos, quam infimos, vt non procedat in præsumptionibus, & indicijs admissis, & approbatis de iure, etiam quodad pénam ordinariam, & mortis, vt cum pénè infinitis firmat Farinac. ead. quæst. 86. nu. 52. quibus addendi sunt Ioann. Griuell. decis. Dolan. 93. num. 5. Petr. Cabal. resolut. criminal. 288. nu. 2. centur. 3. Mar. Mut. dec. 37. nu. 27.

Quod verò attinet ad supremam potestatem, & autoritatem, quam habent Regia Cōsilia, indubium est, eisdem licere per indicia hominis indubitata pénam ordinariam delicti, etiam si vltimi supplicij fuerit, infligere, & ad mortem condemnare, vt ex pluribus probat D. Franc. Hieron. Leo. decis. Valent. 125. à num. 33. vbi multas decisiones tām proprij Valētini, quam aliorum Senatum refert, & hoc ipsum practicasse, & pluriē

obseruasse nostrum in hoc Regium Cōsilium, constat ex multis rerum iudicatarum exemplaribus satis notorijs, adeò vt omnis de hoc dubitatio superuacanea sit.

4. Nequè obstat dec. Nicol. Boer. 261. cum Marsil. consil. 50. & Foller. in pract. crimin. §. dentur capitula, num. 1. & 59. pro dicto Palafoto adductis ad excusandum eum à pénā ordinaria. Quandoquidem in casu Boer. & aliorum non constabat, vxorem per maleficium interemptā, sed solum mortuam repartam fuisse, & quamuis aliqua cōcurrebant indicia, & præsumptiones ad maleficium, videlicet in casu Boerū depositiones vicinorum, qui dixerunt, se noctu istius audiisse, & defunctā huiusmodi verba sūmo clamore protulisse, Bernarde tu me occidis, vt clariū refert Papon. lib. 24. tit. 9. arrest. 6. & in consilio Marsiliū assertio, & confessio morientis, fama, & alia, de quibus apud eū, & aliquā ex eisdem apud Follerium vñā cum reuulione Peritorum de signis suffocationis repertis in gutture vxoris, quæ cūm à natura prouenire potuerint, & alia indicia non verē, nec plenē arguebant delictum, sed præsumptiuē, iure merito apud eos actum tantummodo fuit de tortura, quia nulla aderat Peritorum relatio de maleficio, & nece vxoris, prout in casu nostro, iuxta ea, quæ in Conclusione Peritis dictum fuit, Peritis credendum esset, & pro eis ius præsumere, & esse præsumptionem à iure approbatam, per quam non ad quæstionem, sed ad condemnationem pénæ ordinariæ profilire licuisset, nisi reus per exceptionem, & probationem adulterij excusationem meruisset, vt ad Conclus. Adulterium.

## ARGUMENTVM.

Donationem ab extraneo contemplatione certi matrimonij sine insinuatione validā esse.

## S V M M A R I V M.

1. *Donatio facta ab extraneo contemplatione certi matrimonij insinuatione non indiget.*
2. *Opinio D. Mar. Cutell. de donat. to. i. tract. i. discurs. 3. part. 6. afferentis, non habere locum conclusionem in donationibus, extraneis factis, enarratur, & reicitur num. 3.*
4. *Donatio facta contemplatione matrimonij in genere insinuatione indiget, secūs si sit facta contemplatione certi matrimonij.*

## DECISO XL.



I Nsinuatione non indigere donationem contemplatione certi, & determinati matrimonij, etiā ab extraneo factam.

*Conclusum, & decissum fuit die 15. Novembris 1644. me referēte in favorem Ioannis Mudado, contra Frāciscū Coassna Ciuitatis Sābaris. confirmata sententia illius Gubernationis. Actuario Ioanne Baptista Maffidda. Ex his, quæ in terminis post alios tradit Martin. Monter. decis. Aragon. 10. à num. 1. Cancer. varior. resolut. lib. 1. cap. 8. num. 3. & latiūs Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. à num. 2. alios etiam cumulat D. Mar. Cutell. de donat. tom. 1. tract. 1. discurs. 3. par. 6. nu. 17. qui omnes indiscriminatim loquuntur, nulla facta distinctione inter patrem, & extraneum.*

2. *Licet enim idem Cutell. ibi vers. quia respondet, & num. seqq. per nō nullos Doctores, & decisiones, quas*

refert aduersus hanc meam conclusionem, firmare videatur, in eo scilicet, quod ad præfatos Doctores pro ea citatos respondet, obtinere, & locum sibi vendicare in donationibus à parentibus in filios factis, quatenus causam necessariam supponunt; scilicet autem in extraneis.

3. *Verā tamen hæc illius sententia sanè intelligi, & declarari debet, vt obtineat in donationibus sine causa ab extraneis factis contemplatione, matrimonij in genere, neutiquam verò iuxta conclusionem, quando fiunt donationes contemplatione certi, & determinati matrimonij, quia tunc ipsummet matrimonium non tantum admixta habet causam publicæ utilitatis, quam in terminis considerat Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. de insinuat. donat. defin. 2. sed etiam continet interest omnium, qui cōsensum suum ad matrimonium præstiterunt, & principiū filiorum, & mulieris aliter non contracturæ, vt bēnē comprobat Monter. vbi suprà num. 7.*

Hanc autem esse veriorem opinionem, quod in donatione respectu certi matrimonij, indistinctè nulla requiratur insinatio, docet Rot. Roman. decis. 393. part. 5. num. 5. vbi ita pluriē decisum in Rota refert, & est notandum in casu istius decisionis, donationem ab extraneo peractam fuisse,

4. *& in 6. tom. eademmet decisio fuit confirmata, & latius comprobata in collectis per Rubeum decis. 58. nu. 49. cum duobus seqq. & conferunt tradita ad confirmationem eiusdemmet donationis in tertia instantia decis. 147. cod. 10. 6. & post multos firmat in terminis Stepb. Gratian. discept. forens. cap. 984. num. 25. & num. 26. vbi addidit Gabriel cons. 57. lib. 2. qui defendit contrarium, cumq; principaliter pro sua opinione refert, Cutell. vbi suprà respondet Gratian. eius opinionem procedere in donatione ob causam matrimonij impulsuam, & non finalē, & in matrimonio contrahendo*

in genere, non autem cum persona particulari, per prefatam decis. Monter. cum alijs per eundem Gratian. ibi num. 40. cum seq. & hanc opinionem post penè infinitos, quos citat confirmat idem Cutell. tom. 2. de donat. tract. 2. discurs. 1. spec. 4. num. 10. in fin. affirmat carere probabili dubitacione, & confirmat sub num. 12. vers. nec obstat Gabriel. & vers. Surdus vero, & vers. & reuera.

## ARGUMENTVM.

Donationem etiam iuratam absquè insinuatione vltra legitimam summam, præterquam si expressè fuerit renūciatum insinuationi, neutiquam valere.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Iuramentum non supplet insinuationis defectum in donatione vltra legitimam summam, nisi ei sit expressè renūciatum.*
- 2 *Iuramentum nil operatur seclusa expressa renunciatione in buiusmodi donatione.*
- 3 *Iuramentum regulatur secundum natura actus, super quo interponitur.*
- 4 *Iuramentum non extendit consensum, nec illum supplet.*
- 5 *Renuncatio generalis etiam cum iuramento non sufficit in his, qua renunciari non possunt, cum voluntas non versetur circa impossibilia.*
- 6 *Donans si iurat, insinuatione non obstante seruare contractum, iuramentum supplet illius defectum, cum vera questio sit, an renuncatio insinuationis iuramento firmetur.*
- 7 *Insinuatio de iure communis sufficit, ut si ex post facto interponatur.*

- 8 *Insinuatio potest intervenire in codem actu donationis, quamvis ex intervallo etiam fieri possit.*
- 9 *Insinuatio ubi post aliquod tempus requiritur, iuramentum non supplet illius defectum, nisi illi expressè fuerit renūciatum.*
- 10 *Iuramentum regulatur secundum species contractus.*
- 11 *Essentia actus conditionalis est, ut sit de futuro, non autem de presenti, vel de præterito.*
- 12 *Donans censetur se conformare cum legis dispositione, ne suos invalidos reddat actus.*
- 13 *Iuramentum ultra voluntatem non potest cum, qui fecit, obligare, cum non obliget etiam consensu non concurrente.*
- 14 *Clausula revocandi ad libitum, donationi inter viuos non contradicit.*
- 15 *Facultas revocandi adiecta per iuramentum non tollitur, nec obligatur donans ad non revocandum.*
- 16 *Defectus insinuationis donatarij culpe, non donantis adscribitur.*
- 17 *Expressum facit cessare tacitum.*
- 18 *Iuramentum supplet, ubi in specie renūciatur.*
- 19 *Iuramentum idem operatur in renunciatione in specie, ac si per verba equipollentia, ex quibus expressa colligatur.*
- 20 *Donans in dubio presumitur, quod se conformes cum dispositione iuris communis.*
- 21 *Opinio contrariorum huius decisionis themati distinguitur.*
- 22 *Iuramentum adiectum renunciationi generali individuam partis renunciationem, quando agitur de confirmingo actu nullo.*
- 23 *Opinio Medices in decis. 29. reprobatur.*
- 24 *Insinuatio non suppletur per simplex iuramentum.*
- 25 *Opinio, qua à capite nostra decisionis pro conclusione firmatur, communis suadetur, & quis sit auctorum, atq; Doctorū sensus, aperte demonstratur.*

- 26 Afferta per Mancin.de iuram.p.4.effect. 19.num. 10. soluuntur.  
 27 Renunciatio specifica insinuationis nō est necessaria absolute, sed sufficit, ut per equipollens expressa fiat.

## DECISIO XLI.



Insinuationis defectum, nisi ei fuerit expressè renunciatum in donatione ultrà legitimam sumمام per iuramentum nō sup-

pleri. Conclusum, & decisum fuit, referente nobili D. Francisco Corez die 9. mensis Martij anni 1633. ad favorem Antonie Matta, & Vacca, Oppidit de Villafor, contra heredes Sebastianae Marta eiusdem Oppidi. Actuario Ioanne Antonio Polla. Per motiuia Rotæ Senensis relata in decis. Florent. Hieron. Magon. 64. à num. 41. usque ad 58. vidēda, quia docte, & plenè nostram conclusionem verissimam, & receptissimam esse demonstrant, quamq; amplexam per Rotam Florentinam apparet in num. 38. eisquè addendi sunt Ioann. Baptis. Plot. conf. 79. à n. 6. Nicol. Mozzi. de contractib. tit. de substant. caus. quæ requiri in donatio. num. 21. Ioann. Harprecht. in addit. ad Iul. Clar. in S. donatio. quest. 18. vers. re- zenta igitur, Arism. Tepas. receptor. sentent. som. 2. tit. 495. cap. 6. vers. an- iuramentum, Steph. Gratian. discept. forens. cap. 231. num. 11. vol. 2. & cap. 531. num. 34. vol. 3. & Anton. Merend. controver. iur. lib. 1. cap. 13. num. 4. qui omnes plures alios cirant, & ita conciliari opinione dicit ex Boner. Anton. Gabr. commun. opin. lib. 3. tit. de do- natione concl. 1. num. 69. in fine, & Ioa. Aloys. Ricc. in collectan. decis. 1303. in fine, & post pene infinitos relatios per Camill. Borrell. in sua summa decis. Ro- sius Orbis tom. 3. tit. 11. num. 84. pro opinione, quod iuramentum supplcat

defectum insinuationis. Tandem nu- 90. cum multis declarat proce- dere, ubi insinuationi fuerit expressè renunciatum.

Decisionem itaque Magonij con- stat sequutam fuisse tam per Rotam Bononiens. apud Ces. de Barzi. deci. 94. num. 7. quam à Supremis Se- natibus Melchiniensis, & Barbetiae, vt testatur Paul. Christin. decis. 188. num. 21. cum seq. tom. 4. & quamvis modernissime ea improbat Christoph. Marti Medices decis. Senensi 29. & fi- gnantur num. 13. dicat, cauendum esse à Magonio ex pluribus, quæ ad- ducit ibi à num. 11.

Verum tamen Magonij decisio ve- rissima est, & receptissima, in eo, quod iuxta propositam conclusionem re- quirit expressam insinuationis renun- ciationem, vt donatio sine illa legiti- mam summam excedens iuramento firmetur, non quod præcisè necessa- ria sit specialis insinuationis renun- ciatio, vt voluit Magonius cum dicta Rota Senensi in casu per eum relato, & sentiunt nonnulli alij ex superiùs citatis, qui in hoc allucinati sunt ; propterea quod vera, & recepta con- clusio requirat expressam renuncia- tionem : vpdè eam, non aliam, quam- specialem esse illi crediderunt, quod à veritate distat, vt inferiùs probabi- tur.

Sed ita ut non sufficiat generalis, nisi tam generalis sit, vel potius ge- neralissima per verba ita amplissima, vt non minùs, quam specialis expre- ssam insinuationis renunciationem operetur, iuxta ea, quæ in suo casu præsupponit Medices d. num. 1. l. vers. quæ cō maxime, & num. 14. cuius in- hac parte sententia vera est, & magis cōmunitè recepta, vt inferiùs ostenditur ; siquidem, vt constat ex dictis motiuis Rotæ Senensis, & ex citatis in eis hoc vnum supponitur, tamquam præcisè necessarium, ad hoc ut iura- mentum suppleat defectum insinua- tionis, quod ei sit expressè renuncia-

- tum, cum alias teclusa renunciatio-  
ne iuramentum nihil operetur, per  
rationes adductas ibi num. 52. & 53.  
quod iuramentum scilicet intelligi-  
tur, rebus sic stantibus, & regulatur  
secundum naturam actus, super quo  
interponitur cum alia subsequenti  
num. 54. quae maxima est, & potentissi-  
ma pro iustificatione conclusionis  
proprietate, ut iuramentum non exten-  
dat consensum, nec illum suppleat,  
quaquam vnanimiter à Scribentibus  
recipitur.
- 4 Vnde illi, præsertim antiqui agen-  
tes de illa questione, an iuramentum  
suppleat defectum insinuationis, præ-  
supponunt, illius renunciationem.  
tanquam necessarium antecedens, &  
Ioann. Andreas, qui author fuit opini-  
onis affirmatiæ in *addit. ad Specul.*  
*lib. 2. tit. de Instrum. edit. S. porrò. in glo-*  
*ulta, primò agit, an insinuationi ci-*  
*trà iuramentum renunciari possit, &*  
*firmata negativa cum communi, quā*  
*probant plures relati per Borrell. vbi*  
*suprà num. 79. deinde de renuncia-*  
*tione cum iuramento verba facit, &*  
*cum sequuti sunt Doctores omnes,*  
*qui pro affirmatiua responderunt; ta-*  
*metsi nonnulli moderni omisso renun-*  
*ciationis præsupposito dixerunt, iuram-*  
*entum simpliciter præstium sup-*  
*plere defectum insinuationis, quod*  
*manifeste per prædictas rationes co-*  
*funditur, nec congruit cum originali*  
*doctrina Ioann. Andreae, à quo omnes*  
*illam propositionem mutuati sunt,*  
*siquidem is (ut dictum est) expreßè*  
*de iuramento cum renunciatione*  
*insinuationis loquitur, eaquæ illa cō-*  
*muni supposita, quæ cetera iuramentū*  
*negat validitatem renunciationis in*  
*generali renunciatione contrineri nō*  
*poteſt, per rationem, quam in simili*  
*adducit Socin. sen. conf. 103. num. 2.*  
*vol. 3. quia voluntas non veritatur, nec*  
*præsumitur esse circa impossibilia.*
- 5 Ideò meritò in his, quæ renuncia-  
ti nequeunt, renunciationem gene-  
ralem etiam cum iuramento non suf-

ficeret concludit, rametsi alias cum  
iuramento expreßè renunciari pos-  
set, quia verò donans etiam cum iu-  
ramento potuit cogitare, quod so-  
lemnitas insinuationis adhiberetur,  
ut optimè animaduertit *Ioan. Baptif.*  
*Caccialup. inter. cons. eisdem Socin.*  
*vol. 1. cons. 80. num. 14. vbi opiniones*  
*contrarias fœdere distinctionis con-*  
*ciliat, & pro nostra conclusione affe-*  
*rit; quod si donans absq[ue] insinua-*  
6 *tione iurat, ea non obstante seruare*  
*contrarium, vel quid æquipollens iu-*  
*ramentum supplet illius defectum,*  
*ideoque dicit, quod fortè Bartol. non*  
*immerito in L. Modestinus non quæsi-*  
*vit, an donatione wrata valeat sine insi-*  
*nuatione, sed an renunciatione insinua-*  
*tionis firmetur iuramento, & amplius*  
*dicit, pro præfata concordia facere*  
*consilium Feder. de sen. 281. ex ea ra-*  
*tione, quam statim reddit Caccialup.*  
*ibi, quia insinuatio de iure communi*  
*non est necessariò facienda tempore*  
*donationis, sed potest post eam iu-  
niari, & consilium illud Federici est*  
*celebre, & notandum in proposito,*  
*quia multum iuvat pro nostra con-*  
*clusione, & in materia statuti, de quo*  
*is loquitur est communiter receptū,*  
*etiam per eos, qui contrarium sentiūt*  
*de iure communi, per Seraphinum vi-*  
*delicet de priuilegiis. priuilej. 73. nu.*  
*12. & 23. & per Riminald. iur. ad S. I.*  
*Instit. de donatione. num. 666. media il-*  
*la ratione superius notata ex Mago-*  
*zio, quod iuramentum intelligitur,*  
*rebus sic stantibus.*

Quatuor enim hi aliud teneant  
de iure communi, ut per Seraph. n. 49.  
& Riminald. n. 699. in quibus maxi-  
mè fundat Medicus d. decis. 29. n. 12.  
atramen, ut optione iudicauit fuit per  
Rotam Florentinam in d. decis. Ma-  
g. 64. n. 42. vers. nec nobis, doctrina  
illa Federici, & communis non est re-  
tingenda ad casum statuti, de quo  
loquitur, quia ratio illa per eos alle-  
gata, militat etiam secundum termi-  
nos iuris communis, ut bene ibi pro-

batur,

batur, & nu. 47. reiicitur dictum *Ares.*  
*conf. 2. sub nu. 5. & Cornei conf. 69. sub.*  
*nu. 26. vol. 2. in eo, quod crediderunt,*  
*confilium Federici procedere in statu-*  
*to, qui annullat ex post facto, non*  
*auctem de iure communii, quia nulli-*  
*tas resultat ab initio.*

Hoc etiam ipsum voluit *Socin. sen.*  
*conf. 77. nu. 19. vol. 1. quorum dicta*  
<sup>7</sup> in sequendo *Serapb. & Riminal.* cum  
 citatis per eos, & si alij sunt, distinctionem illam interstatutum, & ius  
 com. nunc firmarunt; sed eorum opinio  
 iure optimo dicitur per *Rotam Senensem* dicto num. 47. confundi, ex  
 notatis ibi ante, & postea, namq; er-  
 roneum est, nullitatem de iure com-  
 munii propter defectum insinuationis  
 resultare ipso iure à principio, cū  
 ex eo sufficiat, si ex post facto inter-  
 ponatur; quod etiam agnoscit *Rimin.*  
 ipse cum multis, quos citat in eodem  
<sup>8</sup> O. 1. à num. 526. contra id, quod in no-  
 stra conclusione presupponit nu. 711.  
 & constat ex alijs cōgestis per *Borrel.*  
 ubi supra à num. 36. quia est nu. 33.  
 nonnullos cum communii in contra-  
 riū referat.

Sed animaduentendum est, eos di-  
 cere, insinuationem in eodem actu  
 donationis interueniri posse, & ita  
 prædicari, sed non inde sequitur, eos  
 contradicere illud, nimirum quod ex  
 interallo fieri possit, propter commu-  
 nitèr sit, & practicatur in hoc Regno,  
 ac proinde repulsa illa distinctione  
 inter ius commune, & statutarium,  
 diceadū venit, & verissimam, & rece-  
 pīsimā esse sententiam, iuramentum  
<sup>9</sup> simpliciter, seu etiā generaliter præ-  
 dictū nō supplere defectū insinuationis, nisi illi expressè fuerit renūciatū,  
 ubi insinuatio non ipso actu donatio-  
 nis, sed post aliquod tempus requiri-  
 tur, vt cum *Federico*, & communii sen-  
 tenzia superius relata declarat *Iul.*  
*Clar. d. q. 18. n. 3. per rationē, quā red-*  
 dit, q̄ iuramentum regulatur secun-  
 do dū tempus contractus, & ideo si  
 postea superueniat causa, ex qua cō-

tractus annulletur, non potest virtus  
 iuramenti ad illius confirmationem  
 extendi.

Quę quidem ratio vera est, tametsi  
 falsam sibi persuadeat *Pater Molina*  
*de iustitia, & iure, tom. 2. tract. 2. disp.*  
<sup>10</sup> 278. vers. falsam iamen, per rationes,  
 quas viuaces appellat, sequitur *Ioa.*  
*Petr. Fontanell. de pact. nuptial claus* 4  
*glos. 29. num. 9. vers. rationes. Peguera,*  
<sup>11</sup> ubi cunque etenim lex, aut statutum  
 requirit insinuationem, non in ipso  
 actu donationis, vel anteā, sed postea  
 tanquam actus pendens à futuro ex-  
 stimari debet conditionalis, cū cō-  
 ditionis id proprium sit, vt sit de fu-  
 euro, non autem de præsenti, vel de  
 præterito, vt planè probat *Leand.*  
*Galgan. de condit. & demonstr. par. 1.*  
*cap. 1. num. 33. vndē quia donans in-*  
<sup>12</sup> dubio censetur se conformare cum  
 legis dispositione, vt actum validum  
 faciat, sicuti in casu statuti conside-  
 rat, & cōprobat in terminis per plura  
*Seraphin. d. priuile. 73. à nu. 25.* utique  
 consensus donantis eo casu erit con-  
 ditionalis, si insinuatio adhibetur:  
 anteā ergo non esse donationem per-  
 fectam, sed conditionalem, benè pro-  
 bant *Rebuff. de insinuat. donat. glos. 6.*  
 & *Menoch. conf. 292. nu. 3. & 4. lib. 3.*  
 sequitur *Ioseph Seſſe decis. 25. num. 7.*  
 & 10. vol. 1. ac propterea insinuatio-  
 ne non adhibita, tametsi donatio iu-  
 rata sit, quia superuenit cœla, ex qua  
 illa annullatur, vt dicit *Clarus* (vel  
 clariss, quia superuenit defēctus cō-  
 ditionis) non potest virtus iuramenti  
 ad illius confirmationem extendi, cū  
 de iure iuramentum regulari debeat  
 secundū naturam actus, super quo  
 interponitur, & est seruandum rebus  
 sic statibus, aliter non obligat, nec  
 indiget relaxatione, postquam defec-  
 tit conditio expressa, vel tacita sub-  
 intellecta, vt docet *Pater Sanch. de*  
*matrim. lib. 1. cap. 57. & 67.*

Neq; quod ad fundamentum sua-  
 rum rationum adducit primo loco  
*Molin. contra Clarum* simpliciter ve-

13 rum est, nempē iuramentum, quo donationi firmatur, robur ex se solo donationi tribuere; sed itā demūm concurrente consensu, & sine eo iuramentum non obligare indubium est, vt docet idem Sanch. eodem lib. 1. disp. 9. num. 8. cum seq. Prēterea neutiquā vrgit altera ratio Molina, quod insinuatio ab ipso donātē pendeat, quia ex hoc ipso, quod donans vult à se pendere, & esse sibi liberum, insinuationem, quando cunq; velit, interponere iuramentum vtrā voluntatem, non potest eum obligare.

Quemadmodūm si in donatione  
14 adiiciatur clausula, reuocandi ad hibitum, quę etiam donationi inter viuos non contradicit, vt probat Sigismundus Loffred. consil. 5. à num. 6. alijs pretermis, & post hæc scripta fuit principaliter conclusum per Regiam Audentiam, vt in Conclus. Reuocandi 87. Facultas illa reuocandi pendet à voluntate donantis, nihilominus tamen per iuramentum non tollitur, nec per  
15 id donans obligatur ad non reuocandum, nec donanti, ex eo, quod donationem nō insinuauerit culpa aliqua adscribenda venit, sed potius donatario, qui non curauit de insinuacione, maximè cùm ille de iure, & re propria detinenda agat, iste autem de iure, & re aliena acquirenda pertraet, ac proindē meritò per Doctores  
16 in proposito defectum insinuationis non donantis, sed donatarij culpæ adscribunt, vt post multos per Magonium in sua dicta decif. 64. num. 54. Consequentē ergo satisfactis rationibus Molina firma remanet ratiō, & doctrina Iulij Clari, & communis, quod vbi insinuatio non in ipso actu donationis requiritur, sed sufficit, si posteā subsequatur, tunc iuramentū non supplet defectum illius, vt etiam limitat Anton. Gabr. d. concl. 1. de donat. num. 67. quod est intelligendum, prēterquā si expressè insinuationi fuerit renunciatum, iuxta conclusionem, quia tunc stante expressa renuncia-

tione cessat defectus consensus, qui  
17 aliás in dubio consideratur, cùm expressum faciat cessare tacitū; expressè autem renunciatum nedūm dicē, dum est, quando in specie renuncatur insinuationi, sed etiā si per æquipollens.

Nam etiā vbi in specie renuncia-  
tur, indubitata conclusio sit, quod per iuramentum suppleatur, vt voluit cum multis Rot. Roman. in recentioribus decis. 665. num. 7. p. 1. & sequitur Oliuer. Beltramini. in addit. ad decis. Ludouis. 391. num. 10. & in fine, & firmant Gaspar Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 3. quæst. 89. nu. 7. Petr. Cabal. consil. 3. num. 15. vol. 2. Viui. decis. 453. num. 5. lib. 3. & Peguer. decis. 91. nu. 6. vers. sed isti, cum alijs à capite citatis; sed non excluditur aliud, quod  
19 scilicet si per verba æquipollentia renunciatio fiat, idem operetur iuramentum, quia etiam si tunc non itā indubitata sit conclusio, prout quando in specie renunciatio fit, at sufficit, quod ex verbis amplissimis renunciatio nō dubia, sed expressa colligatur, quia supposita ea renunciatione eadem est in vtroq; casu iuramenti virtus; quę non ex alio in generali renūciacione cessat, nisi quia de insinuationis renunciatione dubitatur, neq; constat de consensu, & voluntate renunciantis, in dubio autem presumitur, quod donans se voluerit conformare cum dispositione iuris communis, & itā donationem validam facere, si insinuata fuerit. vndē ea deficiente, deficit consensus, & vbi est defectus consensus, iuramentum nihil operatur, vt dictum fuit, sed vbi verba sunt adeo pregnantia, & generalissima, quod de consensu renunciantis dubitari nō potest, tunc perinde est, ac si specialiter fuerit renunciatum, vt in proprijs terminis probat dicta decif. Rot. Roman. 665. nu. 9. Peregrin. ead. decis. 91. num. 11. Steph. Gratian. d. cap. 538. nu. 95. & Medices vbi supra d. nu. 11. & 14. Quanquam

enim

enim hi omnes alios referant pro illa  
21 opinione, quod iuramentum simpli-  
citer praestitum supplere defectum  
insinuationis, sed multi ex illis, vel  
expressè dicunt, renunciationem in-  
teruenisse, vel illam supponunt, cùm  
nitantur auctoritate Ioannis Andree,  
& aliorum, qui de ea verba faciunt.  
Doctorum ergo dicta intelligi debet  
secundum per eos allegata; quod si  
aliqui expressè citra illam loquan-  
tur, pauci sunt, & non audiendi, præ-  
terquam in casu superius memorato,  
vbi insinuatio requiritur in ipso actu  
donationis, iuxta doctrinam Iulij  
Clari d. quest. 18. num. 3. suprà rela-  
tati, & amplexam per Vegium  
conf. 38. num. 5. & 52. ut ita in termi-  
nis post Phanucium, quem citat, de-  
clarat Cef. de Barz. decis. Bonon. 25.  
num. 53. tenet etiam D. Ludou. Peguer.  
decis. 150. nu. 4. ex ea ratione, quia  
tunc actus non est conditionalis, sed  
purus, cùm non pendeat de futuro,  
sed de praesenti, vel de praeterito.  
Hoc autem, quod insinuatio requiri-  
tur in ipso actu donationis, dum agut  
de iure communis, supponunt, qui pro  
illa opinione dicunt, iuramentum  
simpliciter praestitum supplere defec-  
tum insinuationis, quod erroneum  
probatum est, & destructo fundame-  
to corruit eorum opinio.

22 Ex his itaque patet responsio ad  
omnia, quae per Medices adducuntur  
contra Magonium in ea parte, in qua  
nostram conclusionem probat, nam  
quod primò afferit d. nu. 1 iuramen-  
tum adiectum renunciationi etiam  
generali inducere individuali renun-  
ciationem, non secus, ac si nomina-  
tim facta fuisset mentio expressa de  
ea re, ex multis, quos citat, & signan-  
ter ex decis. Seraphin. 969. nu. 1. vers.  
verum per hanc eandem decisionem,  
ut idem Medices refert, declaratur p-  
cedere, quando agitur de confirman-  
do actu ex se nullo; non autem, ut ex  
eo censeatur suppleri consensus, ut  
benè ibi probat Seraphinus nu. 2. Hoc

ergo esse commune assertum, superius  
dictum fuit, & constat tam ex citatis  
per eum hic, quam per alterum Seraphin. de priuil. iura. prius. 70. nu. 2. nec  
non per Vinc. Mancin. in simili tract.  
de iuramento par. 4. effect. 16. vers.  
sunt qui dicunt, atque hi sunt ex nu-  
mero eorum, in quibus maximè nitit  
Medices nu. 12. pro iustificatione  
opinionis, quae tenet, iuramentum  
simpliciter seu super generali renun-  
ciatione praestitum supplere defectum  
insinuationis, de qua probatum est,  
veram non esse, præterquam si cum  
iuramento tam generalis sit, & per  
verba ita amplissima, ut dubitari ne-  
queat de consensu renunciantis, vel  
saltim vbi actus ex se est nullus ipso  
iure, etiam à principio, ut presuppo-  
natur in suo casu Medices d. nu. 11. in fin.  
quod in iuxta dispositionem iuris com-  
munis de casu proposito dici non  
potest, ut est etiam probatum.

23 Quod autem statim num. 13. con-  
tedit Medices docere, magis commu-  
nem sententiam esse in hac parte cō-  
tra Magonium: veritati aduersatur, quā-  
doquidem illi, qui ex Alexandro, &  
alijs pro illa aduocat credentes, sim-  
pliciter renunciationē, absq; iuramen-  
to supplere defectum insinuationis,  
paucissimi sunt, & contra eos est re-  
cepta sententia superius probata cū  
Camill. Borrel. quam etiam ex contra-  
rijs citatis per Medices probat cum  
multis Riminaliun. d. S. 1. à nu. 625.

24 Ad eos autem, qui tenent, simplex  
iuramentum supplere defectum insi-  
nuations, tametsi innumeros, & sal-  
tim hodie facere magis communem  
opiniōdem Medices dicat ex Mancin.  
d. par. 4. effect. 19. num. 10. iam fuit re-  
sponsum; quod si ex eis deducantur,  
prout deduci debent, Ioan. Andreas,  
& ceteri, qui eum sequuntur, & sup-  
ponunt, renunciationem insinua-  
tionis, qui suar in copioso numero, alijs,  
qui seclusi, & supposito, coq; expres-  
sè negato illam opinionem firmant,  
non multi sunt, nec tales, qui cum ci-

tatis pro nostra conclusione compari valeant, ut ex inspectione citatorum per Seraph. Riminald. & Mancin. ad quos Medices se remittit, resultat.

In primis enim Decius in conf. 238. n. 3. primo loco citatus per Mancin. citat Ioan. Andr. Alex. & alios, qui ex 25 pressè agunt de iuramento cum renunciatione insinuationis, & in suo casu dicit Decius eod. n. 3. circa finem, reiteratum fuisse iuramentum pro tollendis pluribus defectibus, & in conf. 432. n. 18. citat prædictos, & alios, & n. 20. affirmat, fuisse in specie renunciatiū insinuationi, Iason secundo loco citatus conf. 51. n. 10. lib. 1. citat Io. Andream, Federic. Imol & alios, qui supponunt dictā expressam renunciationē, tertio loco Ruin. conf. 51. n. 18. vol. 1. citat eosdem, & n. seq. expressè loquuntur de casu, in quo in specie fuit renunciatum beneficio statuti, & solemnitati insinuationis cum iuramento, & sic de reliquis dicendum est, non aduersari Magonio, & nostræ præpositæ conclusioni, sed magis pro ea facere.

Quidquid inaduertenter, & non examinatis doctrinis in contrarium aduersus Pbitum suadeat Mancin. d. n. 10. quod enim ibi notat ex decisione Rotæ Romanæ per eum relata d. n. 2. nempe primò agere de 26 donatione, in qua cum iuramento fuit insinuationi in specie renunciatum, & deinde n. 3. de eo, quod iuramentum supplet defectum insinuationis nil nocet, ex eo quod primo loco casum omnino indubitabile, & expressissimum, ut dictum est, proponebit; mox autem deuenit ad alium, de quo tametsi non ita expressum, dicendum tamen est, expressum fuisse, taliter quod ex eo dubitari non posset de insinuationis renunciatione; sed hæc de necessitate est supponenda, ad hoc vt iuramentum dictum effectum operari valcat, vt præsupponunt Doctores in eo numero citati, & signanter

Roland. à Valle conf. 39. lib. 1. n. 35. ubi expressè de insinuationis renunciatione verba facit.

Quod autem vteriū Medices cōtra Magonium dicunt, illos, qui tenent, iuramentum supplere omnes defecūt, aliam conclusionem respicit, & in ea supponendum est pro constanti, iuramentum ita præstum fuisse, ut dubitandum non sit, quin suppleat unicum defectum insinuationis, nam si de hoc dubitetur, temerarium esset querere, an concurrentibus alijs defectibus, omnes suppleat, & in ea cōclusione magis communis Doctorū opinio est, quod iuramentum simplificiter, seu etiam super generali renunciatione præstū nil pro sit, ut agnoscit idem Medices ibi, & hæc sunt, quæ deducunt per eum contra Magonium nostram conclusionem oppugnare.

Sed quod statim ille affirmat, multo magis adduci posse asserentes, iuramentum auferre, plures defectus, 27 quando est amplissimis verbis conceptum cum alijs subsequentibus à dicto n. 13. vers. nec verum est, usq; ad finem decisionis, tametsi contra Magon ad nostram conclusionē converunt in eo, quod continet, & dictū fuit, non esse præcisè necessariam specificam insinuationis renunciationē, sed sufficere expressam per æquipollens, quod in decisione Magony, n. 62. vers. quia, ad hæc omnia intrepidè negatur, & affirmatur, magis communem sententiam esse pro sc, nam verius est esse contra illam, ut benè notat, & probat Medices d. vers. nec est verum, & n. 16. vers. qui omnes; ita tamen, ut non sufficiat in proposito quodlibet expressum, nec generalis renunciatio cum iuramento, ut præsupponit iste, superiusq; reiectum, & declaratum extat, nisi tam generalis sit, ut speciali æquipolleat, tunc etenim pro speciali habenda erit, cum alias nil referat, an quod ex æquipollentibus fiat, ut nouè cum multis probat Augustin. Barbos. axioma. 89. sub

nam. & nequè repugnat, quòd in de-  
cisiōne Magoni adducantur nonnulli  
ānum. 63. ad excludendam renuncia-  
tionem generalē per clausulas, &  
verbā, de quibus in ea, namquè hæc  
ad aliam conclusionē pertinent, an  
scilicet illa æquipolleat, vel non, &  
in hoc variant Doctores ibi citati, &  
per Rimmald. iun. d. S. 1. à num. 670.  
alijs consulebꝫ prætermisis, at suppo-  
sito, quòd æquipolleat, cessare debet  
omnis controuersia, & ita reiectis, &  
declaratis contrarijs firmarū manet no-  
stra conclusio.

sula venirent. Conclusum, & decisum  
fuit die 5. Junij 1636. me referente in  
causa inter Sebastianum Onis Oppidi  
de Serramanna, & filios quondam  
Thome Tarais, & Mariae Onis.  
Actuario Dominico Bartoloto. Ex plu-  
ribus congregatis per Vincent. Fusar. de  
substit. fideicommiss. quæst. 650. num.  
18. vbi binas decisiones Caualcan. &  
Surdi refert, eisquè addendæ sunt bi-  
næ aliæ, vna videlicet Franc. Viuij  
402. num. 23. & alia Rot. Roman. apud  
Farinac. in posthum. 646. num. 6. par. 2.  
ex quibus resultat, hanc esse veram,  
& magis communem sententiam, &  
in iudiciis receptam.

Quidquid aliàs in contrarium cō-  
tendat idem Fusar. ibi num. 24. post  
multos per Peregrin. de fideicommiss.  
art. 7. num. 44. & in consilijs per illum  
relatos, & per Gaspar. Anto. Thesaur.  
in question. forens. 17. lib. 1. num. 14.  
quidicit, à suo Senatu secundūm eam  
iudicatum, & à Rota Romana ample-  
xam, alios citans testatur Merlinus  
legitima lib. 2. tit. 2. quæst. 2. num. 13.  
& de veritate nostræ conclusionis  
maximè apparet per secundam ratio.  
nem ab eodem Fusario ex alijs dedu-  
ctam sub num. 21. verbi secundò facit,  
quòd expressio illa de alijs bonis ta-  
citè inerat, quam recentè latius pro-  
sequitur, & comprobatur Antonius Me-  
renda controuerf. iur. lib. 4. cap. 43. à  
num. 10. cui non satisfacit responsio  
Peregr. d. art. 7. num. 46. in fine, quòd  
licet expressio illa nihil operetur  
quòd ad institutionē, cui tacitè inerat;  
operatur tamen quòd ad substitutio-  
nem, vt videatur facta in bonis, de-  
quibus in institutione.

2. Namquè si est verum, prout est  
verissimum, quodq; omnes vne ore  
fatetur, clausulam, seu expressionem  
illam quòd ad institutionem, cui fuit  
adiecta, nihil operari, quomodò, quòd  
ad substitutionem fine illa disposita  
operationis effectum producere po-  
terit; præsertim cùm substitutio talis  
præsupponenda sit, vt non excludat,

## ARGUMENTVM.

Prælegata in fideicommissariā  
restitutionem venire, non  
obstante clausula in alijs au-  
tem bonis.

## SVMMA RIVM.

1. Prælegata continentur in fideicom-  
missaria restitutione, non obstante  
clausula, in alijs autem bonis.
2. Effectus illius expressionis, in alijs au-  
tem bonis, declarantur.
3. Substitutione censetur facta in illis bonis,  
in quibus facta est institutio, in du-  
bio, & coniecturis cœsantibus.
4. Opiniones conciliantur.

## DECISIO XLII.



Institutionem heredis  
cum clausula, in alijs  
autem bonis post præle-  
gata adiecta, sed in  
substitutione non re-  
petita, neutiquam excludere, quin in  
fideicommissariam restitutionem,  
sub qua fuit grauatus heres, veniant  
prælegata, quæ aliàs fine dicta clau-

Y sed

sed comprehendat prælegatum, cùm alias vana esset disputatio de dicta clausula ad exclusionem prælegati, quod aliàs sine illa remaneret exclusum, & ad sui comprehensionem, vel verba ipsius substitutionis generalia, & ampla, vel saltim conie&curæ necessariæ erunt; ità quòd substitutio ab institutione neutiquam pendeat, nec ab ea restrictionem, nec declarationem accipiet.

3 Vndè expressio illa, & clausula in institutione nil in substitutione operabitur; quamuis enim substitutione censeatur facta in his bonis, in quibus facta est præcedens institutio, iuxta tex.in L.3. ff.de fund.instruct. & in l.1.C.de impub. & alij substitutiones quæ est maxima ratio, qua nituntur contrarij; at id est verum in dubio, & cessantibus conie&curis, & tunc etiam seclusa illa clausula, certum est, prælegatum in fideicommissum non cadere, per ea, quæ docet Merenda d. lib.4. cap.44.num.3. cùm illud saltim ex voluntate testatoris in institutione non comprehendatur, vt post Corneum probat Peregrin. ubi suprà, & in hoc casu admitti potest istius, & Fusarij sententia superiùs in contrarium relata.

4 Vbicunquè enim sine dicta clausula, & expressione cessat prælegati restitutio, à fortiori cùm illa cessabit, prout ità cessantibus conie&curis suā opinionem declarat Gaspar.Anton. d. num.14. sed, vt dictum est, superuacanea est de dicta clausula disputatio, præterquam ad maiorem declarationem, & vberiorem cautelam, & ità conciliari possunt opiniones contrariae, vt prima iuxta conclusionem procedat cum dicto presupposito, ubi vel ex verbis substitutionis, vel ex legitimis conie&curis prælegatum sine dicta clausula in restitutionem veniret, & tunc vera est conclusio, vt illa nihil operentur: secunda autem contraria sententia obtineat, cessantibus conie&curis, & in dubio, quo in

calu, absoluendum esse heredem à restitutione, post Socin.Coras.Eugen. & Peregrin. tradunt Merend. d. cap. 43.num.26. & Fusar.d.quest.650.nu. 26. & 131. & voluit Ludou.Gaspar. conf.10.num.163. vers. quid in dubio, & bene comprobat idem Thesaur. d. quest.17.num.5. sed conclusio limitatur, quando illa clausula fuit addicta, & repetita in substitutione, vt in Conclusione Clasulam in alijs.

## ARGUMENTVM.

Filiam cum fratribus numerū facere in deductione legitimæ, vbi pro ea pater illam heredem in testamento nominavit in dote, ob quam in vita successioni iuramento renunciauit.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Filia à patre in suo testamento instituta heres pro legitima in dote, ob quam in vita successioni renunciauit, concurrevit cum fratribus in deductione legitima.*
- 2 *Filia restituta censemur ad suisatis iura, cùm de mente patris appareat, si antea erat exclusa.*
- 3 *Pater filiam instituens in certa pecunia & quantitate pro legitima, suo functus est munere, nec illa potest usi querela.*
- 4 *Inducta ad augmentum, diminutionem minimè operari debent, nec fauor retorqueri debet in odium.*
- 5 *Institutione de dote ad exclusionem querela facta, presumitur quòd fiat animo compendiandi cum eo, quod statutum iubet dari; si nil amplius filia ultra dotis constitutionem consequetur.*

- 6 *Validitas testamenti paterni non pendet ab institutione filiae, dum assignata dote ex dispositione statuti supra suitatis amittit ex suppositione.*
- 7 *Filia ad suitatem restituitur, si eius institutio ad sit in dote pro legitima.*
- 8 *Institutio simplex in dote sufficit pro testamento validitate, si pro legitima dote assignata sit.*

## DECISIO XLIII.



**I**nstitutam filiam heredem per patrem cum suo testamento pro legitima in dote; propter quam in vita successioni illius cum iuramento renunciauit, vel alias a ea fuit per statutum exclusa, restitutam censeri ad suitatis iura, & admittendam fore ad numerum in deductione legitimæ cum fratribus. *Cæclusum,* & *decisum fuit die 24. mensis Novembris anni 1637. ad fauorem nobilis Angelæ Scarchioni contra Nicolaum Scarchioni Ciuitatis Ecclesiærum me referente.* *Actuario Ioanne Antonio Polla.* Per celebrem decisionem in terminis Rot. Roman. apud Ludouij. 665. à num. 4. usquæ ad 9. vbi post relatas contrarias opiniones in hac materia, an filia censeatur aggrita in suam, eo ipso, quod fuit ei aliquid reliquum iure institutionis, de quibus etiam latè per Tbesaur. ibi relatū in decis. 159. nu. 16. cum seqq. & per Mercur. Merlin. de legitima lib. 1. tit. 4. quæst. 16. à num. 15. à quibus negatiua opinio uti prior, & communior probatur, & sequitur Steph. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 676. num. 14. cum seq. vbi decisio eiusdem Rotæ Romanæ pro ea refertur; tandem in illa Ludouij. pro constanti supponitur nostra conclusio, quando scilicet institutio sit in dote, vel alia re particulari prolegitima, post Riminaliun. qui testatur

de communi, Paris. Gabriel. & Honde. qui ad eam citantur.

2. Etenim tunc manifestè apparet de mente patris pro reintegrazione, quo in calu eandem conclusionem admittit, & procedere affirmatiuam sententiam declarat Merlin. vbi supra num. 17. & lib. 3. tit. 1. quæst. 8. nu. 55. in fine decisionem illam Ludouij amplectitur, & nu. 59. aliam decisionem eiusdem Rotæ ex Marescott. refert, & est optima *decisio eiusdem Rotæ coram Vbaldo*, relata per Merlin. post suum dictum tractatum in ordine 74. & esse veriorem, & crebriore sententiam post Laderch. cons. 125. & 126. num. 6. quem citat, testatur Ivan. Baptist. Costa de portion. rate quæst. 37. num. 6.

3. Maximè quia ad conclusionem conferunt tradita per Antonium Fabrum de error. pragmat. tom. 1. decad. 13. error. 1. & 2. præsertim hic nu. 10. vbi docet, quod si pater instituat filiam in legitima, aut in certa aliqua re, vel pecuniæ quantitate pro iuribus legitimæ satisfacit suæ obligatiōni, ad hoc vt illa præterita dici nequeat, & exclusa querela, valeat patris testamentum, cuius contrarium probat in primo illo errore deficiente filia institutione, tametsi dote recepta successioni, & legitimæ renuncia uerit.

4. Ex his ergo tolluntur opposita contra conclusionem, quod cautio illa patris filiam instituentis, ne suam impugnare posset dispositionem, non est trahenda ad hoc, vt per eam ille renunciationem filia remisisse censeatur, aut eam ad successionem reintegrasse intelligatur, ne alias inducta ad augmentum operetur diminutionem, & fauor retorqueatur in odium, per tradita à Campegio de dote par. 3. quæst. 100. Crasso de succession. in S. Legatum. quæst. 42. num. 6. Mandel. Albenf. cons. 2. num. 14. & Riminald. iun. cons. 774. num. 38 lib. 7. cum citatis per eum, præcipue si nihil amplius

per institutionem filia consequatur, quām per dotis constitutionem habuit, sed quōd tunc dicendum sit, institutionem factam ad exclusionem querelæ, & non ad restitutionem suitatis in casu exclusionis statuti propter dotem, in quo ea admittitur interpretatione, vt institutio de dote censetur facta animo compensandi cum eo, quod statutum iubet filijs dari, per tradita à Merlin. d. num. 17.

6. Namquè in primis argumentum de exclusione statuti ad renunciationem non semper valet, sed tunc demum cùm eadem in utroquè militat ratio, quarè Doctores negant, in primo casu statuti per institutionem in dote non restitui filiam ad iura suitatis, supponunt, talem fuisse dispositionem statuti, quōd assignata dote filiæ ita excludatur à successione patris, vt amittat iura suitatis, & iudicetur vt extranea, taliter quōd necessaria neutiquā fuerit illius institutio pro validitate testamenti paterni, vt post Bartol. probat Faber de error. pragmatic. tom. 2. decad. 27. error. 8. num. 14. & 18. quemadmodum de exclusa per renunciationem voluerunt multi ex Pragmaticis, quos impugnat Faber d. error. 1. de quibus latè per Dominum D. Franc. Merlin. controvers. 1. num. 2. cum seqq. tunc ergo peræquè locum habet communis illa sententia, quōd facta institutione in dote, vel alia re, quæ dotem non excedit, intelligatur facta animo compensandi cum eo, quod statutum iubet dari, vel filia sibi reseruavit; nō autem, vt à dispositione illius redatur, & reintegretur filia ad iura suitatis amissæ, præterquām in casu relatedo pro nostra conclusione, ubi institutio fit in dote, vel alia re, quantumvis minima pro legitima, quia tunc necessaria restitutio ad suitatem restat, cùm dotare legitima non nisi, vt filia reliqua dici possit.

8. Cessat propterea conjectura illa compensationis cum reservatione, &

statuti dispositione, per quam filia pro extranea fuit habita, & vt talis exclusa à successione, & legitima. Quōd si per statutum dicatur, assignatam quoquè fuisse dotem pro legitima; taliter quōd necessaria fuerit illius institutio pro validitate testamenti, sicuti contigit in exclusa per propriam renunciationem ex sententia Fabri ubi supra, frustra tunc queritur de restitutione ad suitatem per institutionem illius, quæ semper fuit sua, & nusquam iura suitatis amisit, tametsi isto casu verum sit, per institutionem non censeri patrem recefisse ab exclusione successionis, & legitimæ ultra dotem per statutum disposita, seu per renunciationem promissa, & ita bene procedunt adducta de favore, quōd nō debet retorqueri in odium, & alia in contrarium, quāuis Rimold. & alij in diuersis terminis loquantur; nec conclusioni contradicunt; quinimodo & isto casu pro validitate testamenti sufficeret institutio simplex in dote, iuxta ea, quæ ex alijs tradit D. Franc. del Castill. decis. 145. num. 6. tom. 2.

Quidquid alias sententiae Faber d. error. 2. nam des filie etiam in vita patris data non est omnino exerà patrimonium patris, cùm saltim ei remaneat ius, ad hoc vt post eius mortem teneatur filia dotem in legitimā imputare, & vt pater satisfacie iuris dispositioni pro validitate sui testamenti sufficit, vt filia in eo instituatur in minima qualibet re, vel iure; sed hæc sunt extræ conclusionem, & maturius examinanda cùm casus occurrit, & videnda sunt in puncto tradita per Merlin. de legitima ad lib. 3. sit. 2. quest. 2. 3. per totam.

## ARGUMENTVM.

Duplum excedere posse interesse extrà rem à partibus präuisum quādocunq; protestatum , si verè de eo constet .

## SUMMARIUM.

- 1 *Interesse extra rem, si duplum excedat, debetur, si à partibus fuit präuisum.*
- 2 *Text. in l. Lucius Titius ff. de action. empe. interpretatur.*
- 3 *Id, quod interest obligationis, & actionis, iure debetur; usuræ vero officio Iudicis ratio habeatur.*
- 4 *Protestatio specialis per contrahentes inita, causa efficiens est usurarum grauiorum, ea autem non facta grauiores usuræ non debentur.*
- 5 *Monitione facta à creditore debitori ad certam diem, quoddin causam necessariam accepturus erat ab alio sub usuris; creditorem etiam illum reddit illarum usurarum, quas ab alio pecuniam recipiendo illi soluit.*
- 6 *Protestatio non est necessaria ad hoc, ut veniat interesse intrà rem, necessaria autem est ad hoc, ut currat extrà rem, nisi tempore contractus cogitatum fuerit.*
- 7 *L. Iulianus ff. de action. empe. declaratur.*

## DECISIO XLIV.

 *Ntioresse extrà rem präuisum, & cogitarum à partibus in contractu, vel postea quādocunque, si verè de illo constet, etiā si duplum excedat, deberi. Conclusum, & decissum fuit die 21. mēsi Ianuarij anni 1634 ad sauorem Bartholomai Boer contra D. Petrum.*

Pilo me referente. Scriba Didaco Serr a notario. Per tradita à Petr. Barbos ad l. de diuisione ff. solut. matrim. sub num. 32. & seq. vbi post Sotum, Carol. Budaeum, & Balduinum, quos citat, generaliter dicit, quod si ex qualitate personarum, vel negotij constet, partes cogitassem etiam de interesse ex trinseco, tunc illud debebitur, & nu. 34. ita limitari tex. in l. si sterilis s. cùm per venditorem ff. de action. empt. & ultimò infert pro explicatione l. Lucius Titius ff. cod. de action. empt. quod idè ibi debetur interesse extrinsecū damni emergentis, quia illud damnum satis präuisum fuit, & cogitatum à partibus, cùm emptor acceperit illud pretium sub usuris, ad hunc solum effectum, vt solueret illud venditori, & posset habere ligna, quibus indigebat; si ergo recepto pretio vendor ligna non tradiderit, meritò tenebitur ad interesse illud, quasi präuisum, & cogitatum per partes.

2 Sed hæc interpretatio ad hanc legem Lucius pugnat cum verbis in fine positis ibi in actione quoquè ex emp. officio Iudicis post moram intercedentem usurarum pretij rationem haberi oportere; namquæ, vt animaduerit subtilissimus Anton. Fab. in ration. ad eam nihil quidquam dicitur de eo, quod interest prästanto, sed tantum de usuris, quarum longè alia ratio est, id enim, quod interest, debetur iure obligationis, & actionis; usuræ vero non nisi officio Iudicis, vt scriptum est in fine huius legis, & in l. seq. §. 1. & amplius obseruandum dicit, quod ad usuras pertinet, non illud Paulum dicere, quod Interpretes existimat, vt eorum usurarum ratio propter moram haberi debeat, quas emptor grauissimas expendit; sed hoc tantum in actionem ex emp. officio Iudicis post moram intercedentem usurarum pretij ratione haberi oportere, quod intelligit de usuris quintuncibus, aut alijs, quæ in Regione frequentantur, & quæ in vicem tan-

tum

tum fructuum debentur, quæq; præstandæ essent; etiam si usuras nullas emptor expendisset, quod enim grauiores solitis usuras emptor expenderet extræ causam, contractus est,  
4 nisi protestatus sit emptor, se grauiores illas usuras periculo venditoris, si non satisfaceret, expensum; adeò ut nec alioquin venire debeant in computationem eius, quod interest, quasi interesse hoc sit extræ rem, & cuius proinde ratio haberri nulla debet, ne quidem in iudicio bona fidei per d. S. cum venditorem, quod ita sanè est intelligendum, ut non habeatur ratio de usuris grauioribus, non facta de eis protestatione speciali, sed ea interueniente illarum esse rationem habendam præsentit *Faber.*, & disponitur in hac lege, alias frustra in ea fieret mentio de illis.

5 Conciinit etiam, quod voluit *Innocent.* in cap. 1. de usur. quem refert, & sequitur *Petr. Anch. conf. 376. nū.*  
2. in fin. quod si tu teneris mihi ad certam diem soluere, & quia non soluisti, recepi ab alio sub usuris, usuras, quas alijs solui, restituere teneris, dummodo ego acceperim in causam necessariam, & monuerim te, quod ego eram propterea accepturus ab alio sub usuris, ut declarat *Ioann. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 5. tit. de usur. cap. 4. quest. 3.* & tenent quamplures alijs relati à *Sigismund. Scacc. de camb. S. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 249.* & quamvis is ibi num. 263. sentiat, necessariam non esse hanc protestationem, quod verum est quodad interesse intræ rem, attamen quodad interesse extræ rē, de quo loquimur, communis, & vera opinio est in contrarium, praterquam in casu proposto, ubi illud à partibus de tempore contractus fuit præuisum, & cogitatum, quia tunc non concurrente dolore, & mora debitoris, interesse debetur, non quidem officio Iudicis, (prout in protestatione ex post facto) sed iure actionis, & potest excedere du-

plum, iuxta tradita per quendam *Scacc. d. tract. de cambij. S. 7. gl. 5. à nu. 83. t. 5. ad nūm. 101.* ubi pro ratione alterit, & sunt verba illius, *Quia ab initio, contractus ex qualitate tum contractus, tum creditur, casus habet specificum obiectum lacri cessantis, & damni emergentis, quæ sunt incerta, & pendent à futuro euentu. Quare iste casus non habet specificum obiectum, ipsam pecuniam datam cambio, sed habet pro specifice obiecto lucrum cessans, & damnum emergens, de quibus contrahentes senserunt in contractu, & ideo interesse potest excedere duplum, & se remittit ad ea, quæ in alijs terminis scripsit sub nūm. 94. & 95. ut ita esse intelligēdam dicit l. *Iulianus. ff. de action. empt.* in qua habetur, *Iulianum* differentiam facere in condēnatione exempto inter eū, qui sciēs, quid, aut ignorans vendidit, ut insciente id omne, quod interfuit erit præstandum quasi præuisum, & cogitatum à partibus, idquæ actione exempto, ut post *Accursum* notat ibi *Faber. in ration.* & ideo hæc lex melius probat sententiā *Barboſe* à principio relatam, quam d. l. *Lucius.**

## ARGUMENTVM.

Jure actionis deberi interesse, quod cum sententia fuit adjudicatum vñā cum sorte, ac propterea ea recepta absque protestatione interesse nihilominus exigi posse.

## S V M M A R I V M .

1. *Interesse si per sententiam simul cum sorte sit adiudicatum, iure actionis debetur, absq; villa protestatione.*
2. *Action efficac oritur pro consequitione eorum, qua in sententia continentur.*
3. *Interesse per sententiam deductum, principaliter debetur.*
4. *Interesse quando Iudicis officio, & actionis iure debetur, peti potest citra protestationem recepta sorte.*
5. *Doctrina Aut. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 5. impugnatur, & num. 6. & num. 7.*

## D E C I S I O X L V .



1. *Interesse simul cum sorte petitum, & adiudicatum per sententiam, qua in iudicatum transiuit recepta sorte absque villa protestatione indistincte exigi posse. Conclusum, & decisum fuit ad relationem Magnifici Petri Tarazona apud acta Salvatoris Fontana die 30. mensis Iulij anni 1625. me tunc patrocinante ad sauorem Bernardi Lombardo contra heredes Nicolai Maynas presbiteri, & iterum conclusum, & decisum referente nobili D. Francisco Corri die 21. mensis Ianuarij 1634. in sauorem Thomae Taray contra Sebastianum Onis. Actuario Ioanne Antonio Polla.*
2. *Ex eo, quod sententiam latam, & in iudicatum transactam indubium est, actionem efficacem producere pro consequitione eorum, qua in ea continentur, ut tradit post multos Anton. Oliban. de action. 10. 1. lib. 3. ad. Secundum nu. 18. nec non Mar. Mur. ad Consuetud. Panorm. cap. 71. num. 31. ubi ampliat procedere etiam in sententia interloquitoria, adiecit ut officio Iudicis debita post pronuntiationem iure actionis debeatur, ut probat Bartol. in Iserminato. C. de fructibus, & lit. expens. & comprobatur post eum, & alios C. de Barzi. decisio. Bonon. 53.*

3. *nu. 21. cum s' q. sequitur etiam Joseph Sese decis. 206. num. 15. vol. 2. quando autem per sententiam inducitur noua actio accumulativa, quæ dicitur actio ex sententia, docet Jacob. Cacer. variar. resolut. tom. 3. cap. 17. nu. 290. & in terminis de interesse in condonationem deductum per sententiam, quod debeatur principaliter, & iure actionis, qua oritur ex sententia, firmat Scip. Rouit. decis. 9. num. 12.*
4. *Sed vbiunque interesse non tam officio Iudicis, quam iure actionis debetur, etiam recepta sorte citra protestationem peti posse, est text. in l. 1. C. de iudic. vbi. Iason, Alex. & DD. tradunt etiam cum Bartolo ad l. fin. ff. de eo, quod cert. loco, & est communis opinio, de qua testatur Sigismund. Seace. de commerc. & camb. S. 1. quest. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 298. probant quamplures relati per Ioannem Petr. Fontanell. de parr. nuptial. claus. 6. glos. 2. part. 6. num. 36. cum seq. per Alex. Trentacing. variar. resolut. tom. 3. tit. de solut. conclus. 9. num. 6. Mar. Mur. decis. 52. num. 32. cum seq. & per Ioan. Dom. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. à num. 56. usque ad 67. & nouè Scipio Rouit. d. decis. 9. num. 10.*
5. *Quamvis enim singulariter Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 5. hoc declarat procedere in usuris citra moram ex conuentione debitibus, secus autem si propter moram petatur, quia tunc dicit, non esse distinguendum, an ex conuentione, an officio tantum Iudicis debitæ fuerint, ex quo solutio accepta sine protestatione purgat moram præcedentem, & quod consequens est, commissam præcedentis moræ penam diluit.*
6. *Verum (pace tanti Viri) hæc illius declaratio iure non probatur in ea parte, in qua tractat de usuris ex conuentione debitibus, propter moram, quod enim de moræ purgatione, & remissione penæ per receptionem fortis in usuris officio Iudicis per accessionem debitibus locum habet, non*

autem

autem in usuris, quantumuis propter moram ex conuentione, & iure actionis, haec namque subsequuta mora, & quasi purificata conditione illius, principaliter debentur, & sub obligatione veniunt, non minus quam si ab initio citra moram fuerint promissa.

<sup>7</sup> Sicuti euenit in actione, quae pro eo, quod interest conceditur, & in pena promissa in contractu emptiōnis, & venditionis, de quibus fatetur Faber ipse ad l. centum Capua ff. de eo, quod cert. loc. in rational. sub lit. C. quod interesse, & pena principaliter debentur, & sunt in obligatione, etiam si ex mora faciendi debeantur, & ait, quod si id, quod interest propter vilitatem loci ratione summe iam prius soluta esset in obligatione, utique eius petitio etiam post solutionem fortis superesset, ut euenit in usuris per stipulationem debitum, d.l.i.C. de iudic. l.4. C. deposit. & in pena quoque per stipulationem debita, l.Lucius ff. de action. empti. cum alijs, de quibus per eum, quae quidem pro sui ipsius satisfactione sufficiunt.

### ARGUMENTVM.

Ius iurandum in item nullatenus deferendum contra tutorem, propterea quod non confecto inuentario ad ministrandum accesserit, dummodo poste illud conficiat.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Ius iurandum in item contra tutorem non defertur, si non confecto inuentario administrauerit, dummodo illud deinde conficiat.
- 2 Tutor si post multum tempus à morte defuncti inuentarium non fecerit, poterit ut suspectus remoueri.
- 3 Doctrina Ioann. Gutierrez, in tract. de tutel. & cur. part. 2. cap. 1. & P. Molinæ de iustitia, & iure tom. 1. disp. 223. distinguuntur, ac interpretantur.
- 4 Tutor si post cęptam administrationē fecerit inuentarium, excusat à pena iuramenti in item.

### D E C I S I O X L V I .



Vramēto in item aduersus tutorē, ex eo, quod administrationi se immiscuit antē confectū inuentarium, si deinde illud perficiat, locum non esse. Conclusum, & decisum fuit die 27. mensis Ianuarij anni 1634. ad fauorem Ioannis Orru Oppidi de Affemini. contra Nicolaum Escarchionis domicellum Ciuitatis Ecclesiarum. me referente. Scriba Ioanne Antonio Pollo notario. Per tradita à Ioan. Gutierrez. in tract. de tutel. & cur. par. 2. cap. 1. num. 19. ubi afferit, quod si tutor, vel administrator non fecerit inuentarium, prout de iure teneatur, sed post multum tempus à morte defuncti, & postquam suscepit administrationē bonorum, eisquē se immiscuit, poterit quidem accusari, & remoueri ut suspectus, quia contra eum dolus præsumitur, non tamen incurrit alias penas tutorum, & curatorum non conficientium inuentarium, ut probat cum multis, quos citat. Inter illas autem penas contrales tutores una, eaq; maxima est,

quod

quod aduersus eos iuratur in litem, ex text. capitali in Lector, qui repertorium ff. de administr. tutor. tradunt Doctores omnes, de quibus latè per eundem Gutierrez. ibi num. 18. & per Camill. Borrell. in sua summa decis. tom. 1. tit. 52. num. 21. cum seq. & est decisio apud Gaspar. Anton. Tbesaur. quest. forens. lib. 3. cap. 6. num. 2. licet enim ipse Gutier. in eodem cap. 1. nu. 58. contrarium cum P. Molina de iustitia, & iur. tom. 1. disp. 223. videatur firmare, dicens, quod si sine iusta causa, tutores administrarent antè confessum inuentarium, presumatur donec eos inuentarium neutquam fecisse, & renentur minori quantum sua intereras inuentarium esse confessum, atque aduersus eos iuratur in litem, per text. in d. L. tutor.

3 Verum hæc dicta per Molinam, & Gutierrez intelligenda sunt iuxta hanc legem, & alias per eos allegatas, vbi tutor administrans antè confessum inuentarium remouetur ut suspectus, quia tunc si conueniatur, vt rationem de gesta administratione reddat, iuste in eum iuratur in litem, non quia administrare cepit antè confessum inuentarium; sed quia ex hac causa à tutela remoto, verum est administrasse nullo confesso inuentario, & locum habet dispositio d. L. tutor; ita etiam sunt declaranda tradita ex alijs per Ioann. Baptiss. Plot. de iur. S. 5. num. 9. & per Paul. Montay. de iur. tute. cap. 32. regul. 3. num. 7.

4 Sed aliud est, quando tutor etiam post cæptam administrationem facit inuentarium, quia tunc iure optimo excusat à pena illa iuramenti in litem, ex eo quod hæc propter inuentarium non confessum infertur, non autem propter initam administrationem antè inuentarium, & iste erat casus noster, & obtinenter tradita à Gutierrez. d. num. 19. alias statim in eodem capite sibi met esset contrarius, quod non est ferendum; maxime quia id, quod possit tutor admini-

strans antè inuentarium accusari, & remoueri, non procedit, vbi ille antequam accusaretur suspectus solempnia non facta fuerint, quia tunc non poterit per hoc amplius accusari, & admittitur ad agendum, & ad administrandum, vt post Bart. in d. L. tutor firmat Capyc. decis. 50. num. 3. & sequuntur Gaspar Baez. de decim. tutor. cap. 24. num. 61. Flau. Amend. in addit. ad decis. Vincent. de Franch. 206. nu. 8. & alios citans Cauals. de tutor. & tutor. nu. 20. & eum sequitur Gutier. d. cap. 1. num. 11.

## ARGUMENTVM.

Alienationem rei dotalis constante matrimonio ab uxore absente marito factam iuramento nullatenus confirmari.

## S. V. M. M A R I V M.

- 1 Alienatio rei dotalis facta ab uxore marito absente, iuramento non confirmatur.
- 2 Iuramentum non firmat contractum in præjudicium tertij, si consensus requiritur ob illius interessu.
- 3 Opiniones contrariorum declarantur, nec nos trahimur dispositionem impugnare.
- 4 Mulier in contractu neque naturaliter obligatur, si ei a principio lex reficit.
- 5 Alienatio per mulierem de iure Canonicæ concurrendo iuramento, cessatione viri confirmatione non valet.
- 6 Iuramentum si contractum non confirmetur, non impediet, vt iurans suo iure vitatur.
- 7 Ius Canonicum nullitatem de iure ciuili non tollit, dum actum in prædicium tertij non confirmatur.

- 8 *Maritus potest alienationi fundi dotalis contrauenire propter uxoris praejudicium.*  
 9 *Oppositio Lup. ad rub. de donatione inter vir. & uxor. contra nostram conclusionem asserta, diluitur.*

## DECISIO XLVII.



Vra nēto nullatenus cōfirmari alienationēm rei dotalis tōstante matrimonio ab uxore citrā mariti cōsensum factam, quamvis eo tempore maritū à Provincia abesse contingat. Conclusū, & delatum fuit die 5 Martij 1644. me referente in favorem Antonii Porcelli contra Vincentium Merca. Actuario Antonio Vacca. Per iex. expressum in capitulo cūm contingat de iure iur. vbi causam appetet, iuramentum mulieris alienationēm rei dotalis ita cōfirmare, si in alterius praejudicium hōi redūndet, & ita in terminis de alienatione ab uxore citrā mariti cōsensum facta, post Paul. de Castro in l. cūm vir. num. 4. ff. de ius cap. Ioan. Gutierr. de iuram. consi. mat. part. 1. cap. 1. num. 33. Menchaca conseq. il. lus. par. 1. cap. 10. num. 25. Didac. Co. uarr. in cap. quamvis pacti m. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 3. de pact. in 6. quos citat, firmat Martin. Beneken in addit. ad Seraph. de priuilej. iuram. priuilej. 76. sub num. 12. & num. seq. rationem reddit, quia, inquit, maritus constante matrimonio est fundi dotalis dominus uialis, & lucratus fructus de fundo dotali pro onerib⁹ matrimonij, ut ibi benē, & latē probat.

Quanquam enim ad finem prefati num. 12. contra conclusionem referat Ioannem Lup. ad rub. extra donatione inter vir. & uxor. §. 68. num. 30. qui quidem Lupus pro le citat Anobar. in c. 1. de cōfusut. & Franc. Aret. cons. 54. nihilominus tamē Lupus, & alij per eum citati neutiquam de alienatione fundi dotalis, qui est

casus nostra conclusionis perraditō in qua mariti cōtensus propter ipsius praejudicium exigitur, nō autem ad solemnitatem propter dispositiōnem legis, seu statuti requirentis illum in omnibus mulierum cōtactibus ad commōdum, & beneficium earum, qui est casus valde diuersus à nostro, & in eisdem terminis statuti, de quo Lupus, & alij tractant, loquuntur Lamberteng. de contractibus mulierum. in fin. à num. 3. & Ludou. Mexia in l. Regia Toleti de los terminos. fundam. 7. part. 2. num. 27 inconsulto contra conclusionem citati.

2 Quod autem hēc sit veritas, constat ex late congregatis per Patr. Thom. Sanchez cons. moral. lib. 1. c. 6. dubio 3. vbi num. 2. pro satisfactione Lupi, & aliorum contrariorum, quos citat num. 1. declarat, procedere, quando lex, seu statutum requirit cōsensum alicuius ad evitandum contrahentis damnum; secū autē quando cōsensus mariti, vel alterius exigitur ob praejudicium ipsorum, ne citrā cōsensum damnum eis infertur, quia tunc iuramentum non firmat cōtrahentem in tertij praejudicium, & citat eundem Lupum sibi contrarium ad l. 5. Taur. num. 8. & multos alios. Hanc ergo esse communem sententiam testatur, & sequitur Argid. Trul. leneb. ad precept. Decalogi lib. 7. c. 16. dub. 6. num. 13. tom. 1.

3 Neqđ aduersantur alij citati ex eodem Beneken. ad Seraph. priuilej. 61. num. 32. cūm Anton. Gomes. ad l. 50. Taur. num. 57. quia omnes hi de alienatione fundi dotalis ab veroq; cōluge sicut, vel ab altero cum cōsen- su alicuius facta perradant, vt ex sui lectura constat; non autem, quando ab uno citrā cōsensum alterius, pro- uit in nostra conclusione, qui si tamò pro ea faciunt quāplures allegati per eundem Beneken hēc ad dictum priuilej. 61. num. 39. vbi tenet, quod iu- ramentum in praejudicium tertij non confirmat cōtractum; neq; etiam obstat

obicit oppositum, quod scilicet alienatio ab uxore facta de re dotali cum iuramento, ideo non valet, quia non potuit viro, qui non consentit praedicare, ac propterea cum nullitas ad sui fauorem sit introducta, ab eo dum taxata, & non ab uxore poterit impugnari, per doctrinam Peralt. ad l. vnu s. sed si fundum num. 21. ff. de legat. I. Cald. Pereir. de iure emphyt. par. 3. cap. 10. num. 48. cum seqq. Cancer. cum alijs variar. resolut. par. 3. cap. 2. num. 226.

4. Quidquid etenim sit de hac doctrina, quae multas patitur declarationes, principaliter tunc cessat, cum lex a principio resistit alienationi, ut post Cardin. Manticam, quem citat, probat Steph. Gratian. discept. forens. cap. 202. num. 25. tom. 2. & latius cap. 69. a num. 9. tom. 4. cap. 855. a. nu. 17. sequitur cum alijs Ioann. Baptista Hodiern. in addit. ad decis. Ioann. Petr. Surd. 108. a num. 1. Dominus D. Franciscus Merlin. controvers. forens. cap. 21. nu. 21. in casu autem nostro certum est, legem ciuilem ab initio resistere, & prohibere alienationem rei dotalis ab uxore factam cum consenu viri, siue sine eo, ut est text. apertus in Lovenica s. & cum lex C. de rei uxori. action. & in auth. siue a me G. ad S.C. Velleian. & cum Bartol. firmat Castren. ubi supra, post eos etiam, & alios cum communi opinione, de qua testatur, tenet Ioann. Gutierrez. de iuram. confirmat. lib. 1. cap. 1. nu. 105. ubi quod neque naturaliter obligatur, cum alijs, de quibus per Augustin. Barbos. in collectan. ad l. si predium C. de iur. dot. num. 7. vnde constat, mulierem ipsam de nullitate agere posse.

5. Nam & si de iure canonico valeat talis alienatio, concurrente iuramento, per d. cap. cum contingat cum concordantibus; id tamen est verum, quando mulier iurat cum consensu viri, alias sine eo, quia redundaret iuramentum in praedictum tertij, non confirmat alienationem, ac propte-

re rea cessante confirmatione, nihil innouatur circa nullitatem de iure ciuili, nec potest impedire iuramentum, ubi non obligat, nec confirmat contractum, quin iurans utatur suo iure 7 a lege civili permisso, ad hoc ut de nullitate agere valeat; non enim ius canonicum in hoc casu inducit aliquam nullitatem in fauorem mariti, sed potius nullitatem de iure ciuili sublidere permittit, cum eam non tollat, nec confirmet contractum: quod in fortioribus terminis comprobatur ex his, quae cum communi opinione per alios tradit Gutierrez. d. cap. 1. a num. 94. ubi quod licet alienatio fundi dotalis per maritum facta sine consensu uxoris quodad ipsu, & in sui praedictum valeat, quod secus est in illa, ut probatum extat; 8 nihilominus tamen propter uxoris praedictum non obstante mariti iuramento poterit idem maritus alienationi contravenire, & rem alienatam repetere, ut a num. 96. videtur licet late per Guzman. de euictio. quest. 26. a num. 74. & latius comprobatur Barbos. ad l. 1. ff. solut. matrim. part. 5. a. num. 13. vers. amplia 2. sequitur Mangil. de euictio. q. 73. vnde a fortiori id licet uxori, ut tenent Doctores a capite pro conclusione allegati, & firmat Rimini. iun. in princ. In istis quibus alien. lic. vel non. num. 350. ubi inducendo tex. in d. cap. cum contingat, ergo, inquit, si vergat in praedictum tertij obligatio mulieris, non tenetur mulier seruare iuramentum. Generaliter item post multos docet P. Thom. Sanchez. ad precept. Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 9. num. 38. quod iuramentum vergens in praedictum tertij, nequaquam obligat, & ad finem ita fatur. Quare minus bene Imolin. d. cap. cum contingat nu. 14. ad finem, & ibi Alex. de Neuo num. 39. dicunt, iurantem teneri seruare id iuramentum, nec posse contravenire ei contraria, sed id soli illi tertio damnificato integrum esse; haec tenuis ille. Quando

ergò contractus alicuius contemplatione prohibetur, nunquam iuramēto firmari ex alijs cum communi opinione tradit *Vincent. Mancin.* de iuramento par. 4. 1. effect. quest. 3. nu. 15.

9 Ad aliud autem oppositum ex dicto *Ioann. Lup.* d. §. 68. num. 30. de absentia mariti facilis est responsio, propter quod ex sui lectura liqueat, retento sermone in terminis illius statuti, de quo suprà actum est, id dūtaxat differere, quod scilicet absente marito iudex supplet absentiam, quod est intelligendum in prefato casu, in quo statutum, seu lex exigit mariti consensum propter præiudicium vxoris dumtaxat; ac propter nihil refert, nec confert ad calum nostræ conclusionis, in quo principaliè de præiudicio mariti tractatur, & tantum abest, quod sui absentia in aliquo noceat vxori ad validitatem alienationis, quin potius iuuet tam ad nullitatem, per ea, quæ tradit idem *Lup. ad l. 59. Taur.* vbi latius de hoc ultimo apposito peragit, & num. 1. probat, maritum absentem perinde haberi, ac si esset præsens, vbi non c. d. sétiret, quam etiam ad repetitionem rei nulliter alienatae, iuxta ea, quæ tradit idem *Lup. ad l. 55. Taur. nu. 16.* vbi quod marito absente iudex potest dare licentiam vxori ad standum in iudicio; sed de hoc latius in Conclusion. Agere.

### ARGUMENTVM.

**Contractus ex causa ciuili, & politica reprobatos iureiurando confirmari.**

### S V M M A R I V M.

- 1 *Iuramentum confirmat contractum*, ob defectum solennitatis reprobatum, secus si nullus sit ob aequitatis defectum.
- 2 *Confirmatio subiecti entitatem supponit*, cum non possit cadere in impossibili.
- 3 *Contractus, si in eo deficiant aequitas, & ratio naturalis, quæ ipsum essentialiter constituant, nullus est, ac proinde iuramentum non confirmatur*; secus si adsit solemnitatis defectus, quia confirmabilis extat.
- 4 *Metus, & dolus consensus defectum pariunt, & rationis naturalis, idcirco per huiusmodi iuramentum contractus non confirmatur.*
- 5 *Ecclesia non absoluta à iuramento spōtē præstito; sed hoc non habet locum in iuramento metu extorso.*
- 6 *Opinio Antoni Merendi. controversi juris lib. 1. cap. 2. circa iuramenti absolutionem refertur.*
- 7 *Turpitudinē peccatum si ex parte iurantis adiungit, abs iurio non est necessaria, cum non obliget iuramentū.*
- 8 *Contractus irriterus à iure positivo iuramento non confirmatur, nec exigitur absolucionē à iuramento.*
- 9 *Differentia inter iuramentum sponsi præstitum, & metu, aut dolo extortum.*
- 10 *Text. in cap. cùm contingat de iureiurando interpretatur, & illi verus sensus tribuitur num. 11. & 12. ac asserta ab Antonio Merenda in quo casu habeant locum, num. 13.*
- 14 *Consensus mulierum per iuramentum efficitur obligatorius, statim antea non videbatur de iure ciuili.*
- 15 *Iuramentum promissorum efficacem obligationem patit, ne via per iurys aperiatur.*
- 16 *Promissio, quæ de iure ciuili non subsistit, si ei non deficiat ratio naturalis, efficax redditur virtute iuramenti; idcirco hoc confirmat contractus reprobatos.*

- 17 *Iuramentum ius Parti transfert, atq; sine illius consensu tolli non potest ius ipsi translatum.*
- 18 *Iuramentum continens peccatum, aut alterius praiudicium seruari non debet.*
- 19 *Tex. in cap. non est obligatorium, interpretatur.*
- 20 *Oppositiones cōtrariorum ex cap. cūm contingat illate, dilūtūr, & istius tex. dicta comprehenduntur, & nū.*
- 21.
- 22 *Tex. in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. subtiliter refertur.*
- 23 Anton. Merenda lib. 1. controversi. iur. cap. 2. reprehenditur, & ipsius argumenta soluuntur, & num. 24. & 25.

## DECISIO XLVIII.



Vramentum confirmare contractus de iure reprobatos, & nullos ob defectum solemnitatis, vel aliter ex causa ciui- li, & politica priuatorum commodū concerne, non autem nullos propter defectum rationis, & æquitatis naturalis. Conclusum, & decisum fuit die 10. mensis Maij anni 1634. in cau- sa inter Canonicū Augustinum Mur- sas, & Catharinam Beltramo. me quo- quē referente. Scriba Petro Perez nota- rio. Quidquid enim in ea quaestione, controuerstant Doctores, de quibus late per Prosp. Farinac. de falsitat. & similit. q. 160. num. 234. cum seq. constituta regula affirmativa, quam in subsequentibus exornat, ampliat, & limitat, & per P. Thom. Sanchez in precept. decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 12. à num. 8. vbi quadruplicem refert sen- tentiam, & num. 11. affirmatiuam am- plecitur, & nouissimè per Ant. Merend. controuersi. iur. lib. 1. cap. 1. per to- tum, vbi à num. 2. viriliter cōtrariam negatiuam indistincte tuerit.

Placuit tamen sententia media, de qua in conclusione, cūm per eam

oppositae concilientur, eiquē assenti- re videtur nonnulli relati per Sanch. loco citato num. 9. quos ipse num. seq. optimis rationibus improbat in eo, quod illi crediderunt, vim iuramenti, & confirmationis actus (supposita il- lius inualiditate) consistere in pro- missione non contraueniendi, nec re- uocandi, quam non esse irritam, sed producere obligationem naturalem dixerunt, quod sanè subsistere neu- tiquā posse demonstrat, & compro- bat ipse Sanch. ibi num. 11. cum seq. & Merend. d. cap. 1. num. 25. cum seq.

2 Sed illorum opinio, si intelligatur, prout in nostra conclusione, iuxta primam rationem ex eis relatam per Sanch. d. num. 9. (quod quando aī qui nulla prossus inest obligatio, non ha- bat locum confirmatio illius; nequē enim confirmatur, nisi quod vim ali- quam habet) ita verissima est, vt nul- la recta ratione satisfieri, aut respon- derivalcat, propterea quod non en- tium nulla sunt qualitates, & impos- sibilis dicitur confirmatio, nisi præ- supponatur subiectum aliquod con- firmabile, vt probatur in cap. audit. de electio. & in cap. prudentiam, vbi ita dicit Innocent. de offic. delegat.

Nec à nostra cōclutione dissentit, quinimmo expressè cum ea transit Sanch. d. m. 11. dūm pro satisfactione huius rationis. Secundò, ita affatur, quia & si nulla oriatur naturalis obli- gatio ex contractu, eam iure postiuo impedienti, est adhuc contractus iure naturali aīento validus, ac proinde vitium illud iuris postiui purgatur ac- cedente iuramento, & restitutur ille contractus in pristinam suam naturam, siue virtute iuramenti redditus in se vali- dus, siue quamvis maneat inualidus ha- bens effectus omnes contractus validi, & ita datur subiectum, quod iuramen- to confirmari potest, nempe contractus ille ex sua natura validus, cum alijs de quibus per eum.

Hec autem iuxta eius mentem te- peranda, & declaranda sunt, quando

ius reprobat contractum propter defectum solemnitatis, vel aliter ex causa politica, & ciuili, secùs si ob defectum equitatis, & rationis naturalis, (prout in nostra conclusione) quandoquidē hoc vltimo casu deficit subiectum confirmabile; ex eo quod deficiente equitate, & ratione naturali, non potest dari, nec considerari contractus, aut obligatio vlla naturalis, nec etiā secundūm ius naturale ex ratione naturali, (quaे hominibus omnibus indita est à natura) estimadum sit, vt firmat Anton. Faber *Iurisprudens Papianus* tit. 2. prin. 2. refut. 1.

4 Hinc sit, quod iuramentum vi, aut dolo extortum non firmat contractū, vt agnoscit idem *Sanch. cod. lib. 3. cap. 11. à num. 13.* & est text. in cap. quāmuis de pact. lib. 6. & in cap. cūm continet de iur. iur. & in auth. *Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.* & tradunt ibi Doctores, & alibi passim, de quibus latè per *Prosp. Farinac. in fragm. 2. p. in verbo iuramentum à nu. 1270.* & ratio est, quia concurrente dolo, aut metu inest defectus consensus, & rationis naturalis; ac proindē non potest subsistere contractus, & ex hac illatione, seū verius exceptione in dictis iuribus firmata, omisso alijs, firmatur, & iustificatur cōclusio nostra, non tantum in ea parte huc vñq; declarata de iuramento, non cōfirmando contractus nulos ob defectum rationis naturalis, quod vti necessarium semper presupponendum est, cūm de hoc nemo vñquam dubitauerit, nec dubitari possit.

5 Verū etiam in alia parte de iuramento confirmingando contractus reprobatos ex causa, & ratione politica, & ciuili, in qua tota controversia consistit, per ea, quaē in proposito tradit *Merend. d. cap. 1. num. 15.* vbi maiorem vim iuramenti sponte præstiti, quām per vim, vel dolo extorti agnoscit, & fatetur; nām etsi is contraria partem (vt dictum est) defēdendo respondeat, solitam esse Ec-

clesiam absoluere à iuramento metu extorto, per text. in cap. si vero, & in cap. verū de iur. iur. quod inficiari nullatenus potest. In alio autē, quod assentit de iuramento sponte præstito, nullibi legitur, Ecclesiam absoluere solitam, immō id fieri non debere, à se probari in cap. seq. contrarium vti verius affirmandum, & tenendum est.

Supposita enim sententia, quam ille tuerit, quod iuramentum non confirmet contractus nulos, dicendum esset, ex iuramento simplicem oriri obligationem respectu Dei, nullā verò respectu partis, cui fuit præstatum, nullumquē ei ius directe acquiri, sed tantum indirecte; prout est necesse, vt Deo debitus cultus tribuatur, prout idem *Merend. cod. cap. seq. num. 7. & 8. tenet*, ex alijs firmat *Sanch. dict. cap. 12. num. 58.* Indēq. sequeretur, ex iusta causa absolutionē concedi posse, vt cum multis probat idem *Sanch. cod. lib. 3. cap. 19. num. 3.* & 4. quod & præsentit *Merend. cod. cap. 2. num. 11.* dūm dicit, iuramenti obligationem ex iure diuino, & naturali, quod immutabile est, descendere, ac proindē sine iusta causa nullatenus posse remitti. Quod autem statim adiungit ex textu, quem videndum monet in d. cap. si vero, ad hoc nē dicatur, iustum causam adesse, quando nec ex parte iurantis, nec ex parte eius, ad cuius fauorem præstatum fuit, peccatum adest, neutiquām in eo textu probatur, nec iure subsistit aliquo.

7 Quod ergo attinet ad absolutionem, vbi adest turpitudo, & peccatum ex parte iurantis causa hæc necessaria non est, vt potè quia isto casu iuramentum nullo modo obligat, vt est text. expressus in cap. non est obligatorium. de regul. iur. in 6. vbi Doctores, & cum multis tenet *Anastas. Germon. de Sacror. immunit. lib. 3. cap. 21. num. 140.* & ex alijs tradit *Sanch. cod. lib. 3. cap. 9. num. 29. cum seqq.* Licet enim

in alio casu, quando adest turpitudo ex parte eius, in cuius fauorem fuit praestitum, reputetur iusta causa ad absolutionem concedendam; at tamē potestas Ecclesiae quodad hunc effetum concedendi absolutionem (que libera, & generalis est, ut probatum extat) ex iusta causa restringenda nō est ad illam dumtaxat; ac propterea in proprijs terminis vbi iuramentum nullatenus confirmat contractum alias irritū à iure positivo, quidquid aliqui voluerint, probabilius dicit Sancb. d. cap. 12. num. 65. nullam aliam exigere causam, vt ibi benè probat, quinimmò isto casu cum multis veris existimat d. cap. 19. num. 9. cundemmet iurantem hanc duramenca adēd præstata propria auctoritate in rem evidentē meliorem commutare posse, atquē in fine addit, idem credere de commutacione in rem evidenter & quē bonam.

Ex his itaq̄ē dōuincitur, differentiam inter iuramentum spontē præsum, vel meru, aut dolo extortum excogitatam à Merend. in d. sua prima respōsione, haud subsistere, & ve- riorem esse notatā ibi proposito per Sancb. ex alijs d. cap. 12. num. 63. pro quarto effectu iuramenti confirmantis, vel non confirmantis contractum, vbi dicit, quod quando confirmat iuramenti relaxatio obtineri nullatenus potest; secūs quando nos confirmat, ex ratiōnibz. supr̄a citatis, qui dicunt, iuramentū esse omnino, & inuiolabiliter obseruandum, quaz verba omnem dispensationem, & omne iuris remedium excludunt, ut in num. 5. probauit, ad quem se remittit; item quia in priori casu acquiritur ius tertio ex illo contractu per iuramentum firmato, secūs ex iuramento posteriori casu, quapropter in priori non est locus relaxacioni; eo quod cederet in certis præiudicium, secūs in posteriori, vbi sola iuramenti religio erga Deum obligat, ac proinde subiacet relaxacioni. Prælati-

rum, & plures ad hoc citat.  
10 Accedat, quod si maior virtus iuramenti spontē præstati ad differentiam eius, quod vi, aut dolo fuit extortum, confisteret principaliter in eo, quod de illo Ecclesia non sit solita, nec debet concedere relaxationē, secūs de secundo, ut autumat Merenda, utquē in d. cap. cūm contingat, (de quo is verba facit cum sua dicta responshone) mentio aliqua fieret de relaxatione, & absolutione, de qua nec verbum ullum, illoq̄ē in casu aptiori interpretatione fuisse petitum; an liceret iuramenta mulierum relaxare, atquē ei faciliori responsione Sumanus Pontifex satisfecisset, negando dicere, præterquam si vi, aut dolo præstata fuerint, prout de his, in quibus principaliter de absolu- tione fuit dubitatum, expressè de ea actum extant duo illa capita supr̄a allegata; nemp̄ caput vrum, & cap. si vero de iurciurand.

11 Quod si hoc de relaxatione iuramenti tanquam presuppositum necessarium in d. c. cūm contingat omis- sum dicatur (quod verius est, & suffi- cit ad hoc, ut dignoscatur, nullatenus ibi de relaxatione pertractari, aut dubitari; consequenter inde proueniret, interrogationem illam, & re sponsionem fuisse de indubitibili; propterea quod dubitatione careat, non obrenta relaxatione, etiam in casu, in quo adest turpitudo ex parte recipiētis, ut in casu dolii, aut metus, iuramenta esse seruanda, sicuti aper- tè disponitur in d. a. verūm, & si ve- rū; tuncq; ergo ad quid in cap. cūm contingat exciperetur casus iste dolii, aut metus? quia si exceptio est, sicuti debet esse de regula, iuxta tcr. in l. sed non vlr. 9. it. auscim ff. de negot. gest. vbi Celsus deridet sententiam Præuli confientis exemptionem, præter regulam, & firmat Bald. in l. minenpopl. m. 84. ff. de iustis & iur. & bonis in singulis ff. de legibus. male exciperetur casus ille, in quo

datur

datur relaxatio à regula, in qua non potest dari.

- Quapropter, ut exceptio bona, & de regula sit, dicere oportet, quod si casus doli, aut metus excipitur, quia in eo potest iuramentum relaxari, pari modo relaxari poterit in alijs casibus contentis sub regula, atque hoc non tantum deducitur ex eo sex. tu, quin immò tanquam necessarium antecedens pro declaratione, & intelligentia illius, & ad hoc ne sit de indubitabili, presupponendum est, relaxatum fuisse iuramentum saltim 12 ad effectum agendi, & excipiendi, quod olim forsan, ut hodie esset solitum fieri, nulla prævia causa cognitione, & sine citatione partis, ita ergo interrogatio, & responsio cum dicta exemptione, & ratione decidendi ultimo loco posita concordat. Nam interrogatio talis fuit, verum liceret mulieribus contrauenire consensu à se præstito in alienationibus super rebus dotalibus cum promissione de non contraueniendo proprio iuramento firmata? Ratio autem dubitandi consistebat, non in absolutione à iuramento, ad esset danda, vel non de qua nulla fit mentio; sed in eo, quod consensus ille mulierum in talibus non videbatur obligatorius secundum legitimas sanctiones, ut statim in responsione declaratur, & per eam definitur, ne tali prætextu contingat, viam aperiri periurijs, mulieres ipsas seruare debere huiusmodi iuramentum sine vi, & dolo sponte præstum, ex ea ratione, quæ decisiva est, cum in alterius præiudicium non redundet, nec obseruata vergat in dispendium salutis eternæ.
- 13 In qua quidem responsione primò verbum illud ipse, quod personalitatem denotat respectu mulierum, non ad hoc positum, & adiequum fuit, ut obseruantiam dicat in illarum personis ad exclusionem heredum, quasi quod in eo textu agatur de iuramenti obligatione erga Deum tan-

tum, quæ iurantis personam non egreditur, ut ex multis probat idem Merend. cap. 2. à num. 8. sed ex eo quod, cum alienationes ibi presupponantur facte ab alijs, mulieresque dum taxat consensisse verbum illud ipse possum fuit, ut satisfactionem recipere presuppositum de alionatis, de quo in interrogatione cum simili presupposito declarat in responsione mediante verbo illo ipse, quasi dictum esset, ut alienationi contrauenire neutquam liceret eisdemmet alienantibus, quinimmò & mulieres ipsæ iuramentum seruare debere, at quæ ita verbum ipse stat, non ad differentiam heredum, sed eorum, qui alienationem fecerunt.

Præterea postquam in responsione declaratur ratio dubitandi super mulierum consensu, qui de iure ciuili non videtur obligatorius, subsequitur definitio, quod iuramentum sic seruandum, quasi dicat, quod per iuramentum consensus ille efficitur obligatorius; at præterea ratio intrinseca decisiva concordat cum ratione intrinseca dubitandi quæ ideo in responsione fuit declarata, cum in interrogatione simplex factum fuerit expositum, ut ab eius declaratione declarationem definitio reciperet, quod & manifestant verba illa post dictam rationem dubitandi ante definitionem interposita, nempe ne tali solum prætextu contingat viam, perjurii aperiri; præterea quod via periurijs aperiatur, non ex eo quod alienum à potestate ciuili sit, posse per legem ciudem irritum reddi iuramentum laici sibi subditi in contradictionibus ad forum seculare spectantibus, impediendo illius vim antequam præstetur, siue ad hoc ut non confirmaret concreatum, siue ne ex illo obligatio oriatur, quando id exigit finis politicus, & bonum sua Republicæ, quia hoc uno, aut altero modo fieri posse, tradunt quæ plures relati per Sancb. d. lib. 3. cap. 22. à num. 6.

Sed ex eo potissimum, quod de iure ciuili id neutro ex illis modis fiduciam reperitur, sed tantum dispositum vbiunque ab eo contractum fieri prohibetur, contractum quidem esse nullum, Sacramentumq; nulla tenus admitti debere, vt in *I. non dubium C. delegibus*, aut iusurandum non seruari, vt in *L. iurisgentium S. generatibz ff. de partibz*. atque horum iuris ratio ea fuit, quod cum per illam prohibitionem propter iuris resistentiam omnis obligationis, ne dñm ciuilis, sed etiam naturalis ortus ex promissione impeditur, deficiente tunc subiecto, quod nullum aliud agnoscet*bas iusticie*, ideo iuramentum nec admitti, nec seruari disponebatur, & consensu etiam iuratus non videbatur obligatorius, secundum legitimas sanctiones, vt dicitur in d. cap. cum contingat. Verum ex isto capitulo, & alijs concordantibus de iure canonico, & ex eodem iure ciuili nouissimo per d. aush. *sacmenta puberum* rationem illam neutiquam subfistere, & per eam periurijs viam aperijs, fuit cognitum, ex eo quod etiam de iure Digestorum iuramentum promissorium producebat actionem, & obligationem efficacem pro eo, ad cuius utilitatem fuerat praestitum, vt cum veriori sententia per plura docet *Frans Sarmient. selectar. interpret. lib. I. cap. 3. à num. 4.* & latè post eum per *D. Ferdinand. de Mendez. disput. sur. ciuil. lib. I. cap. 4. à num. 16.* hoc ergo iuramentum operare, quod efficax actio ad agendum ex eo oritur, & ita pariat actionem tam de iure canonico, quam ciuili, ex *S. d. decis. 234. & 225.* tradit *Ioann. Aloys. Ricci. in collectan. decis. part. 6. collect. 2170. vers. & primâ*.

*16 Quidquid autem fuerit de iure ciuili, de iure canonico hoc est communiter, & quotidiana praxi receputum, vt statim idem Riccius subiungit ibi ex *Guid. Pap. decis. 190.* vnde sequitur, quod non sublata hac vir-*

tute, & potestate iuramenti, etiam si id cadat, & interponatur super promissione, quæ de iure ciuili nullam habet subsistentiam propter sui resistentiam, ex causa, & ratione ciuili, quia tamen promissio illa, si non deficit ratio naturalis, subsistit, & obligat secundum ius naturale, quod in hac parte à iure ciuili tolli, aut immutari non potest, cum naturalia sint immutabilia, quamuis ex illo obligatio inefficax sit; efficaciam tamen consequitur beneficio, & virtute iuramenti; indè quæ sit, iuramentum confirmare contractus reprobatos de iure ciuili, vbiunque non deficit ratio naturalis, & iure optimo fuit correcta dispositio illa iuris ciuilis, & dispositum esse in hoc casu iuramentum seruandus omnino, & inviolabilitè, (vt in d. cap. quamvis, & in d. aush. *sa cramenta*) id est omni absolutionis, & relaxationis suffragio postposito.

Quia cum ex promissione iurata statim, ac facta est, ius parti acquiratur, non potest sine illius consensu, & remissione auferri, nec tolli, & absolutionem isto casu concedi non posse, nisi à Summo Pontifice, idque per supremam in spiritualibus potestatem, 17 grauissima, & vrgentissima causa boni communis id postulante, vt ex alijs firmat *S. aush. d. lib. 3. cap. 21. num. 2.* quæ omnia cessant in iuramento vi, aut dolo extorto, vt supra latè ostensum est, & ideo merito illud in dicta responsione excipitur.

Vltimò tandem ponderanda est ratio illa decisiva huius capituli, & in d. cap. quamvis in fine posita cum in alterius præiudicium non redundant, nec obseruata vergunt in dispendium salutis aeternæ, quasi diceret, quod ubi iuramentum est in præiudicium alterius, aut continet peccatum, non debet seruari, verbum enim hoc seruari possum in determinatione casus, utriusq; habet relationem ad illam rationem, vt eam pariter determinat, cuius quidem rationis ratio, propter

quam isto casu, ubi iuramentum concernit peccatum, aut damnum alterius, non debet seruari, illa est, quia est contra bonos mores naturales. Iuris etenim naturalis præcepta rotoria sunt, honestè scilicet vivere, alterum non laedere, ius suum cuique tribuere, quibus vbi cunq; quis contradicit etiam medio iuramento, facit contra bonos mores naturales; ac propterea merito tunc iuramentum non obligat, iuxta text. in d. cap. non est obligatorium, ut in terminis declarat Anastas. German. d. cap. 21. à num.

113.

Ex quibus infertur, iuramentum tunc debere seruari, cum obligat, quia si non obligat, nequitam est seruandum, & per consequens cum in dictis capitulis dicatur, iuramentum sponte præstitum seruari debere, perinde est, ac si diceretur, iuramentum esse obligatorium, neque de eis referri potest obligatio ad Deum dum taxat, ut putant contrarij, qui rationem illam decisum pro se aduocat; quia præterquam quod hoc repugnat exceptioni vis, & doli, de qua supra, Animaduertendum quoque est, quod negatiua, de qua in d. cap. non est obligatorium negat omnem obligationem tam respectu Dei, quam hominis; ac proinde, cum ex ea sumatur ratio decisiva dictorum iurium, dicendum est, continere affirmatiuè veramq; obligationem; maximè cum cadat super materia, & subiecto, quod utramque comprehendere potest.

Ad eirādam verò dubitationem, quæ in hac parte quodad dictum cap. cum contingat obisci poterat, ex eo quod negatio magis negat, quam affirmatio affmet, & negata obligatione respectu Dei, statim resultat negotio obligationis respectu hominis, cum ista sine illa subsistere nequeat; 20 sed non ita in affirmativa, quia obligatio respectu Dei dari potest absq; eo quod detur respectu hominis, nā-

què & si in iuramento promissorio, de quo agimus ad fauorem, & vedatatem hominis facta, aptoque comprehendere utramq; obligationem, vis est; ut una sine altera detur, & Deus isto casu iuriandum naturam, & accepsum habet, prout est in utilitatem, & fauorem alterius, ac proprieatate condonante eo, cui facta est promissio, statim Deus remittit, & easlat obligatio etiam respectu Dei, ne pro constanti firmat Sancb. d. h. g. c. 30. num: 4.

21 Verum tamen pro exclusione, & satisfactione obiectionis memoratæ, ex quo in d. cap. cùm contingat simplicitè fuerat dictum, iuramentum sponte præstitum seruari debere in cap. quamvis pactum, verbum illud omnino additum fuit, quasi dicaret, obliget omnino, & ita veramq; obligationem comprehendere palam fuit.

22 Rursus pro maiori declaratione istius veritatis in hoc eodem aquamvis verba illa seruari debere non simplicitè ad iuramentum, sed ad pacum iuramento firmatum referri, ex lege sua textus evidentè resultat; item ex eo optima ratione deducitur, iuramentum validum reddere pacum, alias nullum, quia si iniurio esset, utique non esset obseruandum, nec contradicent verba pro ratione decisiva superioris relata, cum non vergat in aeterna salutis dispendium, nec redaret in alterius detrimentum; ex quibus infert Merenda d. cap. 1. num. 20. solum esse consequiam, pacum non fuit dolo, aut metu extortum, nec aliqui danosum; ergo obseruari debet, quia dicit, præter hæc alia esse pacta, quæ non sunt obseruanda; siquidem consequientia illa est bona facta relatione illorum verborum seruari debet non simplicitè ad pacum, ut facit Merenda, sed ad pacum iuratum; prout in textu.

Ex his itaq; omnia, quæ in contrario per Merendam aduersus nostrā verissimam, p̄ficiam, & receptissimā

con-


conclusionem longiori calamo adducuntur, dilui, & dissolui possunt, in eisquè refellendis, & confusandis

**23** immorandum hucusquè fuit, ut debita veritati, pietati, & religioni iuramenti ratio, veneratioquè tribuatur, nec resistit, quod statim **num. 2** subiungit *Merenda*, nullam subesse causam, cur hæc vis. iuramento condonetur, *Summumq; Pontificem* neutiquam disponere solitu de negotijs merè sacerdotalibus, nisi quatènus necessarium est, vel valde utile pro salute animarum; quippè, quia ex superius notatis supposita vi, si non nativa, positiuo tamen iure tributa iuramento, quòd effetum producendi actionem, & obligationem de iure ciuili, aut factim canonico resultat cum iustissima causa, eaquè maximè necessaria, ne periurijs via aperiretur, introductu fuisse, reieatis, & correctis rationibus, & iuribus in contrarium, quòd iuramentum confirmaret contractus à iure ciuili reprobatos, & nullos; ad hoc ergo tāquām necessarium pro salute animarum iure optimo Summos Pontifices sua potestate, & iurisdictione vsos fuisse, aquè ad hanc vim iuramento quòd effetum producendi actionem tribuendam, etiamsi non præcisè, nec necessarium fuerit, fuit tamen per quam maximè conueniens, pium, & valde debitum pro maiori iuramenti religione, & veneratione æterni Numinis, quod in testem aduocatur, & approbat conuentiones, & promissiones medio iureiurando factas.

**24** Propterea quòd si sola legis approbatio sufficiat, ut ex ea nascatur, & detur actio, quāta maiori ratione hoc iuramento propter Dei approbationem debitum erit, quod & Ehenici ip̄i agnoverunt, & constat ex multis Iurisconsultorum responsis, de quibus per *Sarmiento*, & *Mendoza* ubi supra, nosquè Christiani pietate, religione, & veneratione æterni Numinis non inferiores, sed promptio-

res, & ardenteres esse debemus, cultusquè his non superstiosus, & indignus, qui Deo exhibetur, ut si non temerè, saltu inconsultò afferit *Merenda d. cap. 1. num. 6.* sed pius, religiosus, & sanctus dici, & compellari debet, atquè plurimum ad progressu spiritualem, quā magis iuramento robur, & firmitas tribuatur prodesse, & adiuuare, dubitandum non est,

**25** Quamvis enim in quibusdam casibus, vbi expedit regimini Reipublicæ, & necessitas illius id exigit, & expostulat, non sit contra religionē, si vis illa producendi actionem, & per consequens confirmandi contractus nullos iuramento interdicatur. Attamen hoc generaliter disponere neutiquam laudandum, sed prorsus abijciendum, & vituperandum, vbi non sublata prius illa vi à iuramento, eius confirmatio quòd cōtractus nullos denegatur, non alia ratione, quā quòd propter nullitatem contractus iuslurandum non sit seruandum, prout ordinatum fuit à iure ciuili; cuius dispositionem in hac parte iustissimam esse, affirmari nullatenus debet, quamvis alias illa in eo, quòd cōtractus à se prohibitos nullos redit, iusta dici possit, quia concurrent iuramento præponderanda, & anteponenda est justitia, quæ pro religione facit, tanquam spiritualis. *cap. 2. de iureiurandi* cum similibus; sed de his satis, & nouè posthæc scripta vī late de materia pertractant *P. Ferdinand de Castro Palao* in suo 3. tomo operis moral. disput. 2. punct. 9. cum sequentibus, & *Alex. Sperel. decis. 46. per totam* in qua p̄cne infinitos allegat.



## ARGUMENTVM.

Donationem, & dotem ita datam, ut in quartā filia habeat iure legitimæ existimari, & dijudicari debere.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Donatio à patre facta, ut in quartam habeatur, sanc legitima censetur.*
- 2 *Anton. Faber de error. pragmat. to. 1. decad. 12. error. 2. refellitur, & in sequentibus.*
- 3 *Datum inter viuos iure legitimæ habetur, si ut in quartam habeatur, conceditur, quamvis supplementum spectet ad filium, si minus habeat.*
- 4 *Legitima deductis are alieno funerali⁹ impensis, debetur.*
- 5 *Legitima cum consensu filij in vita patris soluta, supplementum non excludit, nisi pactū adesset de aliud non petendo.*
- 6 *Opinio Anton. Fabri tom. 2. de ertor. decad. 10. error. 5. num. 17. falsa ostenditur.*

## D E C I S I O X L I X.

- 1  *Vt in legitimæ censi- feri dotem, & donationem à pa- tre inter viuos factam, ea con- templatione, ut in quartam per filiam habeatur.*  
*Conclusum, & decissum fuit die 24. mensis Novembris anni 1637. me refe- rente ad fauorem nobilis Angelae Scar- chioni, & Sæjust aduersus Nicolaum Scarchioni Ciuitatis Ecclesiasticum. Actuario Ioâne Antonio Polla notario. Per text. in l. si non mortis 25. ff. de inoffic. testam. & in l. si quando S. & generaliter C. eod. in quibus cauetur, donationem inter viuos sub ea con-*

ditione facta, ut in quartā habeatur, excludere querelam, si quartā filius in donatione habeat, aut si minus ha- beat, quod deest, per supplementum legitimæ consequatur, ibique Do- ctores conclusionem nostram uti cer- tam supponunt, & signantur *Anton. Thesaur. decis. 159. nu. 4. & Mercur. Merlin. de legitima. lib. 1. tit. 4. quæst. 5. num. 14.* illamque Pragmaticis tri- buit *Anton. Faber de error. pragmatic. tom. 1. decad. 12. error. 2. in principio;* 2 à quibus tametsi ipse dissentiat nedū in casu dotis simpliciter constitutæ, de quo in nostra *Conclusione Dotem*, sed etiam in casu istius conclusionis de dote expressè data pro legitima, de vtroq; enim *Faber* ibi promiscue agit, & credit, perquæ militare ra- tionem illam, quam reddit *num. 8.* de imputando dotem in legitimam, per text. in *l. quoniam nouella. C. eod. vnde infert, in locum legitimæ non suc- cedere, & rursus decad. 13. error. 4. nu. 4. nostram conclusionem in specie im- pugnat, ex eo potissimum, quod legit- ima viuo patre, nec etiam cum filij consensu tradi, aut solui potest, ut ibi per eum.*

Verum tamen, quod attinet ad il- lam rationem de imputatione dotis in legitimam, quamvis vera sit in pri- mo casu simplicis dotis constituæ, de quo in dicto *error. 2.* at in casu istius conclusionis inepta est, & con- traria d. l. si non mortis, & d. l. & ge- neraliter pro illius fundamento ad- ductis; in eo, quod per eas disponitur de repletione facienda, vbi filius mi- nus habet, quam sibi datum fuit pro legitima inter viuos, siquidem, ut agnoscat idem *Faber* decad. 14. error. 10. sub num. 4. supplemento tunc de- mum locus est, cum iam pars aliqua legitima soluta est, vnde necessariò subsequitur, datum inter viuos sub ea conditione, ut in quartam habea- tur, non nisi iure legitimæ censi- debere, quia si illud dumtaxat in le- gitimam fuisse imputandum, nihil esset,

4. esset, quod de supplemento tractari posset, cum legitimæ petitio integra maneret, salua receptu imputatione, ut idem hic bene docet, ex quibus irrefragabilis redditur nostra conclusio, & eliditur proorsus alia ratio *Fabri*, quæ negat legitimam viuo patre, etiam cum consensu filij solui posse, cum ex dictis iuribus pateat, datum inter viuos pro legitima, iure illius censeri, quamquam & illa, si recte attendatur, eo tendit, ut saluum conseruet filio supplementum ad legitimam, si minus habeat post mortem patris, ex quo ante sciri non potest, cum in ponenda legitimæ ratione ea patrimonij quantitas spectanda sit, quæ deducto ære alieno, funerisquæ impensa mortis tempore inuenitur, ut tradit *Faber* in locis citatis, & præcipue d. error. 4. num. 5. per l. cum queritur. C. eod. sed hoc ipsum iuracitata pro nostra conclusione expressissimè, ut dictum est, admittunt, & disponunt.

5. Lieet adhuc in hoc non desint cōtradictores, qui multò magis pro illa faciunt, credentes, legitimam exclusa omni repletione, & petitione viuo patre cum consensu filij solui posse, de quibus latè cum suis rationibus per D. Mari. Cutell. de donation. tract. 1. discurs. 2. par. 14. à num. 1. & nu. 14. vbi cum *Vincent. de Franch. Menoch. Bellon. Anton. à Sola, Ioann. Petr. Fontanell. & Riminald. iun.* quos citat omnimodè tunc eam sententiam firmat, vbi filius recepta legitima fecisset pactum de aliud non petendo, & sic, vbi se tollit de medio, etenim tunc ait, quod pater haberi debet, ac si esset moritus, & dicetur, voluisse, præuenire solutionem legitimæ, idē firmat *Fontanell.* (præter locum relatum à *Cutell.*) de pactis nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 8. pars. 14. num. 26. & maximè pro illis faceret, quod idem *Faber* adducit d. error. 4. nu. 4. & 11. de quarta falsid. ex licet quo §. vlt. ff. ad l. falsid. nam et si ibi responsum

adducat, ut excludat illius augmentum, atamen nouissimè in suis rationalibus ad d. l. si nō mortis, ad fauorem nostræ conclusionis eo argumento vtiur.

6. Nec est curandum, quod hic ad eā legem, & in tom. 2. de error. decad. 40. error. 5. num. 17. dicat, particulam illam, quæ de repletione tractat, non *Vlpiani* fuisse, cuius ea lex est; sed vel per *Tribonianum*, vel alium inepie adiectam, quia præterquam quod in hoc ab eo recedit cum communis sententia, cum qua nostram conclusionem probat *Oswald. Hilliger. ad Donellenucleatum lib. 19. cap. 4. col. 2.* sed cuiuscunquè illa sit, cum approbata fuerit per *Iustinianum*, seruanda est uti lex, & illa etiam cessante sufficeret pro nostra conclusione d. s. & generaliter, qui idem disponit, & illam inequitabilitè comprobat, & confirmat, vnde merito tenenda omnino erit, nec ab ea recedendum.

## A R G U M E N T V M S

Interesse, quod officio Iudicis debetur, adhuc recepta sorte exigi posse, si de eo fuerit protestatum, nec soluens cōtradixit.

## S V M M A R T V M.

1. Interesse, quod officio Iudicis debetur, recepta sorte exigi potest, si de eo fuerit protestatum.
2. Interesse conatur remissum recepta sorte, & si protestatio adfuerit, quod escunq; soluens protestationi dissentit.
3. Soluens si protestationi de interesse cōsensiat, tunc debetur illud actione prescriptis verbis.

4. Con-

- 4 *Consensus sumitur ex præsentia, & nō repugnantia.*  
 5 *Creditor potest consequi interesse à debitore, scilicet cum iste absens fuisset, protestationi non contradixit.*

## DECISIO L.

- 1 **V**re actionis, si non debatur interesse, sed tātum officio Iudicis propter moram post receptionem sortem, cum expressa illius refutatione, & protestatione, cui soluens non contradixit, sed tacuit, exigi posse. *Conclusum, & decisum fuit die 21. mensis Januarij 1634. in favorem Barbolomai Boer contra D. Petrum Pilo. me referente.* *Actuario Didaco Serra.* Quauis enim in l*qui per collusione*m. l*1. ff. de actio. empt. expresse caueatur, quod pretij sorte, licet post moram soluta, usurpeti non possunt; cūm hæc non sint in obligatione, sed officio Iudicis præstetur, & rationem ibi opinie reddit.* *Anton. Fab. in rational. post Scribētes,* & idem probat in suo C. lib. 4. tit. 24. definit. 5. vbi alia iura citat, quod etiā facit *Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nuptial.* tom. 2 claus. 6. gloss. 2. par. 6. sub nu. 42. vbi etiam adducit *decisionem celebrem Flami. Cartar.* 38. latè compobantem, per receptionem sortis principialis censeri interesse remissū, 2. quantūmis sit de eo protestatum, & sequitur *Steph. Gratian. discept. forens.* cap. 33. n. 16. & *D. Franc. Hieron. Leo.* *decis. 111. nu. 16.* vbi etiam alias decisiones refert; quidquid alias voluerit in interesse quantiplurimi. *Alex. T. reacing. variar. resolut.* tom. 3. cap. 9. num. 6. in quarto, & ultimo casu.
- 3 Sed hæc omnia temperat, & declarat *Sigismund. Scacc. de commerc.* & *camb.* l. 1. quest. 7. par. 2. amplia. 8. num. 301. vbi debitor soluens, non acquieuit, sed dissentit protestationi; secūs autem si consentiat, quia tunc dicit, quod debetur, & peti potest in-

teresse, non vigore officij Iudicis, vel primæ actionis sublatæ, sed noua actione præscriptis verbis, quæ oritur ex quodam contractu innominato tempore solutionis celebrato, vt ibi cum *Bart. Paul. de Castr. & Iason.* 4 probat, & num. 304. ampliat procedere, vt debitor latis dicatur consentire, & acceptare protestationem, quādo est præsens, & non contradixit, & seq. rursùs ampliat, vt procedat; etiam si debitor fuisset absens, quia adhuc creditor in vim protestationis non contradicere posset consequi interesse, per *decis. Ros. Genuens.* 87. n. 7. quam citat, & dicit, quod debitor sibi imputet, si non fuit præsens, vel non elegerit personam, quæ in solutione contradiceret protestationi de interesse, satis enim est, quod is, qui soluit pro debitore, non contradixerit protestationi, vt ibi per eum, & nostram conclusionem, quod soluens sortem principalem non contradicēs protestationi sibi præjudicer, quia per talem taciturnitatem resultat tacita acceptatio illius protestationis. vt eo casu oriatur tacitum quoddam pactum, ex eoquè innominato contractu peti posse interesse, cōprobat cum *Decio, Iason. Castr. Riccio, Surdo,* & *Gratian.* quos citat *Ioann. Domin. Gaito de credito.* cap. 3. tit. 1. num. 70. cum sequent. vbi de magis communai opinione testatur.

## ARGUMENTVM.

Alienationem prohibitam per contractum neutriquam impedire dominij translacionem, si posteà subsequatur; adeò vt, si de re feudali fiat, laudemium debeatur.

S. V. M. M. A R I V. M.

1. Laudemium de venditione rei feudal is debetur, non obstante alienationis prohibitory per contractum inita, cum dominij translationem alienationis prohibicio in contrario non impeditat.
2. Laudemium debetur quotiescumq; dominium transfertur de uno in alium.
3. Alienatio rei contra testatoris prohibitionem laudemium non parit, cum nullus reddatur nullus, & dominij translatione impeditur.
4. Text. in l. si creditor s. queritur ff. de distract. pignor. & eius dispositio examinatur, & num. 5.
5. L. quorū C. de donat. qua sub mod. interpretatur, & quo in casu procedat, & eius limitationes assertuntur, & nam. 7.
6. Beneficium non confertur in iniurium.
7. Acquisitum non dicitur antequā sit acceptatum, etiam si in contractu sit dictum, ipso iure.
8. Ius oritur suspensiō ex donatione absenti facta, nempe si à donatario acceptetur.
9. Donatio reuocari non potest, pendente acceptatione per donatarium, quāvis ius absenti non acquiratur.
10. Ius non acquiritur conditione pendente.
11. Dominium ipso iure reacquiritur a donante in donatione per superuenientiam liberorum absque tradizione.
12. Declaratio tacita vel expressa donatis est necessaria, ad hoc ut reuocetur donatio per superuenientiam liberorum.
13. Fructus percepti antē donationis reuocationem penes donatarium remanent, nec illos restituere cogitur.
14. Fructus dominium rei sequuntur.
15. Donatio reuocatur ipso iure, si implementum non sequatur, & donatori datur usus rei vendicatio sequitur ipsius declaratione.
16. Ius non acquiritur statim donatarii

- in re donata alienari prohibita, nisi acceptauerint, eo iure uti velle.
17. Translacio dominij nō impeditur ceterante speciali hypotheca, secūs si ista cōcurrat, cum per pacūm se acquista.
18. Translatio dominij datur in donatione cum prohibitory alienationis facta.
19. Differentia inter donationem, & alios contractus in translatione dominij.
20. Prohibicio alienationis in quo casu translationem dominij impeditat.
21. Voluntas testatoris predominatur in fideicommissis magis, quam in alijs dispositionibus, & quare in casu contraventionis fideicommissum statim committatur, & res vendicetur, assertur.
22. L. traditionibus C. de pactis dilucidatur.
23. Dominium statim à lege transfertur conditione sequuta.
24. Fideicommissum non committitur statim in casu contraventionis, si devoluntati testantis deseruit.
25. Dominij penes duos in solidum eodem tempore reperiri non posst.
26. Dominum ubi alicui à lege cōceditur, per hominis traditionem non transfertur.
27. Delatio dominij à lege si cesset, per traditionem ab homine bene transfertur.
28. Dominium transfertur quo usq; liberi nascantur, & si prohibito sit alienatio ad suorum filiorum nasciturorum.
29. L. ea lege C. de condit. ob causam eruditè, & subtiliter interpretatur, & num. 32.
30. Dicitio, prorsus, quid importet.
31. Dominum non potest esse in pendentia, & si ab uno aufertur, ad aliū transfertur.
32. Conditio cum dominio, & directa vindicatione concurrere non potest, nisi contra furum.
33. Assertiones eorum, qui translationem dominij in donatorem defendunt, nō verē, sed fidele, quorūcunq; per defectum conditionis, sub qua aliena-

tionis

- 37 Sionis prohibitiō conceperat, dominium patitur abdicatum à donatio-  
rio, non subsistunt, & num. 37.
- 38 Fictio, & veritas sunt contradictoria.
- 39 In collectus l. i. C. dē donatione, quae  
sub modo ab Antonio Fabro de-  
cēdor. pragmaticorum tom. 2. de-  
cad. 44. error. 10. praestitus, falsus  
ostendit, & num. 40. per totum  
41. verus sensus tribuitur.
- 42 Proposition illa, dominia rerū non pos-  
sunt esse in pēdenti, locum sibi ven-  
dīat in vero dominio, non in ficto.
- 43 Fictio postliminij constitutio iuris su-  
spensui nuncupatur.
- 44 Dominium verum, non fictum ipso iu-  
re transfertur in actibus ultime vo-  
luntatis per legem, etiam ignorantie  
statim ac dies cedit.
- 45 Regula iuris illa, beneficium non cō-  
fertur in inuitū, quomodo procedas  
in legatis, & quomodo in donationi-  
bus.
- 46 L. si tibi homo s. cū seruus ff. de le-  
gat. i. interpretatur, & ex ea abi-  
ctiones omnes resoluuntur.
- 47 Stipulatio non potest esse in pēdenti,  
vndē inutilis est, nec ens quidē vo-  
catur.
- 48 Fabri conciliatio in rational. tom. 2.  
ad d. s. interdum inanis ostendit, &  
num. 53.
- 49 Effectus stipulationis aliquando potest  
esse in pēdenti, data actus validi-  
tate, nēmē in stipulatione Notarij  
pro absente, cū Notario donatum  
sit, & sit concessum pro absente sti-  
pulari.
- 50 Stipulatio ante acceptationem absen-  
tis valida est, sedius absenti non tri-  
buit, nisi sequuta ratificatione.
- 51 Dominium, quo usq; cui transfertur, si  
sit absens, traditionem acceptauerit,  
non recessit à promissore, si de trans-  
latione dominij agatur, scilicet si  
Notario stipulante res sit tradita.
- 52 Notarius non potest acquirere igno-  
ranti.
- 53 Stipulatio inutilis est, non data acqui-  
sitione.
- 54 Stipulatio est intentum iuris ciuilis,  
vndē si fiat à seruo hereditario, va-  
lere non potest, nisi ex persona domi-  
ni.
- 55 Dispositio dicti s. interdum explicatur.
- 56 Dominium semel alicui acquisitum  
potest ab eo inuitō, & ignorantie au-  
ferri.
- 57 Translatio dominij res legatae, iuris  
ministerio fit.
- 58 Dominium, quo usq; iuris opera  
transfertur ab inuitō, potest recede-  
re ipsius legis dispositione.
- 59 Seruus quicquid acquirit, domino ac-  
quirit.
- 60 Illa, que uno genere colligatur, eodem  
facillimē dissoluntur.
- 61 Effectus conditionis resolutivae à lege  
inducta.
- 62 Differentia inter resolutionem actus,  
in qua lex transfert dominium, &  
eam, in qua ab homine transfertur.
- 63 Text. in l. si ego s. si res. de iur. dot.  
declaratur.
- 64 Lex potest inuitō Domino dominium  
in aliquem transferre.
- 65 Dominium est ius de re corporali per-  
fectè disponendi, aut vindicandi,  
nisi lega, aut conuentione quis probi-  
teatur.
- 66 Persona certa exigitur, quo usq; unq;  
agitur de facti requisitis.
- 67 Dominium de sui natura cum persona  
facta, sine persona vera subsistere  
non potest.
- 68 Furum non committitur in heredita-  
te iacente, cū in ea non decur ve-  
rum dominium.
- 69 Translatione dominij est actus legitimus,  
qui non recipit diem, nec conditionē.
- 70 Legata, & actus ultimarum volunta-  
rum, postquam eoru dies cessaverit,  
non possunt esse in suspensiō.
- 71 Actus viventium quo in casu, & quād  
suspēduntur; & quomodo suspensiō  
patientur moriētum actus.
- 72 Diuīsitas stipulationis, & legati con-  
ditionalis.
- 73 Actus si ab initio valere posset, lex sta-  
tim obligationem inducit.

- 74 L.fin. ff. de servitut. ruiticorum prædiorum in quo procedas.
- 75 Suspenduntur actus, & obligation non inducitur, nisi post mortem defuncti in actibus ultima voluntatis, cum autem pro libito possint reuocari.
- 76 Dominium in legatis cur transferat ipso iure in legatorum, etiam autem acceptationem.
- 77 Franciscus Sarmien. in suo libell. de reddit.ecclesiastic.par.3.cap.2.nu. 12. impugnatur, & reiicitur, & nu. 78.
- 79 Dominium rei legate purificata conditione ipso iure transfertur in legatorum, absq; heredis restituzione, si autem penes heredem extabat.
- 80 Dominium verum ab adita hereditate transfertur in legato puro, quamuis factum a die mortis testatoris.
- 81 Asserta in conclusione dilucidantur, contrariorum oppositiones soluendo.
- 82 L.si vñquam C. de reuocandis donation. & l. i. C. de donation. quæ sub modo, & l. ea lege de conditione ob causam dilucidantur.
- 83 Dispositio l. quoties C. de donation. quæ sub modo enarratur, & eius sensus subtiliter disponitur.

## DECISO. LI.

**A**udemiu[m] Fisco debe[re] de venditione Oppidi de Vlена facta nobili D. Leádro Torres, nō obstante omnis ipsius alienationis expressa prohibitione, donationi anteriori adiecta ad fauorem nobilis D. Fabritij Máca, & suorū. Conclusum, & decizum fuit me pro Fisco ut illius tunc Aduocato patrimoniali patrocinante, & vota Regie Audientie perquidente de consensu nobilis Regij Procuratoris, & Doctoris Ioannis Carnicer illius affessoris ob ingētes, & arduas cause dubietates in eius discussione excitatas, & controuerfas, & ita tandem decizum, & pronunciatum fuit in Regia Procuratione die 17 mē-

sis Martij anni 1628. contra dictum nobilem de Mancā. Actuario Augustino Bōfanti Regij Patrimonij Secretario. Per doctrinam in terminis nobilis Ludouici à Peguer. in repet. cap. item ne super laudemio, vers. 1. Itemq; per so que sobre lo lluisme num. 92. vbi per L. fin. C. de iur. emphycut. eam reddit rationem, quia, inquit, laudemio debetur ex omni actu, per quem dominum transfertur de uno in alium, sed dominij translationem non impediri per prohibitionem alienationis in contractu factam, benè probat per L. ea lege. C. de condit. ob caus. & l. si quis filius. S. Seia cauit. ff. de verb. oblig. & hoc ultimum post multos firmant Petr. Anton. à Petra de fideicommiss. q. 4. num. 1. D. Nicol. Intrigliol. de substic. cens. 3. q. 73. num. 259. I. Anton. Lanar. conf. 55. num. 18. Ioseph Ludou. decif. Perus. 68 part. 2. Hieron. Magon. decif. Florent. 112. Ioann. Petr. Surd. decif. 254. num. 11. Papon. lib. 11. sit. 11. arrest. 1. Vincent. de Franch. dec. 355. pars. 2. in princ. vbi veriorem, & communem profitetur, & Franc. Viui. decif. 471. num. 1. qui dicit, hanc esse communem, & concordem omnium Scribentium sententiam, alios etiam cumulat Gaspar. Anton. T. besaur. qq. forens. q. 81. in princ. lib. 2. & probauit Rot. Roman. apud Cardin. Seraph. decif. 477. num. 3. tom. 1. quamuis noue post hæc scripta visus Anton. Merend. controu. iur. lib. 1. cap. 3 l. à nu. 2. contraria sententiam per plura tueatur, sed nu. Laliam ex opposito frequissimis calculis receptam agnoscit, multos pro ea citans.

Ex quibus tolluntur contraria deducta ex eodem Peguer. loco citato num. 122. namq; is hic agit de laudemio rei alienatæ contra expressam testatoris prohibitionem, per quam nedum actus redditur nullus, sed etiā impeditur dominij translatio, vt cum communi tenent Petra vbi suprà quest. 8. num. 429. Intrigliol. d. quest. 73. num. 258. & fuit decizum per Ro-

tam Romanam in recentioribus decis. 73. nu. 1. par. 1. & decis. 268. sub nu. 5. & decis. 295. num. 1. part. 2. & ita data inualiditate alienationis, & cessante dominij translatione, omnem laudemij petitionem corrueere per quam necesse est, per tradita ab Anton. Fabro in Cod. lib. 4. tit. 34. defin. 1. num. 7. & tit. 43. defin. 28. & 65. in princ. sed latius ante cum probauerunt Amod. de Ponte question. laudim. 39. Redoan. de rebus Eccles. non alienand. quest. 11. §. & solutionem laudimij. num. 19. & Tiraquelle de retractu tit. 1. §. 1. gl. 2. num. 2. & tit. 2. §. 6. num. 5. vbi ait, vix reperiri quenquam, qui huic sententiæ refrageretur, sequitur Hartbam. Pistor. q. iur. 50. num. 36. part. 1. & nu. seq. ait, firmari optimè ex his, quæ de gabela ex contractu minus valido non persoluenda tradunt Doctores ab eo citati, at hoc melius in terminis data expressa prohibitione alienationis comprobant Ioann. Gutierr. de gabell. cap. 15. sub num. 5. vers. secundus casus, & Ignat. Lasar. de decim. venditio. cap. 14. sub num. 32. vers. aut res illa expressa, & nouè, quod laudemium non debeatur de contractu nullo, post hæc scripta visus tradit Ioann. Petr. Fontanell. decis. 387. nu. 2. tom. 2.

4. Licet enim communis illa de prohibitione alienationis in contractu sententia pro conclusione adducta, communi etiam voto limitari soleat, vbi cum prohibitione concurrat specialis aliqua hypotheca, per text. in l. si creditor. S. fin. ff. de distract. pignor. ut latè tradunt Petr. Barbos. in l. si filiofamilias S. fin. num. 34. ff. solut. matrim. Peregrin. cons. 102. num. 10. cum seq. vol. 3. & Gaspar Anton. Thesaur. d. quaff. 81. num. 9. & in casu solutionis gabelliæ Lasarte d. cap. 14. nu. 34. & Gutierr. d. cap. 15. num. 9. & generaliter hanc limitationem proponit Bartol. in d. S. Divi sub num. 14. quod docunquè in pacto de non alienando est reseruatum, vel competitius

aliquid reale, & plures referens sequitur Intrigiol. d. quaff. 73. sub num. 259. ac propterea cum in casu nostro alienationis prohibitio adiecta fuerit in donationis contractu ad fauorem secundi donatarij, & aliorum gradatim vocatorum, quo casu utile rei vindicationem donataris ipso iure absque villa traditione competere, communis calculo receptum est per h. quoties C. de donat. que sub mod. ut post multos docet Fran. Molin. de rit. nuptiar. & pact. in matrim. conuent. lib. 3. quest. 22. num. 30. & nouè post hæc scripta visus Dominus D. Franc. Merlin. controvers. forons. s. 1. cap. 60. ideo merito videbatur dicendum, dictam prohibitionem, dominij translationi obfuisse, & impediisse, prout ita in terminis comprobat idem Molin. cod. lib. 3. quaff. 14. a num. 249. differentiam constituens circa prohibitionem factam in contractu donationis ab alijs contractibus, & tandem differentiam agnoscit Peregrin. de fideicommiss. art. 51. num. 69. & pro donataris facit decis. Rot. Rom. apud Seraph. 374. num. 6. tom. 1. sed est melior decisio Senatus Tholosan. apud Gerard. Maynard. 9. lib. 4. vbi inter alia expenditur sex. in d. l. e. lege. C. de condition. ob caus. per quam pactum de non alienando in donatione id efficit, ne dominium prouersus alienetur, & hoc ipsum per eandem legem admittit Gaspar Anton. d. quaff. 81. nu. 2. & ibi pot. Peregrin. quem citat, contraria procedere declarat in prohibitione facta de re aliena, vel in re propria, non quando donatur, vel venditur alteri sub hoc pacto, quia valet pactum in donatione, & venditione, ut bene per eum,

5. Nihilominus tamen communis illa limitatio minime casui nostro conveniens est, quia præterquam quod vulgaris lectio d. l. si creditor. S. fin. suspicta visa fuit per plura acutissimo Anton. Fab. de error. pragmatic. tom. 1. decad. 24. error. 2. in 3. col. supposito

pro nunc, quod ea sicuti receptior, iea verior esset, prout proficitur *Ioan.* *Petr. Fontanell. de pact. nuptial. tom. I.* claus. 4. glo. 25. num. 58. post *Anne. Robert. rer. iudicat. lib. 3. cap. 14. vers. pro Seij heredibus, quam etiam probauit Rot. Roman apud Seraphin. decis. 477. num. 4. verum ipsa locum sibi vendicat, vbi ius reale tam fundatum, quam acquisitum est, quod utique in casu nostro vix est, vt reperiatur, tam ex eo, quod utilem actionem per d. l. quoties donatariis condonatam, non realem, sed personalē dicit, & tuetur *Didac. Couarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 14. num. 2.* & fuit decilum per *Guid. Pap. decis. 5. 12. per Capyc. 203. per Vincent. de Francb. 74.* & in eis omnibus nouissimi Addentes plures citant, & per Rotam Romanam, vt testatur *Maria voto Pisan. 49.* & si ipse cum eadem Rota dicat, esse personalem in rem scriptam, quae datur contra tertium possessorum quorum totum contrarium suetur noue post hæc scripta visus *Ioan. De Ker. disser. sur. & decis. Belgic. ad diser. 4. à nu. 52.* cum etiam, quia est, quod illa utilis actio realis sit, prout acerimè defendit *Anton. Faber. to. 2. de error. decad. 47. error. 8.* quod admisit *Regia nostra Audientia* in hac eadem causa mota per secundos donatarios contra emptorem d. Oppidi, declarando, locum fore rei vindicationi illius cum sententia lata *Die 1. Decembri 1620.* referente nobili D. Francisco Pacheco Regiam Cancellariam Regente. Actuario Hieronymo Martis. Super quibus omnibus latè de materia nouiter etiam post hæc scripta visi pertractant, & penè infinitos citant *Anton de Amat. resolut. 12. tom. 1. per totam. Vincent. Fusar. de substitutione: quest. 674 cum alijs per Addenses ad Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 12. ex num. 30. & nouissime per Franc. Censal ad Peregrin. art. 51. ad num. 72.**

Attamen animaduersione dignum est, quod ipsa actio, & si detur ipso iu-

re ex benignitate d. l. quoties, datur quidem, sed suspensiè sub condicione, videlicet, si donatarij voluerint, cùm alias beneficium non conferatur in uitum, in uitum ff. de regiur, quod est regulare, quia in nullo actu fit acquisitione antè acceptationem, seù declarationem, etiam si apposita reperiantur verba illa ipso iure. l. uniuersa. vbi glo. & Bartol. C. de precib. Imper. offeren, & traditū relati à Surd. decis. 24. nu. 8. quos sequitur, & alios citat *Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. glo. 8. par. 10. nu. 8.* sicquè in proprio ferè casu donationis, vbi pro absentibus donatariis interuenit stipulatio, actionem illis utile etiam antè ratificationem ipso iure sine cessione competere communiter fertur, quasi repugnante alia communi, quæ denegat acquisitione actionis, quo usq; per donatarios acceptetur, vt de utraquè latissimè agitur in *decis. 12. Rot. Roman. per totam. part. 1. tom. 1. in recentioribus per Farinac.*

Sed ista inter illas afferriri solet cōciliatio, seù potius reddi diuersitatis ratio, quod iuxta primam per stipulationē notarij ius quoddam oriatur, & competit ad beneficium absentis, sub conditione, si ab ipso acceptetur, & sic suspensiè, vt consideratur in eadem *decis. 12. sub num. 11.* qui est effectus conditionis, cùm alias nihil ponat in esse. l. cedere diem, vbi Alciat. & alij. Doctores ff. de verb. signif. & tradit *Alex. Galuan. conf. 33. num. 7.* illud itaque ius id operatur, vt pendente conditione antè acceptatione nequeat donatio reuocari, idquè nimurum cùm in qualibet donatione conditionali non licet ab ea pendente recedere, vt post alios resoluit eadem *Rot. apud Seraphin. decis. 7. 24. à num. 10.* sed ius illud antè acceptationem non acquiritur absenti, vt voluit secunda opinio, ea ratione superius adducta, quam in hoc casu tradit *Camill. Borrell. conf. 64. nu. 10.*

- ne beneficium cōferatur in inuitum,  
vndē meritō antē acceptationem  
nulla quæritur actio donatario, quod  
est regulare in actibus conditionali-  
bus, in quibus pendente conditione  
12 nullum ius parti censetur acquisitū,  
neq; actio datur, vt per plura firmat  
*Nicol. Intriglio. decis. 21. num. 10. cum  
seq. istam ergo conciliationem, & si  
non ita planè declaratam iuxta ve-  
riorem sententiam, de qua testatur,  
probauit sacra illa Rota Roman. decis.  
369. num. 3. part. 2. tom. 1. in recentior.  
vbi habetur, quod stipulatio notarij  
prodest, ad hoc vt donatio reuocari  
nequeat; sed non vt ex ea ius acqui-  
ratur antē acceptationem, & alia cu-  
mulate *Oliuer. Beltram. in addit. ad de-  
cis. Ludouis. 97. num. 8.**
- 13 Ita etiam donatio per superueniē-  
tiam liberorum ipso iure reuocatur,  
& dominium reacquiritur absq; tra-  
ditione, quia intelligitur concepta  
sub ea conditione, nisi liberi nascan-  
tur, vt per *L. si vñquam C. de reuocand.  
donation. tradunt ibi Doctores om-  
nes, & post multos Ioann. Vincent.  
Hundede. conf. 84. à num. 10. vol. 1. &  
tamen illa reuocatio, & reacquisi-  
tio dominij non antē fuit, quam pa-  
ter velit; ita vt necessaria sit expressa,  
vel tacita illius declaratio, vt voluit  
*Rota Roman. apud Seraph. decis. 829.  
num. 4. & decis. 837. num. 9. part. 1. &  
Polyd. Rip. præceptor meus singul. ob-  
seruat. cap. 290. à num. 1. vndē antē  
15 declarationem dominium est penē  
donatarium, quod ex eo colligitur,  
quod fructus medio tempore perce-  
ptos restituere non cogitur, namquē  
semper fructus dominium rei sequū-  
tur, ex traditis per *Egregium D. Fran.  
Hieron. Leo decis. Valent. 89. num. 5. &  
decis. 98. num. 12. vol. 1. & pet. D. Garf.  
Mastrill. decis. 148. num. 19. part. 2.  
quod autem donatarius fructus antē  
declarationem donatos, etiam post  
superuenientiam liberorum restitue-  
16 re non cogatur, sed iure dominij per-  
cipiat, voluit post alios *Bernard. Diaz****
- regul. 113. limit. 10. & fuit approbatū  
à Senatu Sebusiano apud *Anton.  
Fabr. in Cod. lib. 8. defin. 4.* vbi signan-  
tē est videndus *num. 2. in allegat.*
- 17 Denique omīllis alijs in proprijs  
terminis ex dispositione *d. l. quotiēs*  
vnā cum *l. 1. C. de donat. quæ sub mod.*  
tradit idem *Faber* in loco nupēr cita-  
to *defin. 12.* quod donatio ob non se-  
quutum implementum ipso iure re-  
uocatur, ita vt detur donatori vtilis  
rei vindicatio, vt in *num. fin. & nihi-*  
*lominūs*, vt ille declarat eod. loco *de-  
fin. 15.* id est verum sequuta declara-  
tione donatoris, ac proindē fructus  
antē perceptos restituere nō tenetur,  
quia, vt dicit *num. 5. in allegat.* non  
tantum fuit bonæ fidei possessor, sed  
etiam verè dominus. Conferunt præ-  
tereā, quæ in proprijs terminis de-  
laudimio per plura comprobat *Fon-  
tanell. d. decis. 587. à num. 3. tom. 2.*
- 18 Ex his itaq; consequens sit, ius  
donatarij competens in re donata  
alienari prohibita non statim sequuta  
alienatione acquiri, sed ita de mū,  
si donatarij acceptauerint, seū decla-  
rauerint, eo iure vti velle, ac proindē  
antē acceptationem, seū declaratio-  
nem dici non potest, ius illud, quan-  
tuvis reale, acquisitum, & fundatū,  
quemadmodū est cōpetens in casu  
*d. l. si creditor. S. si per specialem hypo-  
thecam pacto, & conventione funda-  
tum*; de qua non est mirandum, cūm  
iam competat, & sit acquisita per pa-  
ctum, ne alienetur, quod in casu con-  
traventionis impediatur dominij trans-  
lationem, iuxta vulgarem lectionem  
illius *textus*, quod non est dicendum  
cessante speciali hypotheca, etiam  
si prohibitio alienationis adiiciatur  
donationi, cūm ius ex ista beneficio  
*d. l. quotiēs* competens, quasi compe-  
tit sub conditione, si donatarius vo-  
luerit, & antē non sit acquisitum,  
20 quapropter sequuta alienatione an-  
tē declarationem; cūm non detur ius  
aliquid reale radicatum, & fundatū,  
quod impedit valeat translationem

domini,

domini, utiq; per traditionem translatum fuisse de necessitate fatendum est, non minus, ac si illa prohibito reperiretur apposita in quolibet alio contractu.

**21** Hac tantummodo inter donationem, & alios contractus notata differentia, quod in alijs, in quibus sola actio personalis competit, ita dominium transfertur, vt transferatur irreuocabilitè, ita vt emptor sit omni tempore securus, & venditor tenetur ad interesse, vt tradunt glof. & Doctores in d.l.ea lege; at in donatione, admissa illa opinione, quæ concedit donatariis utilem rei vindicationem, licet per traditionem transferatur dominium, transfertur tamen reuocabilitè, cum statim sequuta acceptatione beneficio iuris reuocari possit: sicuti contingit in alienatione rei in testamento cum onere restitutionis sub conditione relictæ, de qua & si certum sit, alienationem à lege interdici, quia tamen fideicommissario nō debetur, nec acquiritur actio antè implementum conditionis, ideo si ea pendente sequatur alienatio, tenet, & dominium transfertur, reuocabilitè tamen, quia statim purificata conditione reuocatur, & resoluteur, vt est text. in l. ultim. S. fin autem C. commun. de legat. & ex alijs tradunt D. Hieron. Leo decis. 32. num. 22. par. 1. D. Garf. Mastrill. decis. 47. nu. 1. & 10. par. 1. & Rota Roman. decis. 213. nu. 2. part. 2. som. 1. in recentior.

Nec est ambigendum, quod si in aliquo casu prohibito alienationis impedimento esse potest translationi dominij, id esset potius in isto à lege inducta, quam in illo donationis ab homine, propterea quod legis prohibito propter se etiam simpliciter sumpta potens est impedire translationem dominij, L quedam ff. de acquir. rer. domin. l. 1. ff. de fund. dotal. glof. in l. cùm pater. S. libertis ff de leg. 2. & nouè post hæc scripta visus per plura post alios comprobat D. Mari.

Cutell. de donat. tom. 2. tract. 2. disc. 1. special. 34. num. 11. quod nullatenus hominis prohibitioni cōceditur; nam & si per expressam prohibitionem testatoris statim in casu contraventionis fideicommissum committatur, **22** & ex ea causa res vindicerur, vt tradit Peregrin. de fideicommiss. d. art. 51. sub num. 72. in fine, vbi hanc proportione differentiæ assignat inter contractus, & ultimas voluntates, verum eo casu, quod fideicommissum statim committatur, est effectus prohibitonis testatoris, à cuius voluntate fideicommissa pendent, & maximè in eis prædominatur, vt latissimè cōprobat Joan. Castill. Sotomaior. quotid. controu. tom. 4. cap. 8. num. 1. & 7. sed quod statim sequuta alienatione res vindicari valeat, est effectus legis, cuius potestati potissimum tribuendus est translatione illa dominij, cum alijs testator nequeat transferre dominium, nisi per traditionem, vulgata l. traditionibus C. de pact. quæ quidem lex eti

**24** generaliter loquatur, quod non nisi traditionibus, & usucaptionibus dominia rerum transferantur, tamen sub ea non continetur potestas legis, vt docet Anton. Faber de error. pragmat. d. decad. 47. error. 8. nu. 11. & tradunt Camill. de Medices conf. 71. num. 13. & Alex. Galuan. conf. 30. num. 7.

**25** Ac propterea lex in eo casu prohibet alienationis à testatore statim sequuta alienatione defert dominium fideicommissario, quasi iam purificata conditione, sub qua fideicommissum fuerat conceptum, quod est regulariter in omnibus relictis conditionibus à testatore dispositis, quia purificata conditione statim dominium transfertur à lege, d.l.fin. S. quod similiter, C. commun. de legat. tradit Franc. Sarmient. selectar. interpret. ad l. ut heredibus ff. de leg. 2. & Rot. Rom. decis. 428. num. 2. & 4. par. 2. in recentior. nam & si vbi lex prohibet alienationem, non statim in casu contraventionis committatur fideicommissum,

id ex

- id ex eo contingit, quod lex non propter se, sed propter testatorem, ut deseruiat intentioni illius prohibet alienationem, verum quia dispositio testatoris eo casu supponitur conditionalis in casu mortis grauati, ideo ea pendente noluit lex transferre dominium in alium, ac propterea cessante legis translatione, per traditionem grauati benè transfertur dominium, propterea quod potissimum causa impeditiva translationis dominij in ultimis voluntatibus sit translatio, quæ in eis à lege inducitur, ut presentit *Franc. de Petr.* nouè post hæc scripta visus cons. 38. num. 18. & post multos comprobatur *Anton. de Amat. d. resolut. 12. num. 8.* repugnante dominij natura, quæ penes duos in solidum eodem tempore reperiri
- 26 non patitur, l. si ut certo s. si duobus vebiculum ff. commod. l. hereditate s. pater ff. de castr. pecul. cū similibus, & tradit *Fontanell. d. tom. 2. de pact. nupt. claus. 6. gl. 1. par. 2. num. 12.*
- 27 Vnde quotiescumq; lex indulget, & concedit dominium alicui, impedimento erit, ne ad alium per hominis traditionem transferatur, vel in causa, ut iam translatum reuocetur, & resoluatur, & è contrario cessante
- 28 in aliquo casu dominij delatione à lege per traditionem ab homine, illius translatio, præterquam si per p. & qm ius aliquod reale fuerit reservatum, vel competit (iuxta casum d. S. fin. l. si creditor) necessaria erit, quod vsu venire potest etiam in casu expressæ prohibitæ alienationis à testatore ad fauorem filiorum nascitorum, quia si sequatur alienatio antequam liberi nascantur, ex quo lex
- 29 isto casu non defert dominium, cùm illorum nativitas sit incerta, & pendeat à futuro eventu, & dominium non possit esse in suspenso, ut per *Io. Griuell. decif. Dolana 108. num. 5. & D. Andr. Molfes. cons. 7. num. 7. part. 1.* vtique non obstante dicta expressæ prohibitione testatoris per alienatio-

nem transfertur dominium, & manet penes acquirentem, quousque liberi nascantur, ut est celebris doctrina

30 *Paul. Castr. conf. 247. num. 3. vol. 1.* & sequuntur quamplures citati à *Petr. d. tract. de fideicommissis quest. 11. num. 586.* & à *Peregrin. cod. tract. art. 22. num. 75.* huic ergo casui maximè conuenient, & similis est casus nostræ prohibitionis factæ à testatore; quia esto, quod statim sequuta alienatione iuxta mentem illius committatur, & veniat casus restitutionis ad fauorem secundi donatarij absentis; verum ex quo utilis rei vindicatio, quam supponimus, isto casu à lege indulgeri, etiam si ipso iure deferatur, non tamen acquiritur, nisi sequuta acceptatione, ut abunde supra probatum est; ideo per alienationem antè acceptationem dominium transfertur, licet per acceptationem resolui, & revocari possit.

31 Nec obstat d. l. ea lega C. de condit. ob caus. per quam effectui prohibitæ alienationis à donatore tribui videatur, ne per alienationem dominium transferatur, quia glossa interpretatur de alienatione facti, non iuris, volens, quod contra tertium non detur actio, sed contra alienantem conditio pro interesse, & quamvis ipsam in specie reprobat *The saur. iun. dict. quest. 81. num. 2.* per rationem superioris relatam, quod valeat pactum in donatione, & venditione rei suæ; veruntamen interpretatio glossæ communiter recepta est, ut appareret per citatos à *Peregrin. d. cons. 102. num. 7. vol. 3.* relato ab eodem *The sauro*, nec negatur, valere pactum prohibens alienationem in donatione, & venditione rei suæ (cùm alias pactum in re propria, ne sibi alienare liceat vicino, vel altero inuito, nullum sit, l. pen. ff. de pact.) valet etenim illud pactum in donatione, & venditione rei proprie, sicuti & in re aliena, (ut admittit ibi idem *The saur.*) non ad hoc ut impediatur dominij translatio, sed ut

vendens

rendēs teneatur ad intereste; & licet ille differentiam videatur velle constituere inter pactum in donatione rei propriæ, & pactum in re aliena quodad translationem dominij; sed contrarium suaderi potest, cūm non tantum rei suæ, quām aliena legem dicat is, qui conuentionis potestarem confert in id tempus, quo res futura sit aliena, ut probat Anton. Fab. de error. pragmat. decad. 57. error. 8. proprie fūrem, per l. Stichus ff. de manum. testam. & in l. si ego. S. si res. ff. de iur. dot. & l. conficiuntur. S. si post factum ff. de iur. codicill.

32. Alius non quidēm incongruus, sed aptus iuxta superiū tradita accommodari potest intellectus ad h. e. lege, quod ibi prohibitio à donatore, & si efficiat, ne dominium alienetur, quatenus de alienatione iuris, non facti contra glossum, & communem sententiam intelligi valeat; id camen ibi nō simpliciter profertur, sed cum illa dictione, prorsus, quæ non sine misterio adiecta ibi reperiatur, quasi quod dispositionis mens ea fuerit, ut per illam prohibitionem impediatur quidēm dominij translatio, prorsus,

33. id est omnino irreuocabiliter, sed quod reuocabilit̄ non possit transferri, nec ~~textus~~ negat, nec negari potest, quin potius illemet evidenter quidēm indicat, & expressissimè demonstrat, supposita verissima illa iuris regula superiū probata, quod dominium non potest esse in pendent, nec ab uno auferri, quin ad alium transferatur, ut comprobatur per plura Vincent. de Franc. decis. 540. num. 6. cum seq. par. 4. nam postquam lex illa statuit prohibitionem de non alienando, id efficere, ne dominium prorsus alienet, sequentia adiungit, velut donatori, vel eius heredi conditio, si non fuerit conditio seruata. queratur; quæ quidēm verba duo operantur; in primis enim dicunt, dominium abdicatum fuisse à donatario per alienationem, cūm aliás alienatum propriè di-

ci nequeat, quod in dominio retinetur, ut per gloss. tradit Rot. Rom. apud Seraph. decis. 196. num. 3. par. 1. atquè ita cessaret repetitio dominij per conditionem. Præterea secundo loco illud dominium, quod per alienationē de necessitate supponendum est, abdicatum fuisse à donatario, ut conditioni ob non seruatam conditionem locus sit, non fuit translatum ad donatorem, eiusquè heredem, siquidēm conditionis natura ea est, ut cum dominio, & directa vindicatione concurrere minimè valeat, nisi in casu speciali contra furem, ut docet Anton. Faber de error. pragmatic. tom. 2. decad. 44. error. 10. num. 1.

Sequitur itaq̄e, quod si in facto illius legis per alienationem dominium stante prohibitione donatoris fuerit abdicatum à donatario, nec acquisitum donatori, quod de necessitate, ne aliás sit in suspenso translatum fuerit in eum, ad cuius fauorem alienatio fuit subsequuta: nisi dicatur, quod in eo casu per alienationē, id est per traditionem rei cum legitimo titulo habili ad translationem dominij, statim abdicatum equidēm fuisse à donatario, ut sic defuerit conditionis, sub qua prohibitione fuit concepta, & translatum ipso iure in donatorem, non quidēm verē, sed fictē, cuius virtute ei detur utilis rei vindicatio, cum qua nil inconuenit, ut concurrat conditionis, de qua in illa lege, ut comprobatur idem Faber loco, nup̄ citato.

37. Nam statim inde insurgit replicatio, quod si per alienationem dominium translatum in donatorem, scilicet eius heredem est fictitium, sanè cūm fictio veritati aduersetur, & semper eam dicat esse in contrarium, ut probat Oldrad. cons. 275. num. 7. facili oportet, dominium verum reperi penes tertium, & eo maximē cūm utilis illa actio reiudicationis, quam per fictionē dari donatori volumus, ad dominium verum repetendum.

concedi

concedi soleat, ut est *text.* expressus in d. l. i. C. de donation. quæ sub modo ibi vindicationem etiam utilem in hoc casu, eo quod legi illa obtemperare noluerit impetrare potes, idest actionem, 38 qua dominium pristinum tibi restituatur, nam & si Anton. Faber d. error. 10. num. 4. verba ista in *textum* interpretis ex glossemate alicuius imperiti Interpretes dicat, ac propterea delenda esse per nonnullas rationes defendat; ceterum in hac parte sententia *Fabri* probanda non est propter maximam illius *textus* destructionem; cum etiam, quia ipsius rationes non ita subsistunt, quin ex alijs vulgaris lectio tueri valeat. Siquidem, ut ille fatetur, conditio personalis, cum qua cōcurrere utilem rei vindicationem admitsit, ad repetitionem dominij datur; quid ergo inconuenit, ut hæc ipsa dominij repetitio per rei vindicationem fiat; nam licet, qui condicit, 40 non dicat, rem esse suam, quod utiq; fatetur, quia vindicat, nil tamen interest, si aliás per iuris fictionē res iam est sua, & sicuti agens per condicitiū ad dominium repellī non potest, ex quo iam per fictionem dominus est, ita pari ratione petens per utilem rei vindicationem recte ad dominium aget, quandoquidem & si per eam fateatur, rem esse suam, sed fatetur cū sua causa, sicuti est, fictè quidem, & non verè, & non est adeò à ratione iuris alienum, ut ille putat, etiam nō admissa distinctione de dominio vero, & utili, quam commētitiam dicit, quod ille, qui dominus est iuris fictione, & aequitate, dominium verum consequi curet, & obtinere valeat, sicuti inter alia deducitur ex l. in bello. l. si quis seruum. ff. de capti. & postl. reuersi. atque ita consequatur verum, & perfectum dominium.

41 Nequè in casu d. l. i. remedium utilem rei vindicationis pro dominio consequendo inutile erit, ut credit *Faber*, ex eo, quod pro eodem satis consultum videtur per conditionem

ex mera iuris ratione competentem, quippe, quia istam personas obligatorum non egredi, illam verò rem penes quemcunq; existentem persequi, palam est, quin immò hæc ipsa utiles rei vindicatio, ut ad dominium verum restituendum, seu tradendum detur, vbi cum dominio vero coniuncta esset; necessarium utiq; fuit, cum si aliás ad rem tradendam competenter, inanis, & inefficax esset, concurrente ex parte possessoris dominio vero, quod fictioni præualere summa ratio postulat, l. filio, quem pater. vbi Bartol. ff. de liber. & postlum. sequitur Ioann. Griuell. decis. 130. num. 14. ex eaquè publiciana in rem, quæ iure quasi dominij competit exceptione iusti dominij summovetur, ut in l. pen. & ultim. ff. cod. de publici. vbi Doctores, quod si utilem in rem ad dominium repetendum concedamus, ita ut potestate dominij veri infringere valeat, sanè nullo modo tueri se poterit reus, quin dominium cum re restituat, sicquè ex his si per alienationem utili solummodo rei vindicatione consulatur, donatori ad dominium repetendum in casu prohibitæ alienationis, utiq; dominium verum translatum fuisse, & reperiri penes tertium autem restitutionem, dubio caret.

42 Accedat, quod illa iuris regula superius memorata, ne dominia rerum sint in pendent, locum sibi vēdicat, non in ficto, sed in vero dominio, quandoquidem fictiones, ut plurimum, possunt esse in suspenso, nam & fictio postlimij constitutio iuris suspensi appellatur in l. fin. ff. de suis, & legitim. hered. vndē dominium verum, quod à donatario abdicatum per alienationem præsupponendum est, esse translatum, & reperiri penes 43 tertium, fateri oportet. Nec est curandum de translatione dominij ficti in donatorem, cum ea, & sub suspesso fieri, & factam fuisse in casu proposito dicendum sit, ex eo, quod si alias

aliás statim dominium illud per alienationem donatario etiam antè acceptationem, & eo ignorante fuisse acquisitum, cùm legis potestati non minus facilè sit, translationem dominij facti, quām veri inducere, eoq; in casu ab ipsa lege translatum dominium fuisse, certum sit, atquē ipsa lex vbi potest, nec natura actus, & disponentis intentio, seu voluntas repugnat, quod plenius, perfectius, & fauorabilius est, prouider; vtq; non de facto, sed de vero dominio, & translatione prædicanda esse: sicuti evenit in actibus ultimæ voluntatis, in quibus statim ac dies cedit, lex ipso iure dominium verum, non factum transfert, etiam antè acceptationem, ut de legatis tradunt *Doctores communiter ad l. i. ff. de legat. i.* & de cōmuni testatur *Erot. in l. sis. qui pro emperore ff. de usucap. num. 327.* & post multos sequitur, & comprobant *Petr. Ricciard. in S. sed olim. Institut. de legat. nu. 19.* & illud dominium acquiritur etiam ignorantie, iuxta text. in *l. cū pater S. furdo ff. de legat. 2. cū alijs citatis per Ricciard. ibi, & firmat Steph. Gratian. discept. forens. cap. 568. num. 56. & 58. tom. 3. & Mar. Anton. Macerat. variar. resolut. lib. 2. cap. 44. à num. 5.*

**45.** Nam & si in eis non minus, quām in donationibus inter viuos militat regula superiùs contra donatariorum adducta, ne beneficium conferatur in inuitum, attamen legatariis ita dominiū confertur, ut acquiratur, non si ipsi voluerint, quemadmodum de donatariorum dictum est; namq; sic cùm ea conditio suspendat actum fieri, nullo modo posset, ut dominium verum cēseretur translatum, repugnante ipsius dominij natura, quin immo vbi legatum sub ea conditione conciperetur, non aliter ad legatarium transfret, quām si legatarius voluerit, ut est ea ex expressus in *l. se i. S. 1. ff. de leg. i.* quia non tantum dominium antè declarationem, sed nec actio com-

peteret, nec legatum deberetur, vt tradit *Iann. Mari. Nouar. question. forens. cap. 169. num. 7. lib. 1.* at legatariis, ut dominium regulariter eis ignorantibus non inuitis acquiratur, acquiritur quidem, sed ita demum, nisi ipsi noluerint sub conditione resolutioni, quæ longè diuersa est ab affirmatiua, si voluerit, ut docet *Anton. Faber de error. pragmat. d. decad. 47. error. 1. num. 4.* per *l. fideicommissa. S. in fideicommissum sum cum seqq. de leg. 3.* & indicat *d. S. r. l. sita: namquè eo casu, quo acquiritur dominium legatariis ignorantibus, illa tacita conditio à lege subintellecta, nisi noluerint, adiicitur non dispositioni, & acquisitioni, sed resolutioni, ita ut sequitur repudiatione resolutionis acquisitionē, ac si nunquam facta fuisse, ut docet *Ferdinand. Vazquez de succession. resolut. lib. 1. S. 6. num. 17. & de successio. progress. in prefat. num. 98. vers simili. limum, sequitur Fab. de Anna cons. 113. num. 4. & 5. & sunt iura expressa in *l. legatarius S. 1. & in l. si tibi homo. S. cū seruus ff. de legat. 1. cū simili. bus.***

**46.** Obiter autem obseruandum est, quod in hac ultima lege dicitur, statū serui, & omnia, quæ eius personam attingunt in suspenso esse, quam ad hoc citat egregius *D. Hiero. Leordecis. 62. tom. i. num. 34.* quasi quod sentiat, dominium rei legatae in suspeso fuisse antè acceptationem, quia hæc, & similia, sunt intelligenda, quatenus respiciunt resolutionem actus, non acquisitionem, cùm aliás maxima resultaret contrarietas, & antinomia inter istam legem, & d. l. cū pater. S. furdo cum similibus, per quæ cum communi, & vera sententia dictum est, dominium verum rei legatae ipso iure acquiri legatario, etiam ignoranti ab adiuta hereditate, & repugnare non tantum dominij veri naturæ, quæ, ut probatum est, omnem suspensionem abnegat, & insciatur quidquid in contrarium innuere videatur *l. sed &*

*si s. interdùm ff. de usufruct. vbi dicitur, quod in pendentि est, cui acquirat seruus fructuarius, & rursus in pendentи esse dominium, donec premium numeretur, quia, ut optimè ibi Accursius notat, in pendentи est dominium, attēta futura significatione, non præsenti statu, quo attēto verius est, dominium non fuisse in pendentи, sed statim acquisitum proprietario, aliter enim, quod ibi dicitur de stipulatione serui, pugnaret cum l. si seruus communis. ff. de Stipul. seruor. vbi inutilem esse stipulationē Julianus scribit, quia non possit in pendentи esse stipulatio, nec apparere, utri corum sit acquisitum, & cum l. usufructus f. eod.*

*47 48 Nec facit satis, quod pro conciliatione tradit Faber in rational. tom. 2. ad d. 9. interdūm, nempē hic non validitatem ipsam stipulationis, aut traditionis pendere, quod fieri non posse facetur per dicta iura contraria, sed potestatem, & effectum ipsum traditionis, & stipulationis, quia & si aliquando verum sit, potestatem, & effectum stipulationis pendere etiam 49 data validitate actus, ut superius de stipulatione notarij pro absente traditum est, sed id in eo propter hoc procedit, quod notario donatum est, & concessum de iure, ut pro absenti possit stipulari, iuxta communem, & receptam sententiam, quam euerte re nititur idem Faber de error. d. decad. 47. error. 2. & 3. ita ut inde valida, & efficax resultet stipulatio, etiam 50 antē acceptationem absentis, non ut absenti ius aliquod ex stipulatione acquiratur, nisi tuoc. demum subsequuta ratihabitione. Vnde dum pendet effectus stipulationis, validitas subsistit in persona notarij; at si in ea 51 ageretur de translatione dominij, reputā si notario stipulanti res tradita fuisset, cūm notarius nequeat acquirere ignorantie, & dominium abneget suspensionem omnem, utique dominium non recederet à promis-*

sore, quo usq; absens stipulationem, & traditionem acceptauerit, ut probat l. si ego ff. de negot. gestis, ubi non acquiritur creditori proprietas pecuniae solutae negotiorum gestori antē ratihabitionem, sed ea subsequata 52 acquiritur, inuito etiam debitor, qui non potest solutionem reuocare, ex quo ius, & validitas solutionis subsistit in persona negotiorum gestoris, & alterius cuiusquā, ut probat Faber cod. error. 3. sub num. 5. & quia effectus acquisitionis est in suspenso, cūm negotiorum gestor nequeat acquirere ignorantie creditori, ideo dominium non abdicatur à debitore, quo usq; acquiratur creditori per ratihabitionem.

*53 Sed hæc omnia minime adapari possunt casui d. 9. interdūm, quia si ibi validitas stipulationis nō potest esse in suspenso, ut fateretur Faber, ita nec effectus, & potestas illius quod ad acquisitionem iuris, & dominij, ex quo per acquisitionem validatur stipulatio, & non data acquisitione inutilem esse probant d. l. si seruus. & l. usufructus, & l. sed & si ita de Stipul. seruor. cum similibus, & ratio est, quam doctissimus ille vir animaduertit de connect. lib. 19. cap. 16. col. fin. in principio, quod stipulatio à servo hereditario 54 non potest valere, nisi ex persona dominii; siquidem stipulatio est iusnullum iuris civilis, cui prorsus incognitus est seruus, nisi quatenus ex persona domini accipit stipulandi capacitem; vadè rei cienda venit conciliatio eiusdem Fabri, quod in stipulatione serui fructuarij potestas, & effectus stipulationis, & traditionis sic in suspenso, sed non validitas, cūm verias sit, validitatem stipulationis consistere in acquisitione.*

*55 Atquē ita quod dicitur in d. 9. interdūm, quod ius, & dominium est in suspenso, intelligi debet attenca futura significatione, non præsenti statu, iuxta sententiam Accursij; cui non refragantur adducta ibi per eundem*

Fabrum.

*Fabrum.* Quod si autem praesenti statu dominium semel fuerit acquisitum proprietario, non posset ab eo inuitio, vel ignorantia postea discedere, ut post numerationem pretij ex re fructuarij facta fructuario acquiritur: quia in primis nil inconvenit, ut dominium semel acquisitum alicui, ab eo etiam inuitio, & ignorantia auferatur. Exemplum est in legato conditionali, de quo & si certum sit, pendente conditione dominium esse penes heredem, tamen per purificationem conditionis statim dominium ad legatarium transit, etiam inuitio, vel ignorantia herede, ut late probat *Ricciard.* vbi suprad. 21. & *Nouar.* d. quest. 169. num. 4. & nn. 5. rationem esse ait, quod dominij rei legatae translatione fit ministerio, & opera legis, quod verissimum est.

59 Generaliter ergo inde inferri potest, quod *vbi* *cunq;* translatione dominij sit a lege, potest a quolibet inuitio, & ignorantia recedere, opera, & dispositione ipsius legis; ac proinde in casu *d.S. interdum* cum dominium acquisitum fuerit proprietario, attento praesenti statu ministerio, & opera legis, quia licet dicatur traditionem factam fuisse seruo, sed traditio hominis non potuit inducere translationem dominij, quia ita acquisitum fuisset seruo, sed cum seruus sit incapax illius acquisitionis, & quidquid seruus acquirit, ex dispositione legis acquirat domino, ideo lex ibi operatur translationem dominij; unde minus videri non debet, si sicuti lex attento praesenti statu induxit acquisitionem illius dominij ad favorem proprietarij, non solum ignorantis; sed etiam inuiti, iuxta *Letiam ff. de acquir. rer. dom.* ita ex futuro euentu 60 dominium eidem ab eodem inuitio, & ignorantia auferatur opera, & ministerio ipsius legis; nihil enim tam naturale est, quam unumquodque eo genere dissolui, quo colligatur est, vulgata *I.nihil ff. de reg. iur.*

Præterea acquisitione in eo casu ad favorem proprietarij intelligitur facta sub conditione resolutuani servus ex re fructuarij pretium numeraverit, & propter iuris conditionem venditionem puram isto casu in suspenso esse dicit *text. in I.bouem S.vl tim. ff. de adlit. edict.* ac propterea ista conditio, dum pendet, operatur suspensionem non validitatis actus, & acquisitionis iuris, & dominij, ut dictum est, sed exercitij actionis, & petitionis, & ita procedit quod hic in *d.S. ultimo* habetur, quod dum pendet conditio, neutri eorum redhibitoria 62 competit, sed *vbi* *cunq;* lex inducit conditionem resolutuam in aliquo actu, tunc sequuta resolutione dominium recedit ab eo, cui fuerat acquisitum, eo inuitio, vel ignorantia, non tantum *vbi* lex ipsa dominium transluit in primum acquirentem, sed etiam *vbi* per traditionem ab homine fuerat acquisitum, ut patet in donatione, de qua in *d.l. si vñquam*, quia sequuta resolutione per nativitatem liberorum, ipso iure donator reacquirit dominium, etiam inuitio, vel ignorantia donatario.

Sed haec differentia inter resolutionem actus, in quo per traditionem ab homine fuerat translatum dominium, & eam, in qua lex sola operata est illius acquisitionem, quod primo casu lex resoluit actum, prout ex nunc 63 a die purificatione conditionis, cum alias non possit agere, quin factum hominis factum non sit, & tollere dominium ab initio, quasi non fuerit traditum, atque ita in casu dictæ donationis per superuenientiam liberorum donator reacquirit dominium, prout ex nunc, unde merito fructus ante perceptos suos proprios facit donatarius iure dominij, ut est probatum; sed in secundo casu, *vbi* dominium fuit acquisitum opera, & ministerio legis, purificata conditione resolutua resoluitur actus, prout ex tunc ab initio, quasi factus non fue-

rit, quia lex factum suum, quasi non factum agere potest, ut de legato nō agnito dicit *Iuris consultus in d.l.legatarius* §. 1. quod pro eo erit quasi nec legatum quidēm sit; itā etiam de acquisitione facta per feruum fructuarium, sequuta resolutione dominium recedit à proprietario, & acquiritur vſu fructuario ab initio, ut in d.S. interdū, ibi nā ex re fructuarij retro fructuarij fuisse.

64 Nec tandem vrget text. in l. si ego, §. si res ff.de iur. doti. citatus a Fabro pro sua opinione contra *Accursum*, quia in eo textu non probatur, dominium pendere, sed potius ad heredem transiisse, dūm penderet donatio in diem nuptiarum, & quod ibi dicitur ab herede discedere rerum non posse dominium inuitio eo, procedit in translatione dominij traditione hominis, quod libenter cōceditur; nam non ea est hominis potestas, ut per traditionem valeat transferre dominium, nolēte domino, vel ignorantē, quinimmo nec inuitio eo, cuius interficit, etiam si dominus non sit, dummodo ad rem specialem habeat hypothecam, ut fuit probatum per d.l. si creditor, §. fin. at non inde inferendum ad potestate legis, de qua dubitandum non est, quia valeat transferre dominium inuitio domino, ut conuincitur ex eodem textu in d.S. si res, vbi etiam si ageretur de translatione dominij, per traditionem hominis favore dotis, nē mulier maneat indorsata, cōstitutum fuit, si heres distulerit, vel absit, etiam nolente, vel absente eo dominium ipso iure ad maritum transferri, idquē non traditione hominis, sed legis cooperationi, & ministerio tribuendum est. Vnde ex his satis sufficienter resultat, dominium sui natura suspensionem excludere omnem.

65 Quod si queratur de ratione, ea se in promptu clarissima offert, quod scilicet dominium est ius de re corporali perfecte disponendi, aut vin-

dicandi, nūi lege, aut conventione. Quis prohibeatur, ut tradunt Bartol. & Doctores in l. si quis vi, §. differentia. ff. de acquir. poss. ac proinde est ius, quod constitit in disponendo, & vindicando; sed disponere, & vindicare est quid facti, ut per se patet; quæcūq; 67 autem facti sunt, personam aliquam, eamq; certam, & veram exigunt, l. i. §. sequela ff. de his, qui testa lib. esse ius ser. quapropter sine persona vera, & in suspenso stare dominium sui natura non potest, taliter quod nec sufficiat, quod detur persona ficta, ut in 68 hereditate iacente, de qua etiam si in multis partibus iuris pro domino habetur, adeoque hereditati quoq; ut domino per feruum hereditarium acquiratur: in his sanè, in quibus factum personæ, operaè substantia desideratur, nihil hereditati quæri per feruum potest, ut dicit l. hereditas 61. ff. de acquir. rer. domin. & in ipsa hereditate dūm iacet, certum est, non dari dominium verum, sed res in nullius bonis esse probat l. i. ff. de rer. diuisio. ibi nam res hereditarie, antequā aliquis heres existat, nullius in bonis 69 sunt, & ideo in eis furtum non committitur, sicuti nec eius, quæ sine domino est, ut sunt verba l. ultim. ff. de crim. expil. heredit. & per plura probat doctus præceptor Bened. Pinell. selectar. iur. interpr. lib. 2. cap. 9. à nn. 8. quod non ex alio evenit, quam ex dominij natura, quæ suspensionem prorsus abhorret.

70 Quod autem translatio dominij sit actus legitimus, qui sui natura nō recipit diem, nec conditionem, docuit Jacob. Reuard. ad l. actus legitimus ff. de reguliur. vbi dicit, certum quidēm esse mancipacionem, in iure cessionem, hereditatisque aditionem diem non recipere, aut conditionem; per huiusmodi enim legis actiones nihil agitur, quam ut legitimū exquiriri uum iure dominium transferatur, quamobrem si mancipacioni diem adiceris, aut conditionem vitias actum; id

enim

enim moliris, quod per rerum naturam fieri non potest, nam transfert dominium, & illud non patetis transferrit, & rursus nam sine dominij translatione nulla aut esse, aut appellari mancipatio potest, quae translatio per temporis, & conditionis adiectionem omnino impeditur, hæc ille; atque ita apparet, dominium in pendentia esse non posse, de quo iuris axiome sic latius actum est, quoniam ab ipsis veritate summoperè pendet cognitionis, & comprobatio nostræ conclusionis, ac per consequens verum apparet, quod propositum fuit de legato, quod scilicet repugnet naturæ dominij ipsius suspensiō.

71 Sed quod magis est, ut iam deueniatur ad aliud maximè necessarium pro perfecta cognitione nostræ conclusionis, non tantum legati suspensiō repugnat veri dominij naturæ, sed etiam ipsis legati, & omnium ultimarum voluntatum, quarum præcipua ea est natura, ut postquam earum dies cesserit, non possint esse in suspensiō, ut est *tex. in l. fin. in fin. ff. commun. prædior. vbi* dicitur, quod non sicut viuentium, ita defunctorum actus suspendi receptū est, & tradunt ibi Doctores communiter, & multos in proposito citat *Additio ad Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 10. vers. verum quidquid*, nouē post hæc scripta visa. Hanc ergo maximam interdictos actus viuentium, & morientium differentiam præscire oportet, quod actus viuentium quodad sui validitatem regulariter, & attēta sui propria natura non possunt esse in suspensiō, ut probatur ex *d.l. seruus, & l. v. susfructus, de stipul. seruor. ibi quia non possit in pendentia esse stipulatio. Item stipulatio autem pura suspendi non potest*; quamquam interdum utilitas causa receptum quoquæ sit, actus viuentium suspendi posse, ut in *d.l. fin. & in l. per fundum ff. de seruit. rusticor. prædior. sed actus viuentium quodad cessionem diei, & exequutionem iu-*

ris, & exercitium actionis benè possunt in pendentia esse, etiam secundum propriam sui naturam, ut de stipulatione conditionali dicitur in *d.l. v. susfructus*, quod ex presēti die vires accipit, quamuis petitio ex ea suspensa sit; sed actus morientium à contrario quodad sui validitatem benè possunt esse in suspensiō, ut probatur in eadem *l. v. susfructus*, ibi legari autem ei posse vsum fructum dicitur, quia dies eius non cedit statim; sed quodad cessionē diei, & exercitium, & exequutionem iuris non possunt in suspensiō esse, non tantum regulariter, & secundum propriam suam naturam, sed nec modo aliquo. Ita ergo intelligēda sunt verba illa *d.l. fin.* non sicut viuentium ita defunctorū actus suspendi; quidquid alias asserat *Faber* tām super hac lege in rationib⁹, quām de coniectur. lib. 19. cap. 16. col. fin. vel clariū, licet actus viuentium in eo, quod sui natura non admittunt suspensionem, legis potestate quandoquæ suspendantur; sed actus defunctorū in eo, quod sui natura suspensionem abnegant, nec etiam legis potestate possunt esse in suspensiō, ut ita oppositum idem operetur in opposito, quod propositum in proposito. vulgatis iuribus.

73 Nam & si eorum omnium minimè lateat, rationem reddidisse *Fabrum* tām in loco nupèr citato, quām latissimè in eodem tract. de coniect. lib. 15. cap. 7. pro cognoscenda diuersitate stipulationis, & legati conditionalis; verūm hæc brevis videtur ratio ve-rior, quod in actibus tām viuentium, quām defunctorum si apponatur dies incerta, vel conditio aliqua, quibus potissimum datum est, suspensionem inducere, hæc communis disponentium intentio, & voluntas non obscurè colligitur, quod non alias exequutioni demandentur, quām si dies veniat, vel conditio existat; sed in actibus viuentium cūm ideo fiant, ut valent inter viuos, iuxta eorum naturam conueniens, & necessarium fuit,

quod

quòd legis potestate fieret, ne eorum  
 74 validitas esset in suspēso: aliter enim  
 cūm ambulatoria sit hominis voluntas usquè ad mortem, nunquam, aut  
 per raro valerent inter viuos, nam  
 adinissa suspensione validitatis, reuocatiōni tam per mortem, quam per  
 mutationem status, seu voluntatis  
 subiacerent; vnde merito lex statim  
 ubi actus ab initio valere potest,  
 obligationem inducit, à qua amplius  
 non liceat recedere, sola petitione in  
 suspenso manente, quo usquè dies ve-  
 niat, vel conditio existat, & tunc uel  
 exequitur, uel repellitur, aut à con-  
 trario, si à principio factio aliquo, uel  
 natura rei, quæ in contractum incidit  
 repugnante ualere non potest, eu-  
 nescit actus, iuxta text. in l. quæcunq;  
 & obligationes ff. de action. & obligat.  
 nec datur obligatio in pēdenti; etiam  
 si ex post facto per aduentum diei,  
 uel conditionis ualere possit; cūm  
 contrariorum par sit ratio: quod & si  
 regulariter uerum sit, quandoquæ ta-  
 men utilitatis causa admittitur, vt si  
 actus ab initio propter repugnatiam  
 75 rei, de qua agitur non valeat, sed ex  
 post facto valere possit, inducatur  
 obligatio quædam suspensiua, & eo  
 casu lex operatur super possibili, cūm  
 eadem voluntas, quæ ab initio fuit,  
 ex post facto esse possit, & ad hoc per  
 disponentem fuerit destinata, nisi  
 mors, aut status mutatio intercedat;  
 namq; tunc obligationem statim di-  
 rim placet, & ita procedit d.l. fin. in  
 eo, quod agit de suspendenda cesso-  
 ne inter viuos.

76 At ex contrario in actibus defun-  
 torum, cūm ipsi fiant, vt nō valeant,  
 nisi post mortem, ideo antè lex obli-  
 gationem non inducit, quia esset cō-  
 tra naturam actus, & mentem dispo-  
 nētis, sed pro libito reuocari possunt;  
 post mortem autem, cūm iam testato-  
 ris voluntas fuerit extinta, nec amplius  
 reuocari valeat, vtiquæ lex non  
 curat de suspensione validitatis, neq;  
 statim obligationem inducit, nē aliās

aliquid frustrā à lege (arte, & natura  
 repugnante) fieri dicatur; sed tunc  
 demūnd inducit obligationem, cūm  
 tempus, conditio vè obtigit, quod fit  
 in eodem instanti, quo dies etiam lega-  
 ti cedit, cūm ibi reliquum sit in diē  
 certum, vel sub conditio, nisi tem-  
 pus, conditio vè obtigerit, nequæ rem  
 pertinere, nequæ diem cedere potest,  
 vt statuit l. s. dies ff. quād. dies leg. sed.  
 & l. unica S. sin autem sub conditio  
 C. de caducis toll. vnde si in actibus  
 defunctorum dies cedere non potest,  
 quandiu actus est in suspenso, conse-  
 quens fit, quod ipsius diei cessio, aq;  
 exequutio, & effectus illius suspendi  
 nequeat, ex hac potissimum ratione,  
 cūm non detur amplius effectus su-  
 spensiua voluntatis morientis iam  
 finitæ, super qua fundari valeat legis  
 operatio, & ideo si dies inutiliter ce-  
 dat, nullo modo potest lex suspensi-  
 onem validitatis inducere, tanquam  
 super impossibili, & hoc est, quod d.l.  
 fin. dicit, non sicut actus viuentium  
 actus defunctorum suspendi posse.

77 Ex his itaque omnibus facilis est  
 cognoscendi ratio, cur in legatis do-  
 minium ipso iure transeat in legati-  
 riū, etiā antè acceptationem; pro-  
 pterea quod, cūm exequutio actus  
 defunctorum post induciam obliga-  
 tionem non potuit esse in suspensiō,  
 necesse sit, vt acquiratur legatum le-  
 gatario antè acceptationem, aliās  
 enim si acceptatio esset expectanda,  
 in suspenso maneret contra naturam  
 actus; quia tamen cum ea in hoc etiā  
 dominij natura conuenit, vt suspen-  
 sionem excludat, ideo lex in exequu-  
 tionem legati dominium verum ipso  
 iure transfert; quia, vt dictum est, vbi  
 lex potest, nec natura actus, aut dis-  
 ponētis intentio repugnat, quod  
 plenius, perfectius, & fauorabilius  
 est, prouidet. Ex inde ergo evidentis-  
 simè per iam firmatam rationem dif-  
 ferentia inter actus viuentium, & de-  
 functorum resultat, quod in illis cūm  
 ex sui natura suspensionē admittant,

quod

quod dominum abnegat, non verum; sed factum dominum transferatur à lege, ex eoquè non directam, sed utilem rei vindicationem competere, palam sit per d. h. a. leg. de conditi. ob caus. & per d. l. i. & l. quoties. C. de donation. que sub modo, cum similibus.

78 Hæc igitur est vera, & optima ratio, non illa, quam tradit Fr. snc. Sarmient. in suo libell. de reddit. Ecclesiast. pars. 3. cap. 2. num. 12. ubi dicte, distinguendum esse, an lex transferat dominium ipso iure sine apprehensione ex contractu, an verà ex ultima voluntate, ut quando ex contractu semper dominum quod transferatur, sit utile, aut ex ultima voluntate, & bene transferat tam utile, quam directum, earatione, quod in contractibus cùm superfit persona, apud quam remaneat dominium directum, scilicet ea, apud quam erat prius, non transferatur nisi utile, quia dominium directum, quod iure gentium, & sine actu naturalis traditionis transferri non potest per legem ciuilem natura ipsa repugnante; sed quando transferatur per ultimam voluntatem, cùm non sit apud quem remaneat, directum per mortem eius dominio extincto. melius est cum utili coniungi per legem ciuilem, naturali non impidente, plenū sortiri effectum, quam dominium illud effici vacuum, & in nullius bonis, & ex consequenti cuilibet fine causa occupari concedendum. hacten ille.

79 Nam aduersus hæc rationem multa se offerunt argentissima argumenta, & præcipue in legatis conditionibus, ut edictum est, ante aduentum conditionis dominum verum est penes heredem, qui si fuisse pactus possessionem rei legatae, proculdubio dominum tam de jure ciuili, quam genitum fuisse factum, factum est, & nihilominus purificata conditione statim ipso iure illudmet dominum verum iuris ciuilis transferatur in legatarium, non expectata restitutio 80 heredis, ut etiam probatum est. Vnde non est in causa existentia per-

sonæ, apud quam dominum de iure gentium reperiebatur, ut impeditat ipsius veri dominij juris ciuilis translationem. Præterea in legato pure concepto, et si verè dominum transferatur ab adita hereditate; sed à die etiam mortis testatoris, transferatur dominium factum, vt in L. T. Titio ff. de furs. cum similibus, & est vera, & recepta opinio, de qua per Ricciard. ubi suprà num. 18. vers quantum astinet; quidquid alijs super his se inuoluit, & latè de materia differat Anton. Merend. nouè visus controvers. iur. 10. 2. lib. 9. cap. 32. cum sequentib. & nihilominus hic non adest persona, quæ impedimento esse possit translationi veri dominij. Rursus etiam in contractibus, quandoquè, ut in casu d. l. si unquam C. de revocan. donation. dominium verum transferatur à lege, ipso iure per superuenientiam liberorum, etiam existente donatario, à quo prius verum dominium tam iuris ciuilis, quam gentium per traditionem fuerat acquisitum, & ex his, & alijs manifestè patet, ineptam esse rationem differentiæ à Sarmiento excogitaram.

82 Vnde alia pro sedandis his difficultibus petenda est, sed nulla aptior, nec congruentior illa in superioribus redditis; per eam namquæ satisfit priori obiectioni de legato conditionali, quia cùm nulla detur obligatio pro illo legato, antè quam conditio existat, & existente conditione statim dies cedat, repulsa omni suspensione dominum verum in exequitionem statim non expectata traditione heredis transferatur à lege, ex quo ipsa non repugnante natura, actus, aut dominij, nec disponentis intentione, quod pleniū perfectius, & favorabilius est, prouideret; sed in legato pure, & si à die mortis testatoris, quo usque adest hereditas, non existat persona, quæ impeditat dominum veri translationem, repugnante, rapere natura dominij suspensionis exclusiva non transferetur dominium

verum;

verum, sed fictum, quia ex hoc ipso, quod eo tempore nulla existit persona vera, cum qua vera possit esse contracta obligatio, etiam si à die mortis dies legati cedat, id est fictè quodad effectum transmissionis; hereditarium itaque actionum loco habentur ea legata, quamvis ab herede ceperint, ut inquit *I. hereditariarum ff. de action.* & obligation. Vnde vera obligatio legatorum incæpta ab herede, & antè additionem illa ficta obligatio non potest operari translationem veri dominij, maximè stante illa obligatione in suspenso, cui non nisi effectum suspensum tribuendum fore, naturalis ratio dicit. Ad ultimum verò de translatione dominij in casu *d.l. si unquam*, ideo sit etiam existente donatario, quia coniecturata voluntas donatoris id suadet, nec natura actus, aut dominij repugnat:

**83.** At occasione dispositionis istius legis grauissima se obtulit difficultas pro inuestigâda diuersitatis ratione, quarè in casu illius dominium verū transfertur à lege: sed in casu *I. 1. & I. 3. C. de donatio. quæ sub modo, & in I. e a lege, de conditio. ob caus. cùm similibus fictum dumtaxat transfertur, per quod non directa, sed utilis rei vindicatio datur, admissa ea opinione, quæ in casu *d.l. 3. donatario* utilem realem competere affirmat. Verum tamen per eandemmet tationem firmatam superiùs hæc dissensio facili negotio componitur; siquidem in casu *d.l. si unquam* lex transfert dominium, non inducendo obligationem aliquam, sed obligationem, & donationem iam contractam resoluendo per superuenientiam liberorum, ita ut natus liberis sit in potestate donatoris, cùm velit dictam donationem resoluere, & eo volente statim sequuta declaratione resoluitur, & cù hoc fiat in eodem instanti, nec detur aliquis actus suspensivus, ideo anquæte dominij veri natura illud, quod plenius, & perfectius est, transfertur;*

sed in casu *d.l. 1. & I. e a lege* vbi legatarius denegat alimenta, sèu contraprohibitionem alienat, non resolutur quidem donatio, sed reuocatur, & pro reuocatione datur donatori in utroque casu condicitia personalis, quæ presupponit obligationem in persona donatarij; vndè et ipso, quod ille cōtrauenit, cedit dies illius reuocationis, suspensivè tamen si donator voluerit. Vnde si in eo casu transfertur dominium verum à lege, non nisi suspensivè transferri potuit. sed natura ipsius, alias refragante, & ob id meritò fictum, non verum transfertur.

**84.** Ita etiam in casu *d.l. quoties utilem rei vindicationem competere tenet vna communis*, ut ea mediante donatione illa ad favorem secundi donatarij efficiatur irreuocabilis, ac propere quodammodo de inducenda obligatione tractat; quia tamen antequâ secundus donatarius acceptet, ius ex ea donatione ad illius favorem est in suspenso, cùm actus inter viuos sit natura quodad cessionem dici, & effectum obligationis suspensionem admittat, ut fuit probatum; ideo lex ibi tantummodo fictum, non verum, defert dominium, & per consequens hæc est vera ratio, propter quam in ultimis voluntatibus prohibitio alienationis impedit dominij translationē, ut in specie post glor. rangit *Ioann. Franc. a Pont. ethi. 14. num. 38. vol. 2.* Secus autem in contractibus, & donationibus, præterquam si antè alienationem à secundis donatarij fuerint acceptata, ita ut ius reale nō tantum delatum, sed etiam acquisitum, & radicatum fuerit in eorum personis, in quibus terminis possent procedere, ea, quæ ex *Molina, Peregrino, Seraphino, Maynardo, & Tbesauro* pro donatarij a principio deducuntur fuit, vel saltim vbi sequuta alienatione donatarij statim contra illam egerint, sèu alias declarauerint suam voluntatem, & si enim isto caso, ad hoc ut donata-

rijs actio detur, necesse sit, dominiū verum per alienationem ab alienante discedere, propterea quod neutiquam penes ipsos, cum tantum utilis rei vindicatio competit, sed penes tertium acquirētē translatum fuisse, fateri oporteat, quia tamen mox sequuta acceptatione illa dominij translatio est quasi momētanea, méritō de ea non est curandum, per ea, quae tradit *Fontanell.* d. tom. 1. claus. 4. glos. 9. part. 5. ex num. 126. & tom. 2. claus. 5. glos. 8. par. 12. num. 36.

Sed in facto occurrenti de venditione Villæ de Vsana per multos annos fuit illa valida reputata, nec de acceptatione pro donatarijs cōsūlit, quo usque lis contra alienationem fuit mota, & subsequuta revocatione, cum ad inuicem partes contendent de restitutione fructuum, & liquidatione interest cum sententia istius Regiæ Audientiæ lata die 26. mensis Februarij anni 1626. fuit facta adiudicatio à die litis motæ. Vnde prouenit, dominium penes emporē translatum, & conseruatum fuisse usque ad litis diem, non obstante dicta alienationis prohibitione. Vnde laudem domino nostro Regi citrā dubium debetur, iuxta ea, quae in simili tradit *Antony Faber dicta definit.* 28. de resolutione donationis, in casu d.l. si unquam dicens, nām quē admodum huiusmodi revocatione non retrotrahitur ad tempus donationis, vt ex eo apparet, quod fructus medio tempore perceptos restituere donatarius non cogitur, ita fieri non potest, vt semel debita laudem ob solam donationis resolutionem deberi defniant, & ita fuit iudicatum, & executioni demandatum.

¶

## ARGUMENTVM.

In fideicommissariam hereditatis restitutionem venire legata anteriori loco heredi vniuersali relicta.

## SUMMARIUM.

- 1 Legata fideicommissio præcedentia, veniunt in fideicommissariam restitutionem, si ad fauorem heredis sunt facta, & iste per fideicommissum sit grauatus.
- 2 Legata tunc capiuntur iure hereditario, cum sibi ipsi legari non possint.
- 3 Objectiones Peregrini de fideicommiss. art. 7. nu. 16. & Fusar. de substitut. fideicommiss. quæst. 650. soluūtur.
- 4 L. acceptis ff. ad l. scid. & l. deductis ff. ad Trebell. diluuntur, & num. 6.
- 5 Voluntas testatoris prædominatur in testamentis, nedum expressa, sed etiam ex legitimis coniecturis.
- 7 Conclusio dilucidatur, dictis Gasparis Anton. Thesaur. quæstion. forens. lib. 1. quæst. 17. respondendo.
- 8 Legata si fideicommissi dispositionem subsequantur, & non procedant, non veniunt in fideicommissariam restitutionem.

## DECISO LII.

- 1  Legata relicta ad fauorem heredis, qui solus fuit vniuersaliter institutus, & per fideicommissum grauatus in fideicommissariam hereditatis restitutionem venire, si fideicommissio præcedant. Conclusum, & decisum fuit referente ad fauorem filiorum Thomæ Taray contra Sebastianum Onis die quinta mensis Lunij anni 1636. Actuario Dominico Bartoloto. Per text. clarum in l. in fideicommissariam. S. fn. ff. ad S.C. Trebell. ubi expressè caue-

Dd tur,

tur, in fideicommissum cadere, quod à semetipso ei reliquum est, & rationē reddit ibi *glosa in verb. in fideicommissum*, quia legata tunc iure hereditatio capiuntur, cùm sibi ipsi legari non possint, per iura, quę citat, & probant *Doctorès communiter ibi, & alibi passim, signanter potest alias Riminal. iun. cons. 590. num. 2. vol. 5.* & multos citās *Iacob Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 94. num. 44.* & *cons. 884. num. 15. et ers quartò comprobatur vol. 9.* & esse de mente omnium Scribentium fatetur *Peregrin. de fideicommiss. art. 7. num. 1. in fine, & sequitur Nicol. Intriglio. de substitution. cent. 3. quæst. 74. num. 155.*

3 Quamvis enim Peregr. ibi à num. 16. contrariam opinionem per plura tueatur, eamquę veriorem cum aliquibus comprobat *Vincent. Fusar. de substitut. fideicommiss. quæst. 650. à n. 5.* verū tamen eorum argumenta deducta ex eo, quod verba debent intelligi cum effectu operandi, & quod pro validitate actus semper est facienda interpretatio, vñica solutione diluuntur ex d. S. fin. vbi, vt dictum est, reliquum à se ipso in fideicommissum cadere disponitur, ratione superius notata, quę vti specialis, & in casu proprio à iure expressè deciso prævalere debet præsumptionibus generalibus, & in contrarium adducitis, de quibus in illo textu nullà habetur ratio, nec in contrarium urget, quod de substitutione vulgari in casu sat. s. diuerso proponitur ex l. sextiam ff. de legat. 3. quandoquidem relatum, quod alias à se ipso nō valeat, in eo dumtaxat casu sustinetur, vbi datis coheredibus, vel facta substitutione vulgari heres, cui fuerat factū legatum, repudiat hereditatem, & legatum reginet, quia cùm tunc vires sumat testamentum ab aditione coherendum, vel substituti valet legatum, tāquam reliquum ab herede, vel substituto, iuxta tradita per *Peregr. d. art. 7. num. 5.* hac notata differentia, quod

datis coheredibus, n̄ reliquum fuerit per legatum, totum consequitur, si autem per prælegatum, non nisi pro parte coherendum, vt animaduertit *Anton. Faber coniectur. lib. 6 c. 4. col. 4.* per text. in L equidem totum. ff. de legat. 1. & l. miles S. ultim. ff. de legat. 2. & l. eum, qui. S. vlt. ff. de bis, quibus vt indign. & hoc etiam voluit *Oswald. Hilliger. in annotat. ad Donel. enucleat. lib. 8. cap. 7. sub lit. C.* sed in substitutione fideicommissaria aliud dicendum est, siquidem vbi unus heres institutus est, per repudiationem illius corruit testamentum, & legatum non debetur, & probat idem *Peregrin. ibi num. 6.*

4 Nequę resistit, quod in hoc casu pro satisfactione rationis superius memorat, in qua h̄titur nostra conclusio, obiicitur ex opposito ex lacceptis ff. ad l. falcid. & ex l. deducta ff. ad T. rebel cum concordantibus, de graduato videlicet, qui in casu restitutioonis deducit prælegatum, vt præceptionis, namquę, vt benè notat *glosa vbi suprà in d. verb. in fideicommissum,* in his iuribus aperte voluit testator, prælegatum retineri in casu restitutioonis, non mitum igitur, si non restituuit, sed retinet, tunc ergo iure hereditatio retinere voluit, *Surd. cōf. 253. num. 33. vol. 2.* etiamsi ex quasi legato percipi, & retineri dicat *Faber loco citato col. 2.* per text. in S. quis erat, *Instit. de fideicommiss. hered. voluntas* enim testatoris prædominatur in testamentis, n̄dum expressa, sed etiam tacita, ex legitimis coniecturis elicita, vt latissime comprobatur *D. Ioann. Castill. Sotomaior quotid. controvers. tom. 4. cap. 8. à num. 1.* & in puncto de prælegato voluit *Philipp. Maffin. præceptor meus selectar. sur. distinct. cent. 1. distinct. 80. num. 4.* cum multis etiam probat *Fusar. vbi suprà nu. 55.* At in dubio tenenda est nostra conclusio ex d. S. fin. vti decisua illius, per quem tolluntur omnia contraria.

6 Nequę ad eum dici potest, locum habere

habere datis heredibus, ut ibi præsupponitur per hæc verba, non debere eū restituere, quod à coherede accepit, propterea quod tunc, cùm prælegatum aliquid operetur, & pro parte coheredum valeat, nil noceat, quod pro portione propria heredis corruat, & in restitutionem veniat, sed nō idem obtainere, vbi unus solus est institutus heres, ex eo, quod tunc legatum, si in fideicommissum caderet, inutile in totum redderetur, & ideo, ut aliquid operetur, & valeat, admittenda est interpretatione, ut censeatur factum legatum in casu restitutionis, iuxta d.l. acceptis cum similibus, cessante dispositione d.S. fin. hanc ergo differentiam inter istos casus præsentit, & notat récentè post Peregrin. Anton. Merend. controversi. sur. lib. 4. cap. 43. num. 17.

Quia præterquam quod Gaspar Anton. Thesaur. in contrarium à Merenda citatus, question. forens. lib. 1. quæst. 17. num. 7. ad fin. nil referre putat, an unus, vel plures sint instituti heredes ex alio capite, quod attinet ad S. fin. tametsi in eo, quod dicit, non debere heredem restituere, quod à coherede accepit, præsupponat pluralitatē heredum, at quod statim subiungit, quod à semetipso reliquum est, in fideicommissum cadere, locum habet datis, vel non datis coheredibus, cùm & dictum illud generale sit, & ratio, in qua fundatur, quod à semetipso legari nequeat, utrumquè casum comprehendat: nec est constituenda differentia, ex eo, quod legatum datis coheredibus pro eorum portionibus valeat, quoniā non curatur, si pro propria portione deficiat, nec sit necessaria interpretatio, quod pro illa censeatur reliquum in casu restitutionis; sicuti vbi unus est heres, ne aliás in totum reddatur inutile, quia si ratio ista esset bona, utique in casu substitutionis vulgaris, à qua sumunt argumentum Peregrinus, & alij contra conclusionem, legatum,

quod ab herede relinquitur, in eo dumtaxat casu esset validum, in quo unus est heres, quasi reliquum in casu repudiationis, cùm aliás in totum redderetur inutile, non autem datis coheredibus, quia tunc iam pro eorū parte subsisteret, & valeret; sed hoc est falsum, quia in vulgari, etiam datis coheredibus legatum valet, nedū pro parte coheredum post diem legatorum, cedentem, etiam antē aditā hereditatem, ut est casus in d.l. miles S. I. sed etiam pro propria, sub illa conditione, si repudiauerit, & totum legatum heres conditione illa purificata consequitur, d.l. equidem totum. vnde sequitur, rationem illam, & argumentum à vulgari substitutione contra nostram conclusionem non subsistere, quia si in fideicommissaria, vbi unus est heres, posset admitti illa interpretatione, ut legatum in casu restitutionis valeat, eadem esset admittenda, datis coheredibus, ut pro propria portione valeret, sicuti sit in vulgari.

In fideicommissaria autem nullam esse constituendam differentiam inter dictos casus, præsentit Peregrin. d.art. 7. num. 52. concurrentibus conjecturis, de quibus per eum in numeris antecedentibus, & sequitur Ludou. Casanat. conf. 10. num. 163. vers. etiam. at cessantibus conjecturis, & in dubio iuxta conclusionem, sicuti data pluralitate heredum, quod à semetipso reliquum est, in fideicommissum cadit, ut admittunt omnes, nemine discrepante ex d.S. fin. d.l. in fideicommissariam, pari ratione, ex generalitate sui dicti, & rationis idem firmiter tenendum est, vbi unus solus est heres.

Sed hoc est intelligendum, quando legatum præcedit, prout in conclusione, secus si subsequatur, per sext. in l. Titia ff. ad l. falcid. quæ aliás pugnaret cum S. fin. & nulla alia ratione concordari posse voluit Peregr. cod. art. 7. num. 67. quidquid in con-

trarium post alios teneat Merend. ubi supra num. 6. per tradita à Cuiacio, & Goueano in locis ab illo relatis; sed contra istos videndum est Faber, qui prædictam differentiam, an legatum præcedat, vel subsequatur admittit ubi supra, & tenet Hugo Donell, in suis commentarij. iur. ciuij. lib. 7. cap. 25. & ibi sequitur in enucleatione Osuald. Hilliger. post Fabrum, & Petr. Gregor. & Paci. & de communi testatur, multos ad hoc etiam citat Mercur. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 2. num. 10. & pro intelligentia dictarum legum videndi sunt relati per Nicol. Genua in confutatione opinionum antè Gouean. Anton. Fab. & aliorum nu. 62. fol. 526. sed an conclusio locum habeat, quando prælegatum sit filio, videnda est Conclusio Filium.

### ARGUMENTVM.

Fructus in legitimam imputari, liberos nullatenus constringi, nequè etiam in trebellianicam, si primi gradus fuerint, præcepto imputationis à patre iniuncto non obstante, nequè ad illorum restitucionem teneri.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Liberi non possunt grauari in legitima, vel trebellianica, etiam si propter fideicommissum conditione pendente ubiores percipiant fructus, quibus imputationis præceptum iniunctum erat.*
- 2 *Grauamen, de restituendis fructibus ultra legitimam perceptis, bonè tenet.*
- 3 *Grauamen in legitimam non arguitur in preiudicium filiorum, ex graua-*

*mine restitutionis fructuum.*  
4 *Sensus opinionis alièr sentientium.*

### D E C I S I O L III.



Iberos in legitima, nec in trebellianica, si primi gradus sint, grauari neutiquam posse propter fideicommissum, etiam si penden-te conditione ubiores ex opulenta hereditate eis à parente relieta percepint fructus, quos in illis imputari iussi fuerint, eosquè nec imputari, nequè restituere teneri. Conclusum, & decisum fuit die 9 mensis Iunij anni 1636. me referente in favorem filiorum Thome Taray aduersus Sebastianu Onis. Actuario Dominico Bartoloto. Per text. in l. quoniam in prioribus. iuncta l. scimus. S. repletionem C. de inoff. testam. quarum expressa est dispositio, legitimam nullum grauamen pati, nequè repletionem ex fructibus fieri, & utrobius Doctores; quodad trebellianicam verò in liberis primi grados fructus non esse imputandos; tametsi testator iusserit, tex. est clatus in l. iubemus C. ad S.C. Trebell. ubi etiā Doctores, & in l. in fideicommissariam. ff. cod. præcipue hic. Alex. num. 6. tam in legitima, quam in trebellianica nostram conclusionem probat, reiecto Cumano, qui contrariam ampliebitur, & Alex. sequuti sunt quamplures, de quibus larè per Vincet. Fusar. de substitut. fideicommiss. quæst. 296. nu. 71. ubi veriorem sententiam profitetur, & ex alijs de crebriori testatur; ac propterea ex eis, & alijs in contrarium relatibus nu. 65. verissimam, & receptissimam esse in terminis nostra conclusionis resultat.

- 2 *Quamvis Fusarius hic in alijs terminis quæstionē proponat, videlicet quando filius expressè grauatus est restituere, vel legitimam, vel fructus*

per-

perceptos vtrà eam, qui quidem termini, nedum diuersi sunt à nostra conclusione, in qua de præcepto restitutionis fructus non agitur, sed etiā sunt diuersi inter se, cùm aliud sit grauamen in legitima, quod prorsus rejicitur, nec per imputationem fructus sustineri potest, vt in nostra conclusione, aliud autem est grauamen de restituendis fructibus vtrà legitimam perceptis, quod fieri potest, vt in Concl. Grauamen.

Nam & si Cuman. conf. 25. num. 5. vers. illud saltim, & nonnulli alij, qui cum sequuntur ex grauamine in legitima grauamen de restituendis fructibus deducant, & istud sub illo cōtineri contendant, quod & nonissimum cum multis tuerit, & in Granatensi Praetorio definitum testatur D. Ioan. Castillo. Sotumaior. quotid. controuers. tom. 5. cap. 107. num. 44. at in contrarium stat opinio relata Alexandri, quam in punto post alios defendit, contrariamq; Cumani minus veram demonstrat Cardin. Mantic. de coniectur. ultim. volunt. lib. 7. tit. 10. nu. 18. quapropter num. 19. satisfacit argu- mento Cumani deducto à lege ex sa- tho ff. ad trebellian. sequitur Fusar. d. tract. quæst. 626. num. 43. & 45. ideo

3: ab opinione contraria Cumani relata d. quæst. 296. nu. 65. deducendi sunt. Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 196. nn. 27. & alij, qui loquun- tur de præcepto expreſſè à parente facto de restituendis fructibus, & de co-principaliter agitur in decis. Surd. 21. pariter à Fusar. & Castillo relata, eisq; deductis nostra conclusio pro- culdubio communior est, & verior, cùm ad fundamenta ex legibus à ca- pitè citatis responderi nequeat, nisi supposito grauamine de restituendis fructibus, quod ex grauamine in legitima non est coniecurandum in- præiudicium filiorum. Vnde ad eorū fauorem nostram conclusionem cum alijs, præseriem cum authoritate Rotę Romanę probat Mercur. Merlin. de

- legitima lib. 3. sit. 2. quæst. 8. num. 6.  
4. Insuper est notandum, quod non nulli ab eo in contrarium adducti num. 3. vel loquuntur in casu, in quo pater iussit, fructus restitui, vel vbi priuat filium tota hereditate, quod idem est, & ita prætermisso Menoch. ubi suprà suam, & aliorum opinionē contrariam declarat Ioann. Anton. Mangil. de imputa. & detractio. quæst. 118. num. 10. nostramquè conclusio- nem cum Fusario, & alijs probat no- uissimè, differentiam inter dictos ca- sus constituens Hodie. in addition. ad dictam Surdi decisionem. 21. num. 23. cum seq. & Ioann. Anton. Bellon. in- ter consil. Fusar. conf. 185. num. 112. in 2. casu.

## ARGUMENTVM.

Alienationē litigiosæ rei propter iuris resistētiā adhuc in Ecclesiam, Ecclesiasticas- què personas factam vitiosā censerit.

### S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. Vitium litigiosæ ex dispositione iuris cō- munis contractum, comprehendit etiam Ecclesiam, atq; Ecclesiasticas personas, ad quas res peruenit pen- dente. lite.
2. Decisio de Franchis 545. contra con- clusionem refertur, & in quo casu babeat locum. num. 3.
3. Statutum, quoiescunq; simile iuri com- muni redditur, ligat Clericos in casu prefatae conclusionis.
4. Statutum, pœnam addens contra alienan- tem rem hinc pendente, vtrà ius commune, tunc in eo quod additur, clericos ligat.
5. Alienatio si fiat ante sententiam lite-

pen-

*pendente super actione personali, nō contrahitur vitium litigiosi de iure communi.*

7 *Opinio Martæ de iurisdiction. part. 4. cent. 1. casu 35. refellitur.*

### DECISIO LIV.



*Itigiosi vitium ex dispositione iuris communis contradicunt comprehendere etiam Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas, ad quas lite pendente res peruenit. Conclusum, & decisum fuit die 4. mensis Aprilis anni 1636. ad favorem Oeconomi Patrum Societatis Iesu aduersus Procuratorem Archiconfraternitatis Sanctæ Catharinae. relatione nobili D. Francisco Corts. Attuarrio Didaco Serra notario publico. Per text. in l. fin. ff. de litigios. & in cap. Ecclesia Sanctæ Marie. extra velite pendente, vbi post glof. Hostiens. & Ioann. Andr. firmat Abbas num. 10. in fine, sequitur Cardin. Domin. Tusch. practici. conclus. tom. 5. conclus. 386. nu. 52. cum sequent. tenet in pia causa Lancelotti. de accentat. lit. pending. in prefat. num. 153. & cum multis probat conclusionem D. Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 2. num. 256. cum duobus seqq. & num. 441. vbi agit de statuto prohibete alienationem rei litigiosæ, per totum iur. ff. & Cod. & auth. de litigios. cum Feder. Prukomar. conf. 15. num. 75. ut clericos etiam comprehendat, putat esse opinionem veriorem contra Capram regul. 15. nu. 42. quem in contrarium refert.*

2 *Quamuis enim in fine illius numeri opinionem Caprae veriorem dicat, per tradita à Molfes. ad Consuetud. Neapol. part. 2. tit. de person. quest. 7. vers. finem, qui expressius in terminis ad quest. seq. 8. num. 32. super quadam Constitutione Regni Neapolitani contra conclusionem tenet ex alijs, præcipue ex decis. Vincent. de Francb. 545. num. 4. quam refert, reprobato*

*Vrfill. in addit. ad Afflct. decis. 331. n. 3. generaliter etiam contra conclusionem tenet Marta de iurisdiction. par. 4. cent. 1. casu 35. à num. 20. ex sententia Socin. seni. cons. 14. vol. 4. sed voluit citare consilium antecedens 13. vbi illam firmat num. 31.*

3 *Nihilominus tamen intelligi debent in casu statuti, de quo loquuntur, quamvis etiam in eo opinio Vrfill. vbi supra, & in alia sua addit. ad decis. 397. num. 7. post eundem Afflct. ibi num. 10. probetur, & sequatur per Ioann. Baptistam Valenzuel. cons. 19. num. 42. vol. 1. Ad conciliationem autem istarum opinionum, declaracionem, & confirmationem nostræ conclusionis. maximè iuvant tradita per Carol. de Graff. d. num. 441. ex quibus hæc notabilis resultat distinctio, quod quotiescumq; statutum se conformat cum dispositione iuris communis, ligat clericos, & in his terminis loquuntur Afflct. Vrfill. & Valenzuel. de alienatione facta in fraudem paratæ exequutionis, quæ ex iuris dispositione etiam in actione personali pro quantitate, si non vitio litigiosi, saltim ex capite contempti Iudicis, & potestatis judicialis, patitur exequutionem cōtra quoscunq; successores, & rei emptores, ex doctrina Bald. communiter recepta, de qua latè per D. Franc. Salgad. de Regia protection. part. 4. cap. 8. à num. 175.*

4 *At quotiescumq; statutum ultrà ius commune aliquam penam addit contra alienantem rem lite pendente, tunc in eo, quod addit, clericos nō ligat. Ita ergo intelligenda est d. decis. Vincent. de Francb. cum concordantibus: sicuti euénit, quando lis pendet super actione personali pro quantitate, cuius antè sententiam alienatio fit, quia tunc de iure communi nō contrahitur vitium litigiosi, ac propteræ cessat exequutio contra tertium, sed est agendum reuocatoria via ordinaria, prout ita in terminis decisionem de Francb. post Mar. Giurb.*

quem

quem citat, declarat *Salgad.* ead. par. 4. cap. 14. num. 115. & num. 44. nostram conclusionem expressè firmat.

Nequè ei in aliquo obesse potest, quòd *Maria* generaliter ad eam inter ius ciuile, & ius canonicum differentiam constitutam ex eo, quòd ad hoc constitutum dicat, vt altera res in locum rei alienatae subrogetur per dictum cap. Ecclesie *Sanctæ Mariae*. Siquidèm quod hic disponitur, locū tunc habet, cùm res litigiosa alienata rehabet non potest, vt post *Tiragli*. quem citat, declarat ibi *August. Barbus.* in collectan. num. 2. voluit *Arism. Tepas.* receptar. sentent. tom. I. tit. 145. cap. 4. vers. qui rem litigiosam, & ita non contradicit dispositioni iuris ciuilis, quādo rehabet potest per exequitionem, tunc itaq; ex utroq; iure obtinet conclusio nostra, & pro sui maiori intelligentia an, & quando litigiosi vitium contrahatur ex dispositione iuris communis in realibus, & in personalibus actionibus, videnda sunt tradita post. alios per *Cardin. Tusch. d. cōclus.* 386. per totam, *Salgado* d. cap. 8. à num. 168. *Steph. Gratiān.* disceptat. forens. cap. 502. tom. 3. *Iacob. Cancer.* variar. resolut. tom. 3. cap. 17. num. 402. & 461. cum seqq. & nouissimè per *Marc. Anton. Thomat.* decis. *Macerat.* 17. à nū. 5. nouissimèq; etiam post hæc scripta visi *Dominus Regens Sanfelicius* decis. 2. tom. 1. *Alex. Sperell.* decis. 7. Rota Roman. apud *Burratum* decis. 166. & 204. & apud *Rubeum* decis. 228. tom. 3. in recentioribus. *D. Mari. Cutell.* tom. 2. de donation. special. 20. & *Horat. Montan.* controu. fo renſ cap. 49. qui infinitos alios citant. Videnda est etiam *Conclusio nostra Forum.*



## ARGUMENTVM.

Nullam ad ineūdam lucri cef santis rationem inter actio nes arbitrarias, & bonæ fidei constituendam esse differētiā.

## S. V. M. M A R I V M.

- 1 Ratio lucri cessantis habenda est in omnibus actionibus, quæ concedun tur ad id quod interest, tām in actioni bus arbitrarīs, quām bona fidei.
- 2 Ratio lucri cessantis habetur in credito solito negotiari cōtra debitorem morosū, tām in actionibus arbitra rīs, quām in alijs.
- 3 Actiones locati, conducti, & tutela, quæ bona fidei sunt, conceduntur ad lucrum.
- 4 Tex. in l. si sterilis §. cùm per vendito rem ff. de action. empt. referatur, & eius dispositio distinguitur, & interpretatur.
- 5 Interesse lucri cessantis debetur respe ctu illius lucri, quod immediatē amissum præeditur propter moram debitoris; aliter enim illius ratio non est habenda.
- 6 Dispositio l. fin. ff. de pericul. & com modo rei vendit. afferitur.

## DECISIO LV.



Vcri cessantis in omnibus actionibus, quæ ad id quod interest conceduntur tām arbitrarijs, quām bonæ fidei esse rationem haben dat. Conclusum, & decisum fuit me referente ad favorem Bartholomai Boer contra D. Petrum Pilo die 21. mensis Ianuary anni 1634. Scriba Didaco Serra notario. Per text. in. I. unica C. de

sentent.

*Sentent. quæ pro eo, quod inter. profer.*  
*vbi indistinctè lucri rationem haberi*  
*debere disponitur, & ità ibi firmant*  
*Doctores omnes, signanter Rebuff.*  
*gl. ff. ultim. num. 12. vbi alios citat, ex*  
*alijs etiam tradit̄ Jacob. Pute. decis.*  
*Rot. Roman. 237. num. 2. lib. 1. quem*  
*sequitur Jacob. Menoch. de arbitr. iu-*  
*dic. cas. 119. in addit. num. 5. quidquid*  
*aliás in contrarium tenuerit Andr.*  
*Gayl. practic. obseru. lib. 2. obser. 6. nu. 2.*  
*cui se subscripterunt Bener. Budel. in*  
*tract. de moneta cap. 26. num. 3. Sigism.*  
*Scaccia de commerc. & camb. §. 1.*  
*quest. 7. pars. 2. ampliat. 8. num. 273.*  
*& est decisio Capycij Neapol. 19. nu. 8.*

**2** Sed ea non obstante nouissimè cū  
*Menoch. transit Horat. Vis. on. conclus.*  
*iur. in verb. interesse, & in creditore*  
*solito negotiari contra debitorem*  
*moro sum tam in actionibus arbitra-*  
*rijs, quām alijs ex communi omnium*  
*per alios egregiè refert, & probat*  
*Plot. ad l. si quando. num. 427. C. vnde*  
*vi, sequitur Franc. Burfat. cons. 68.*  
*num. 12. vol. 1. item post eum, & alios*  
*verius, & receptius dicit, & ab hac*  
*opinione non esse recedendum in*  
*indicando Petr. Barbos. ad l. de diuisio-*  
*ne ff. salut. matrim. nu. 26. vbi respon-*  
*det cooperatorijs, atquè pro illa sunt de-*  
*cisiones Hieron. Mag. Florent. 31.*  
*num. 6. vbi plures citat, nec non de-*  
*ciso eiusdem Lucens. 25. num. 89. &*  
*D. Ludou. Peguer. 178. vbi interesse*  
*extrinseci condemnationem regula-*  
*rīter de stilo Regiae Audientiae intel-*  
*ligi à die litis motę, nulla facta distin-*  
*ctione inter contractus bonę fidei, &*  
*stricti juris, affirmat, & opinionē con-*  
*trariam esse falsam demonstrat Anto.*  
*Faber in ration. ad l. 2. S. ff. ff. de eo, quod*  
*cert. loc. tom. 3. lit. D. per text. in l. si in*  
*lege S. colonus, & in l. si fundus in fine*  
*ff. locat. & l. quidquid C. arbitr. tutel.*  
*in quibus actiones locati, conduci,*  
**3** atquè tutelæ, quæ bonę fidei sunt ad  
*lucrum conceduntur; facit præterea*  
*ratio illa, quam Faber. ipse ad l. in bo-*  
*na fidei deterioris esse conditionis,*

quām strictè cū sint favorabiliores,  
 & præstations habere soleant vbe-  
 riōtes, ideo enim stricta dicuntur iu-  
 dicia, & stricti iuris, quod ex his stri-  
 ctior, minusquè plena fiat condem-  
 natio.

**4** Nec resistit l. si sterilis §. cū per  
 venditorem ff. de action. empt. in qua-  
 nituntur contraij, præcipue decisio  
 illa Capycij, quandoquidem lucrum,  
 quod in ea denegatur emptori per  
 actionem exempto, quæ bona fidei  
 est, non est lucrum, quod conceditur  
 in d. l. unica, & in d. l. 2. §. fin. circa rem  
 contingens, à Scribentibus intrinse-  
 cum appellatum; sed est lucrum ex-  
 trà rem, quod illi extrinsecum dicūt,  
 idquè aperte ex d. §. cū per vendito-  
 rem deuinç, nā in priori parte, quod  
 cū per venditorem steterit, quomini-  
 nū rē tradat, omnis utilitas empto-  
 ris in estimationem venit, quæ modò  
 circa rem ipsam consistit; ac propte-  
 rea ex his, cātum abest, quod per eum  
 lucrū circa rem denegetur, quinim-  
 mò expresse cōceditur: quod autem  
 deindè in posteriori parte denega-  
 tur, est lucrū extrà rē prouenient, nō  
 ex ipso vino vendito, sed ex negotia-  
 tione vini, vt ibi dicitur, & ita textum  
 hunc non in interesse ex ipsa re, sed  
 extrà rem locum habere, post Bald.  
 Salycet. Deci. & Rebuff. quos citat, de-  
 clarat Menoch. vbi suprà num. 44. alia  
 etiam declarationes, ad illum §. vide  
 re licet ex relatis à Barbos. vbi suprà  
 sub num. 28. vors. non obstat secundum.

**5** Vera tamen responsio sit, quam il-  
 le ibi dat, quod vt interesse lucri ces-  
 santis debeatur, oportet, quod sit pri-  
 mum lucrum, quod immediate præ-  
 tenditur, fuisse amissum propter mo-  
 ram debitoris. Etenim vbi prætēdas,  
 quod si res vendita tibi tradita esset,  
 eam vendidisses, & ex pretio tot lu-  
 crati potuisses, istud lucrum non erit  
 in consideratione, nequè enim talis  
 discursus admittitur in interesse pe-  
 tendo, quia sic procederetur in infi-  
 nitū, quod in materia interesse pror-

sus iniciatur, d.l.unica, & comprobatur  
Barbosa authoritate Dicij, Cagnoli,  
Bolognetti. Neuziani, Ant. Gabr. Didaci  
Perez, Ioann. Gusserr. Anton. Guiberti,  
Costa, & Cuiacij, quos citat num. 29.  
& amplius colligit ibi, quod dum  
tex. in S. cum per venditorem mentio-  
nem facit de interesse circa rem, non  
solum debet intelligi de interesse  
quantiplurimi, quod versatur circa  
estimationem rei debitæ, ut commu-  
nitè intelligunt Doctores, prout re-  
fert Bolognetti. in d. Lvnica num. 108.  
sed etiam de interesse primi lucri,  
quod immediate procedit propter  
moram debitoris.

6 Hæc eadem responsio, & conside-  
ratio Barbos. facit dispositioni  
l. fin. ff. de pericul. & commod. rei vend.  
qua etiam in contrarium citatur, tam  
metu ille num. 26. verf. & resenta va-  
rios intellectus huius legis ex alijs re-  
censcat, & n. 27. illum amplectatur,  
quod in ea lucrum prætensum à cre-  
ditore, qui erat mercator, erat incer-  
tum, & de futuro, & idem non debe-  
tar, sed de hoc latius fuit actum in  
alia Conclusione Venditorem, in qua  
dubium principaliter versabatur cir-  
ca dispositionem istius legie.

## ARGUMENTVM.

Possessorem malæ fidei præ-  
sumptæ cum titulo etiam  
erroneo à fructibus non  
perceptis post litem conte-  
statam excusari.

## S V M M A R I V M.

- 1 Possessor male fidei præsumpta cum ti-  
tulo per errorem excusat à fru-  
ctibus non perceptis post litem conte-  
statam.
- 2 Possessor excusationem meretur à pena  
prædonis respectu præstationis fru-  
ctuum, qui percipi potuerunt.
- 3 Harthman. Pistor. var. iur. quest. lib. 4.  
quest. 28. num. 9. limitationem no-  
stra tribuens conclusioni refellitur,  
& num. 4.
- 4 Mala fides vera quomodo accipiatur.
- 5 Possessor post litem contestatam per ti-  
tulum, & iustum causam à mala fi-  
de excusat.
- 6 Ascenses, post litem contestatam pra-  
donis ratione haberit, & ad fructus  
etiam non perceptos tenet, rescrutun-  
tur, & ei responderunt, & num. 8.
- 7 Possessores tunc quasi prædones tenen-  
tur post litem contestatam non tan-  
tum ad fructus perceptos, sed etiam  
ad illos, qui percipi potuerunt, quan-  
do non solum ad litem contestatio  
præsumpta, sed personalis, & vera;  
non n. sufficit præsumpta tantum  
mala fides.
- 8 L. illud 40. ff. de petit. heredit. inter-  
pretatur.
- 9 L. cùm fundus ff. de reb. credit. & si  
cert. petat. explicatur.
- 10 Text. in L. Julianus S. 1. de rei vendi-  
cat. tribuitur sensus.
- 11 L. præterea ff. de rei vident. contra  
conclusionem citata conciliatur, &  
tex. in L. si quis S. 1. ff. cod. num. 14.
- 12 Moras præcodat sententiam post eam  
non conceditur immunitas à fru-  
ctuum præstatione.
- 13 Possessor tunc tenetur ad fructus non  
perceptos, quando moram facit, nec  
ista constituta censetur, quando iu-  
sta causa adiudicium prouocandum  
nititur.
- 14 Obiectio Donelli diluitur.

## DECISIO LVI.



Alię fidei possesso-  
rem præsumptū  
cum titulo per  
errorē facti , vel  
iuris ambigui à  
præstatione fru-  
ctuum non per-  
ceptorum etiam

post litem cōtestatam excusandum ,  
& liberandum esse. Conclusum , &  
decisum fuit die 16. mensis Ianuarij an-  
ni 1639. & in gradu supplicationis cō-  
firmatum die 18. Iulij eiusdem anni  
me referente ad fauorem Nicolai Sca-  
no contra heredes quondam Hieronymi  
Corona. At tuatio Antiocho Tamerit.  
Per tex.in l. si fundum C.de reiuvendic.  
vbi glof. & Doctores , & ad eam non-  
nullos refert Augustin. Barby. in col-  
lectan. Doctor. à num. 6. & num. 16. sed  
latiū cum pluribus tradit Hartham.  
Pistor. var. sur. quæstio. lib. 4. q. 28. n. 6.  
aliquos verò in contrarium citans  
num. 7. tandem num. 8. priorem sen-  
tentiam pro nostra conclusione ma-  
gis communiter receptam testatur ;  
ab eaquè in iudicando recedere nō  
satis tutum sibi videri asserit , cùm  
præsertim nitatur verbis præfatæ l. si  
fundum simplicitè intellectis , nequè  
etiam ratione prorsus careat . Certū  
est enim , eum , qui titulo nititur , non  
planè nullam , sed iustiorem saltim  
habere possidendi causam , quām ei ,  
qui titulo catet . Cùm tamen Iuris-  
consultus in l. sed & si s. quod autem  
ff. de petitio. heredit. potissimum consi-  
derat , nullam causam possidendi quē  
habere , atquè ex hoc ad fructus per-  
cipiendo obligatum censeri , vt sta-  
tim ad s. immediate sequens subij-  
ciatur , & declaratur .

2. Concinit insuper , quod in s. scire  
istiusmet legis disponitur , prædonem  
non esse , qui dolo caret , quamvis in  
iure erret , indè etenim quidquid  
alias Doctores variè ad hunc s. pro-  
ferant , inficiari neutiquam potest ,

possessorem excusationem mereri ab  
eo nomine , & pena prædonis , quam  
in præstatione eorum fructuum , qui  
percipi potuerunt consistere optimè  
explicat , & comprobavit Arias Pinell.  
in repetit. L. 2. C. de rescind. vendit. par.  
2. cap. 4. num. 35. quod in errore iuris  
ambigui citrè dubium procedere  
constat ex multis ab eodem Pinell.  
ibidem citatis num. 40.

3. Ad eam verò limitationem , quam  
ex alijs tradit Harthman. loco citato  
num. 9. quod scilicet communis illa  
opinio obtineat , & locum habeat in  
fructibus dumtaxat. antè litem con-  
testatam percipiendis , nam ab his ,  
qui postea percipi potuerunt nulla-  
renus titulum excusare contendat ,  
ex eo nimisrum , quod post litem con-  
testatam quilibet possessor etiam bo-  
na fidei fructus omnes tā perceptos ,  
quam non perceptos restituere te-  
deatur per iura , quæ citat.

4. Responsum fuit , contrariam opini-  
onem veriorem , & æquiorem esse ,  
per tradita à Itam Garzia de expens.  
& melioratio. cap. 6. à num. 3. & num. 6.  
testatur se vidisse item in Regio Se-  
natū Vallisoletano iudicatum , vt  
possessor bona fidei non teneatur ad  
fructus à tempore litis contestare ,  
Sed à tempore , quo vera mala fides  
potuit indè suboriri ; sed latius pro-  
sequitur cap. 23. à num. 14. vbi etiam  
Pincie idem iudicatum audiuisse  
asserit , & præcipue ex multis nostram  
conclusionem comprobavit num. 45.  
cum seq. vbi ad l. certum C. de reiuv-  
dic. quod est maximum contrariorum  
fundamentum , dicit , quod verbum  
malæ fidei propriè de vera mala fide  
intelligi debet , & verbum post litis  
5. contestationem de contestatione : le-  
gitimè facta , quæ possit , & debeat ve-  
ram malam fidem inducere , cum qua  
vix consistere possit vera bona fides ,  
neutiquam verò intelligi debeat de  
ea litis contestatione , cum qua vera  
bona fides consistere possit , quia tunc  
proculdubio quidquid sit de perce-

ptis,

ptis, de quibus iudex bonus, & prudens variè iudicare poterit ex circumstantijs causarum, rerum, & personarum, certè de percipiendis securus erit talis possessor, quia durat bona fides, & Garziam sequuntur P.T.b. Sánchez in p̄cept. decalog. tom. i. lib. 3. cap. 23. num. 193. Augustin. Barbo in collectan. Doctor. ad d.l. certum nu. 4. & cum alijs Osuald. Hilliger. ad Donell. enucleat. tom. 2. lib. 19. cap. 14. sub lit. O. vbi docet, & demonstrat, possessorem post litem contestatam per titulum, & iustā causam à mala fide excusari.

Quanquam enim ipse Osuald. statim subiungat, quod indistinctè post litem cōtestata omnium fructuum ratione & quæ tenetur bonæ fidei possessor, etiam tunc cùm bonam fidem retinet, quod fieri asserit vi litis contestationis, quæ operatur, ut omnis causa restitui debeat, per l. 40. ff. de petit. heredit. l. 2. ff. de v̄sur. & l. 20. ff. de rei vindic. & addit, eam præstationem nō esse penam malæ fidei, sed ex oblicatione quasi contractus iudicij accepti prouenire, per l. 3. S. 11. ff. de public. in rem aetio. quod etiam ante illum contra Garziam vbi suprà probauit Harbam. cod. lib. 4. quest. 27. num. 2. per hæc verba. Præterea ipsa iudiciorum natura exigit, ut post iudicium accepimus, siue in bona, siue in mala fide quis fuerit, omnis causa restituatur petitoris; id est, quod habitus esset actor, si litis contestata tempore solutum fuisset, l. cùm fructus si cert. petat. l. Iulianus. S. idem Iulianus. l. præterea de rei vindic. l. 2. l. videamus S. si actionem ff. de v̄sur. cuius rationem explicat Iurisconsultus in l. ediles. S. itē sciendum de adilit. edicto. Iudici enim, inquit, statim atquæ Iudex factus est omnium rerum officium incumbit quæcunq; in iudicio versantur, & Vlpian. in d.l. 2. de v̄sur. eius, quod post litem contestatam omnis causa præstanda est, banc, ait, esse rationem, quia quale est, cùm petitur, tale dari debet; nec quia quam obstat regula l. bona fidei, qua-

potissimum nititur Garzia, nàm illa, per alia iura perspicuè limitatur, ut usque ad litis contestata tempus tātum locum habeat, sic etiam bona fidei, & equitatis rationem ab eodem consideratam, facile perimit ipsa iudiciorum natura, quæ sola, ut dictum est, efficit, ut res cum sua causa, atquæ adeò fructibus restituenda sit, non attento amplius, an in bona, vel in mala fide fuerit. hactenus ille.

8 Nouissimè etiam tenet D. Franc. de Amaya obseru. iur. lib. 3. cap. 2. num. 39. per d.l. illud 40. de petit. heredit. l. præterea, de rei vindic. & l. 2. ff. de v̄sur. & conferunt tradita per Donell. enucleat. d. tom. 2. lib. 20. cap. 5. lit. K. vbi in terminis nostram conclusionē impugnat per varia media, & præcipue per exemplum bonæ fidei possessoris, de quo ait, post litem contestatam, de fructibus etiam non perceptis teneri, per leges supra citatas, & quia dicit, post litem contestatam omnes possessores esse pares, & quasi prædones teneri, per l. sed etiam S. si antea de petit. heredit. & quia etiam bonæ fidei possessor culpam præstat in his, quæ habere potuit in re, vel ex re, nec habet. l. 36. S. 1. & l. 45. ff. de rei vindic. & concludit, ergo & banc, quæ in fructibus non perceptis, quia l. 33. ff. cod. de rei vindic. generaliter est, adeoque ad omnes possessores pertinet.

9 Sed his, & similibus minimè obstantibus, ut iura iuribus concordentur, sic distingui oportet. Primo, quod attinet ad illa, quæ disponunt, post litem contestatam omnes possessores esse pares, & quasi prædones teneri non tantum de perceptis, sed etiam de his, quæ percipi potuerunt, sanc intelligi debent iuxta superius relata ex Garzia de ea litis contestatione, quæ non tantum fictam, & præsumptam, sed personalem, & veram malæ fidem inducit, per quam certum est, omnem titulum, & errorem excludi, & in his terminis procedunt mox apposita ex Donell. vbi cunquæ nimirūm

de vera mala fide, & dolo per manifesta indicia, & probationes apparet, & liquet; taliter quod qui vis titulus, & error si ad excusationem allegetur, in eadem causa dolis, & malae fidei consistat, nihilquè aliud efficiat, & operentur, quam dolo dolum addere, & tunc meritò repellere, & reiici debet. iuxta text. in l. si modò ff. de v. sur. ibi, Si modò id ipsum non fraudandi causa, simulatur, cum concordantibus. Nostra autem conclusio de praesumpta mala fide loquitur, à qua titulum, & iuris errorē excusare etiam post litum contestata, agnoscunt contrarij, Osuald. scilicet Hartham. & Amaya citatis in locis, quoduvè in dubio mala fides, quæ per litis contestationem inducitur, sit facta, tradunt Bald. & Doctores omnes ad l. illud, ubi Iurisconsultus post litum contestata possessorum bonæ fidei vocat, id est in l. bona fidei, ff. cod. de petition. hereditat. & in l. qui scit, §. ultim. ff. de v. sur. cum similibus.

Ad aliud verò de litis contestatione, quod scilicet sui natura producat obligationem restituendi rem cum sua causa, nulla lex est, quæ in cava huiuscmodi obligationis fructus non perceptos contineri disponat; quod ut manifestum fiat, percurrentum est per omnes ex opposito allegatas. Primo ad l. illud 40. de petition. hereditat. in eo, quod ex oratione Diui Hadriani resertur, ut post acceptum iudicium, id omne præteratur, quod habiturus esset, si eo tempore, quo petit, restituta esset hereditas, expressè ibi declarat Paulus Iurisconsultus interdum durum esse, ut in exemplo, quod statim supponit de mancipij, & iumenti interitu, & mortalitate, cuius periculum ad onus dumtaxat prædonis cedere, ab eo quæ excusari bonæ fidei possessorum, decernit per rationem, quam adstruit ibi. *Nec enim debet possessor aut mortalitatem præstare, aut proprietatem huius periculi temere ius suū indefen-*

*sum relinquere. Quæ quidem ratio, & exemplum, cum perquæ militet, & conferat ad casum nostræ conclusionis, in fructibus non perceptis, tantum abest, ut hæc lex ei contradicat, quin potius faueat, & confirmet.*

ii Parique modo intelligi, & declarari debet l. cum fundus, ff. de reb. cred. & si cert. petat. cum utriusq; author extiterit idem Paul. Iurisconsultus, nè alias sui ipsius contradicitor confagatur; cum præsertim ratio illa, & exemplum equaliter, ut dictum est, militet, & perugeat in fructibus non perceptis, quidquid ergo ex opposito teneat Anton. Fab. in rational. ad banc legem cum fundus colum. i. pro exclusione rationis ex dict. l. illud differēs, ad periculum fati præstandi pertinet, non ad periculum restituendorum fructuum, quorum scilicet restitutio ne damnum nullum possessor incurrit, sed lucrum dumtaxat amittit. Manifestè constat, neutiquam verificari, nec locum sibi vendicari posse, præterquam in fructibus perceptis, si existat, vel si per eos factus fuerit locupletior; in his etenim verum erit de lucro utique, nullatenus de damno pertractari, secus verò est in fructibus non perceptis, de quibus in nostra conclusione peragitur, propterea quod in his cesseret consideratio lucri, quia si ad eorum præstationem adstringeretur possessor, non quidem lucrum, quod nullum est, amitteret, sed damno potius afficeretur, cum ex suo patrimonio, & proprijs bonis fructuum non perceptorum valorem rependere cogeretur, quod autem damnum sit, quidquid extrā id, in quo quis locupletior factus fuerit, etiam pro dilapidatis, & desperitis refundere, & persoluere obligatur, probat expressè text. in d. l. sed et si. S. consuluis. de petit. hereditat. ibi. Nè in eorum damno afficiantur, sed in id dumtaxat teneantur, in quo locupletiores facti sunt. \* Quemcunquè igitur sumptum fecerint ex hereditate,

si quid

*si quid dilapidauerunt, perdiderunt;* dūm re sua abuti putant, non prestatibunt, nec si donauerint locupletiores facti videbuntur, & consequētē à damnō fructuum non perceptorum excusandus erit poffessor, quemadmodūn à dāmno mortalitatis immunis fit in d. l. illud, per rationem illam utriquē casui communem, nē propter mētum huius periculi tēnerē ius suum indefensum relinquare cogatur, quæ quidē ratio sicuti militat, & declarat orationem ex Diuo Hadriano relatam per Paulum Iurisconsultum in casu præfata legis illud, itā quoquē limitare, & declarare debet consimilem dispositionem per eundem Paulum in casu d.l.cūm fundus; nec enim est nouum in iure, legem vnam per aliam distingui, & declarari.

12 *Textus in d. Julianus, S. 1. idem Iulianus de rei vendicat.* conclusionē nullatenus obstat, quia expressè traxit de eo, qui moram fecit; quisquis autēm titulum habet, & iuste, & sine dolo malo ad iudicium prouocat, nō videtur esse in mora, l. si quis ff. de usur. l. qui sine dolo ff. de reg. iur. in alio verò S. idem Julianus 2. eiusdem legis, de eo quoquē peragit, qui in vera mala fide est constitutus, ibi. quod sine dolo malo, nullumquē adest verbum de fructibus non perceptis. Quod ergò disponitur de his, quos ab alio possidente perceptis, quosquē aliā percipere non potuisset, id fit ratione superius notata, nē lucrū capiat. ibi: lucrum enim ex eo homine, qui in lite esse cœperit, facere non debet.

13 Rursus in l. præterea, ff. eod. de rei vendic. neutriam etiam de fructibus non perceptis pertractari apparet, quod enim disponit de restitutione rei cum sua causa, ex eo contingit, vt ibi dicitur, vt omne habeat petitor, quod habiturus foret, si eo tempore, quod iudicium accipiebatur restituturus ille homo fuisset; ac propterea vtrā id, quod responsum extat ad d. l. illud, & l. cūm fundus, quod similitē cōgruit,

& applicari potest huius legis dispositioni, quāvis Caium, non Paulum. Authorem habuerit; ad maiorem tamē sui exclusionem prænotandum est, relata verba non quidē in augmentū, sed in diminutionē petitoris apposita fuisse, ad hoc nimirū, vt non quidquid possessor ex re sua acquisiuit; sed id tantū, q̄ habiturus fuisset petitor, ac proinde non sunt extendenda, & protrahenda ad alium effetum, vt fructus non perceptos comprehendant. Ex hac itaq; lege non obscurē deducitur, atq; colligitur, non omnem possidente post litem contestatam esse in mala fide, cū expressè supponatur, post iudicium acceptum non debere restituere, quod ex re sua acquisiuit, cū alias mala fidei possessor ad id teneatur, vt docet ibi Anton. Faber in rational. appareat ergò, non esse indistinctè verum, quod omnes possidentes post litem contestatam sint pares, sed iūc demūm cū quis sine titulo, & sine iusta causa ad iudicium prouocat, vt probatum est.

14 Ex his itidē patet responsio ad l. si nauis, S. 1. ff. eod. quæ expressè loquitur de vero mala fidei possidente, & dicit, eam sententiam fuisse Iuliani pro confirmatione eorum, quæ supra ad duos S.S. ex illo responsa fure, l. 2. & l. videamus, S. fin. ff. de usur. nulla indigent satisfactione; propterea quod ex fui lectura appetit de fructibus perceptis, non de his, qui percipi potuerunt, peragi in priori. ibi captos fructus, in posteriori ibi nām si quis commodum in fructibus numeraret. Itā ergò leges omnes ex opposito allegatas nullatenus, conclusioni officere clarē constat & liquet.

15 Ad maiorem verò contrariorum repulsam, & exclusionem, nostrę quē conclusionis comprobationem fortē vigeat textus in l. 3. ff. eod. de usur. vbi glosſ. & Doctores unanimiter firmant, quod si mora non præcedat,

neutiquam adstringitur reus intra tempus, quod iudicatis datur, fructus non perceptos dependere, & sunt verba clara ipsius legis in specie nostri causus, quae nullatenus inficiari, aut tergiuersari possunt, ibi post litem contestatam actor: causa praestanda est in eum diem, quo sententia dicitur, certe post rem iudicatam tempus à fructibus dependendis immune est. Quia, ut optimè post alios declarat Donell. ibi supra dict. cap. 5. colum. fin. à fructibus dependendis, scilicet non perceptis: hic enim, inquit, dependi dicuntur, id est cum damno prestari. Vnde evidenter deducitur, & conuincitur, quod sicuti à fructibus non perceptis post rem iudicatam immunis est reus, ut expressè in hac lege deciditur, necesse est, ex eadē ut tales fructus sub causa, quae post litem contestatam prestari disponitur, neutiquam contineantur, sed immunis ab eis sit, quia si non esset, sed contineretur litis contestationis vi, & ex natura iudicij accepti, ut autem contrarij, sequeretur, quod etiam post sententiam non esset immunis, cū alias ex illa dilatione, quae iudicatis datur, lucrum quereret, cōtra id, quod in eadem lege disponitib; ibi cum ea temporis intercedo iudicatis dilationem dare, non lucrum affere debeant. Ac propterea quando mora præcedit sententiam, neutiquam post eam datur, nec conceditur immunitas à prædictis fructibus, sed in eo tantum eventu, in quo mora non interuenit anīe sententiam; nām & si ut in dicta lege habeatur, non facile euenire possit, ut mora non precedente perueniat ad Iudicem, posse tamen contingere, constat ab exemplo ibi relato, per rationē nimirūm legis Fallacia, & generaliter ex quacunq; optima ratione, iuxta sensum in l. sciendum, ff. cod. cum seqq. vel ubi quis iuste ad iudicium prouocat, dict. l. si quis, eod. sit. cum alijs supra citatis, ex quibus tandem nonnullis alijs prætermisso resultat, tunc demūm possessorem ad

fructus non perceptos teneri, & obligatum censeri, quando moram facit, neq; eam etiam post litem contestatam factam videri, vbi cunq; possessor iusta aliqua exceptione, vel causa ad iudicium prouocandum nititur:

- 17 Et ex his quoq; tollitur, & diluitur ultima obiectio ex Donello, quod scilicet possessor post litem contestatam adstringatur, & condemnari debet ex sua culpa, ergo leges ab illo ad hunc effectum relatæ, de bonis, & rebus iam acquisitis tractant: quidquid ergo sit de fructibus perceptis, quod attinet ad non perceptos, de quibus peragit nostra conclusio, neutiquam ad eos, præter quam ex vera mora, & mala fide teneri sufficienter ex iam dictis deuinctum, & comprobatum est. Super his autem videnda est Conclusio, quæ incipit *Bona fidei.*

## ARGUMENTVM.

Vxorem in adulterio deprehensam impunè necare nullatenus marito licere.

## S V M M A R I V M.

1. *Maritus non potest impunè occidere vxorem deprehensam in adulterio, quamuis excusat à pena ordinaria.*
2. *L. si quis in graui, s. si maritus, ff. ad S.C. Syllan. interpretatur, & solvitur.*
3. *Conclusio supra firmata probatur, oppositiones solvendo.*
4. *Pater potest impunè necare filiam in adulterio deprehensam, maritus autem non potest.*

D E-

## DECISIO LVII.

**M**aris nō licere vxorem in adulterio deprehensam impunè occidere, quamvis à pena ordinaria excusetur. *Conclusum, & decisum fuit die 1. Septembris anni 1629. me referente in causa inter Fisci Regij procuratorem & Didacum Palafito. Actuario Paulo Ribeira Scriba in criminalibus. Per text. in Lcum incestu §. Imperatores ff. ad l. Iuliam de adulter. & in l. 1. S. fin. ff. ad l. Corn. de fals. cum concordantibus, & est conclusio vnanimitè per Doctores recepta, de quibus latè per Prosper. Farinac. in sua prax. to. 4. q. 12. num. 57. & 60. addendi sunt P. Ludou. Molin. de iustitia, & iure to. 4. tract. 3. disput. 99. à num. 1. Gomes. Ari. ad l. 80. Taur. in prin. Petr. Gregar. Tholos. in syntagma iur. uniuers. tom. 2. lib. 11. cap. 8. num. 8. D. Franc. del Castill. decis. 175. à num. 4. tom. 2. Hortens. Caualc. de brach. Reg. fol. 42. col 2. Ludolph. Schrader. de feud. par. 9. cap. 4. nu. 93. Petr. Caball. resolut. crim. cent. 3. resol. 300. à nu. 5. Rota Lucens. diuers. decis. 14. num. 2. Ioann. Baptista Thoro in suo compend. decis. Neapol. in verbo occidens vxorem. col. 2. tom. 1. D. Hieron. Fernandez. Ottaro question. iuris part. 3. q. 5. num. 50. Philipp. Pasch. de vir. patr. potestat. par. 1. cap. 5. a. num. 29. & Mar. Muta ad Consuetud. Panormit. cap. 76. num. 52. qui omnes alios plures citant.*

2. Nec obstat l. se quis in graui §. si maritus ff. ad S. C. Syllani. ubi disponitur, ignosci marito, qui iustum dolorem aduersus vxorem est exequutus, quasi quod per illud verbum ignoscitur, impunitas censeatur indulta marito, qui necauit vxore in adulterio: siquidem verbuna ignosco nusquam importat impunitatem, sed potius excusationem, idem enim est, ac veniam dare; vnde præluponit incursum penæ, sicuti priuatio præsuppo-

nit habitū: ac propterea merito glori. ibi ad illud verbum ignoscitur interpretatur quodad pénam ordinariam legis Corneliae; sed non in totum, & comprobatur Tiber. Decian. in suo tractat. criminal. lib. 9. cap. 15. num. 38. vers. & secundum has leges, sequuntur post alios Farinac. Gomes Ari. & Caball. in locis nupèr citatis.

Neq; etiā in aliquo officit Nouella illa Maiorani pro marito adducta ex Cuiacio. tom. 4. lib. 36. pag. 721. qua marito deprehensam adulteram impunè omnino necare permisum dicit; namquè illa in toto iuris corpore inserta nullatenus reperitur, ac prindè nulla de ea potest haberi ratio.

3. Quemadmodum nec de illa politica, qua dicebatur, publicè interesse adulterij feditatis scelera odio prosequi farcta tecta seruari, connubia arceri, in honestatem, & impudicas fēminas à libidine deterrerī, quorum petulantiae quantum accessurum sit, nemo non videt, si seuerioris iudicij exemplum sat sua sponte concitatis proponatur, nec ita marito indulgere contra leges erit, dictante Cassiod. lib. 1. variar. pro eius nimirum Iceleris vindicta, ex quo æternum dedecus oritur, si inultum omittatur, ferrum porrigere maritis non sit conculcare legem, sed condere, quia præterquam quod ea, vt ab expressa iuris dispositione, & receptissima

4. Doctorum conclusione recedatur, sufficiēs non est, vrget in contrarium illa à Iurisconsulto perpensa in l. nec in ea §. fin. ff. ad l. Iul. de adulter. vbi disponitur, marito nō licere vxorem etiam in adulterio deprehensam necare, quamvis patri id permittatur, quibusdam concurrentibus, ex ea ratione, quod plerunq; pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. Ceterum mariti calor, & impetus facile decernentis fuit refragandus, præsertim cum in Iceleris grauitate vxoricidiū adulterio præponderet, prout in Conclus. Homicidium; sed an excusatio il-

la à pena ordinaria, quæ datur mari-  
to, vbi vxorem in adulterio deprehē-  
sam interfecit, obtineat etiam, si eam  
ex interuello occidat, videnda est  
*Conclusus. Adulteram.*

## ARGUMENTVM.

Restitutionis remedio adiuua-  
ri minorem aduersus suam  
fideiussionem, etiam iuratā  
sinè iusta causa factam, vbi  
se enormissimè læsum do-  
cet.

## S V M M A R I V M.

- 1 Minor ex fideiussione sine causa facta  
enormissimè læsus restituatur, iura-  
mento non obstante.
- 2 Fideiussio est contractus sui natura-  
læsius.
- 3 Tex. in l. ait prætor S. non solùm ff. de  
minor. interpretatur.
- 4 Anton. Fabri coniecurar. lib. 8. cap. 1.  
& 2. doctrina commendatur.
- 5 Iuramentum non potest tollere lessionē,  
vbi ea reuera adest.
- 6 Minor ex fideiussione propter iuramē-  
sum non restituatur statim, sed tunc  
cum se enormissimè læsum doceat.
- 7 Iuramentum tollit remedium restitu-  
tionis in minore; si is non sit enor-  
missimè læsus in toto, vel in maiori  
parte.
- 8 Fideiussio est actus simplex, & gratui-  
tus.
- 9 Iuramentum in minore excludit pre-  
sumptionem imperfectionis iudicij,  
& semper obligatur, quando lessio  
non est enor-  
mis.
- 10 Iuramentum pro suo effectu vinculum  
iniquitatis non agnoscit.

## DECISIO LVIII.

- M** Inorem ex sua fideiussione  
sine iusta causaenor-  
missione læsum in toto  
suo patrimonio, vel in  
maiori parte restituen-  
dum fore, non obstante iuramento.  
*Conclusum, & decisum fuit me refe-  
rente die 10. Martij 1634. in causa in-  
ter Catharinā Beltram ex una parte,  
& Canonicum Augustinum Murtas.  
Actuario Petro Perez, & ierūm die  
26. Aprilis 1638. in favorem Illustris  
Marchionis de Lacono contra Illustris  
Marchionem de Palmas. Actuario Leo-  
nardo Falque. Ex eo principaliter,  
quod fideiussio est contractus sui na-  
tura læsius, vt cum alijs probauit  
Rotar. Roman. apud Ludouij. decis. 333.  
num. 2. per sexum in l. 1. C. de fideiussione  
minor. & in lait prætor. S. non solùm  
ff. de minor. vbi glos. & Doctores om-  
nes firmant, & signantur Anton. Fab.  
in rational. neglecta opinione in con-  
trarium. Ludoui. Morot. in conf. 87. xu.  
11. vers. respondeo, quam nouissimè  
probauit Anton. Merend. controuers.  
iur. lib. 1. cap. 48. qui pro se aduocant  
d. S. non solùm in illius verbis. Si minor  
fit, & se circumuentum doceat, quasi  
necessariū sit, quod minor callida-  
te, machinatione, aut fallacia indu-  
catur ad fideiubendum, & ipse Mc-  
renda alia iura citat.*
- 3 At conclusio nostra verissima, &  
receptissima est, & quod attinet ad  
interpretationem contrariam ex d. S.  
non solùm bene satisfacit Ioann. Petr.  
Fontanell. de pact. nupcial. tom. 1. claus.  
4. glos. 18. part. 3. num. 45. cum seq. vbi  
demonstrat, verbum circumuentio nō  
semper importare dolum ex proposi-  
to, sed dolum præsumptum ex læsio-  
ne re ipsa, & confirmat ex text. nota-  
bili in l. ff. Titius, & Seia ff. de fideiuss,  
vbi Iurisconsuleus prius simpliciter  
dicit, aduersus fideiussionem dari re-  
stitutionem minori, & deinde tractat,  
quid dicendum, quando dolo credi-

toris

toris fuit inductus ad fideliubēdū, ac proindē clarē deuincitur, nō esse necessariū ad obtainendā restitutionem dolum creditoris inducentis minorem ad fideiubendum.

4 Nām et si ex isto *textu Merenda* loco citato num. 5. neruosè contendat deducere veritatem suæ opinionis, per ea, quæ *Iurisconsultus* firmat in principio de fideiussione mulieris, verū tamē pro satisfactione *Merend.* placuerunt tradita per *Ant. Fab. conjecturar. lib. 8. cap. 1. & 2.* vbi de verasententia, & emendatione istius legis doctē, & subtilitē suo more agit, & ex eius facilitē tollitur non tantum argumentatio contraria desumpta ex isto *textu*, sed etiam aliorum iurium, in quibus *Merenda* se fundat, multoquē magis nostra confirmatur conclusio, quam receptissimā esse, resultat ex relatis per *Sforz. Odd. de refit. in integrum quest. 54. art. 3.* quem modernē sequitur *D. Nicol. Intrigiol. singul. 99. lib. 3. num. 81.* in ultima editione, cum alijs, de quibus per *Fontanell. vbi suprā num. 28.* & voluit *Peregrin. decis. 8. nu. 1.* & post eum *Pyrr. Maur. de fideiussorib. section. 4. cap. 11.* num. 6. ex Rota Romana in Anconitana dotis coram Lancelotto relata apud *Ludouisum decis. 120. num. 19.* quam cum alijs recentēr sequitur *Martius Medic. decis. Senens. 24. num. 35.* & est noua *decis. apud Cardin. Caualer. 301.* num. 1. nouissimē etiam post hēc scripta visus docet ex alijs *Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controversiur. lib. 2. controversi. 14. num. 47.* item *D. Petr. Noguerol. allegat. 34. nu. 9.*

5 Quāmuis enim hēc veriora agnoscat *Ioann. Petr. Surd. conf. 14. num. 11.* volum. 1. detracto iuramento, scūs autem si iusurandum accedat. Attamen, vt optimē animaduertit *Fontanell. vbi suprā num. 44.* iuramentum non est potens ad tollendum lēsionem, vbi ea revera adest, vt ibi cū alijs probat.

Verūm quia lēsio, quæ in minore ex fi-

deiussione resultat, non est enormis, nec enormissima, vt benē notauit *Rot. Rom. apud eundem Ludouis. dec. 120. num. 20. & decis. 406. num. 26.* iuramentum autem minorem representat, & facit maiorem, auth. *Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. vbi DD.* 6 indē sit, quod minor ex fideiussione propter iuramentum non statim est restituendus, sicuti eo detracto; sed ita in eo scilicet euentu, quo se enormissimē lēsum doceat, cūm in dubio non præsumatur, vt habetur in hac ultima decisione num. 3. Ita ergo concordari possunt opiniones contrarie relatæ per *Fontanell. loco citato num. 31. cum seqq.* vt iuramentum tollat medium restitutionis in minore, vbi is non est enormissimē lēsus, utputā si lēsio non contingat in toto, nec in maiori parte, vel concurrat iustissima causa, per quam omnis lēsio excluditur, in quibus terminis loquuntur Doctores pro prima opinione adduci: secunda autem opinio, quæ magis communis est, vt iuramentum non auferat remedium restitutionis, si adsit lēsio ad restitutionem necessaria, procedit, vbi minor est enormissimē lēsus in toto, vel in maiori parte, quo casu etiā maior esset restituēdus.

8 Licet enim in maiore fideiubente nulla possit considerari lēsio, ex eo, quod fideiussio est actus simplex, & gratuitus, & damnum, quod quisquē sua culpa sentit, sibi ipsi imputari debet, vulgatis iuribus, at in minore benē cadit consideratio lēsionis ex fideiussione, seu ex alijs actibus etiam non correspondiis, vt benē cum multis probat *Fontanell. vbi suprā numer. 61.* idquē ex eo est, quod minores, vt plurimum, sunt imperfectionis iudicij. l. 1. ff. de minorib. & licet quandoq; perfectum habeant consilium, & sagaces, prudentesq; exhibeantur plusquam multi maiores, verūm in dubio, vt indemnati eorum cōfuleretur, ius ciuale in omni actu lēsio præsumit imperfectionem, ac propterea ex sola

facilitate minoris, & propter lubricū  
ætatis concedit restitucionem, l.ve-  
rum. §. interdum cum leg. seqq. f. eod.

Quanquam enim præsumptio illa,  
& remedium hoc esse stante iura-  
mento, quia cum iuramentū sit quid  
spirituale, & liget animam, ut eius se-  
curitati cautē prouideretur ab utro-  
que iure, tam Canonico, quam Ciuili  
nouissimo fuit admissa præsumptio  
contraria pro iudicij perfectione, &  
semp̄r̄ minor propter iuramentum  
obligatur, sicuti maior, vbi læsio non  
est enormis, nec magna, quæ sicuti in  
maiore in actibus correspondiis citrā  
iuramentum toleratur, ita in minore  
iuramentum, quod facit illum maiore  
firmitatem inducit, & excludit  
restitutionem, sed vbi læsio est enor-  
mis, vel enormissima, præsumptio illa  
ex iuramento cessat, & præsumptio cō-  
traria est admittenda, cum iuramen-  
to nō debeat esse vinculum iniqui-  
tatis, quia stante læsione tam magna,  
actus ipse quasi evidentē docet im-  
perfectionem iudicij minoris: nec est  
nouum, quod vna præsumptio tollat  
aliam, & fortior debiliorem, ac pro-  
indē isto casu in minore dampnum nō  
potest dici ex noluntate euensis, sed  
propter voluntatem, sicuti in maiore  
contingit, vbi læsio respectu illius est  
enormissima.

Hæc autem differentia inter maiore-  
m, & minorem, quod in illo læsio  
non consideratur, nisi in actibus cor-  
respondiis, sed in isto etiam in sim-  
plicibus cadit consideratio læsionis;  
quia verò iuramentum nunquam tol-  
lit læsionem enormissimam, indē sit,  
quod minor per iuramentum non ex-  
cluditur à restitutione, vbi ex fideiuf-  
fione est enormissimè læsus. Faciunt  
etiam, quæ alijs de minore donante  
dicta sunt in Conclusione Donationem.

In terminis autem de fideiuffione,  
quod minor ex ea enormissimè læsus  
non obstante iuramento veniat resti-  
tuendus, tenent quamplures citati à  
Fontanell. vbi supra num. 49. & n. 53.

vbi decisionem sui Senatus adducit.  
Ex quibus constat, hanc esse magis  
communem opinionem ( quidquid  
alias voluerint Ludovic. Morot. Surd.  
& Card. Mantic. in locis relatis ab eo-  
dem Fontanell. ibi num. 37.) prout te-  
statur Sforz. Odd. de restitut. in integr.  
quest. 54. art. 8. num. 53. vbi pariter ita  
consuluisse, & obtinuisse afferit, & se-  
quitur D. Nicol. Intrigliol. dict. singul.  
99. num. 72. lib. 3. in ultima editione,  
& est decis. Peregrin. 8. num. 9. & decis.  
112. num. 20. sequitur Pyrr. Maur.  
de fideiuffor. sect. 4. cap. 11. cum seqq.  
& in eiusdem terminis, tametsi in  
fortiori casu per plura probat Mart.  
voto Pisan. 25. vbi in fine ita iudicatu  
dicit, & præsupponit Rot. Roman. dict.  
decis. 120. num. 14. & 406. num. 13. &  
ibi Oliver. Beltramin. in addit. lit. A.  
expressè firmat, & citat decis. 63. inter  
impressas penes Picum ad statutum  
Vrbis, & est decis. 709. in recentior. re-  
collect. per Farinac. par. 2. tom. 2. cum  
alijs, de quibus per Gaspar. Anton.  
Thesaur. question. forens. lib. 4. quest.  
60. num. 12. in fin. cum seqq. & nouè re-  
nent Jacob. Gall. conf. 129. à num. 45.  
& Baldax. de Angel. in suo prato super  
autb. Sacra menta puberum, C. si ad-  
uers. vendit. num. 5. & hanc opinio-  
nem amplexa fuit Nostra Regia Au-  
dientia me patrocinante pro Ioanne Pe-  
tro Tola contra Antoniam Tola eius  
sororem ad relationem Magnifici Petri  
Taramona Regij Confessarij dic 6. mon-  
sisi July. 1618. & nouè post hæc scripta  
conferunt decisiones Rota Romana  
apud Burassum 75. & 116. tom. 1. cum  
quibus tralit Laurent. Vrsell. in exam.  
apum, siue concl. legal. concl. 84. n. 137.  
cum alijs, de quibus etiam nouissime  
per Noguerol. d. alleg. 34. à n. 12. & D.  
Reg. Capyc. Lastro consultat. 45. per tot.  
volum. 1.

## ARGUMENTVM.

Acceptationem neutiquam esse necessariam ad validitatem donationis, quae Monasterio, seu Ecclesiae construenda fit.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Donatio facta Monasterio, & Ecclesia construenda valida est, absq; eo, quod ad sit acceptatio alicuius.*
- 2 *Donatio ad pias causas uti Deo facta est ab eodem acceptata, idcirco non est amplius necessaria acceptatio.*
- 3 *Oppositiones contrariorum unica soluzione tolluntur, ac colligitur, esse necessariam acceptationem per contrarias, ad hoc ut irrevocabilis reddatur donatio.*

## DECISIO LIX.



Monasterio, & Ecclesiae construenda donari posse, absque eo, quod pro validitate donationis necessaria sit acceptatio alicuius.

*Conclusum, & decisum fuit die 22. mensis Decembris anni 1637. me referente ad favorem Oeconomi, & Procuratoris Collegij Societatis Iesu Ciuitatis Bosae contra heredes Reuerende quondam D. Melchioris Pirella Episcopi Vellensis. Abuario Ioanne Antonio Serra Carta. Ex pluribus congestis per Steph. Gratian. disceptat. forens. cap. 368. num. 34. cum seqq. vbi ad cap. abbate de re iudic in 6. per quod videbatur conterarium dispositum, ex alijs respondit, non obstat ex eo, quod verba, de quibus in eo cap. sunt partis allegationes; & faciunt, quae alias*

de simili legato, quod donationem sapit, vt Ecclesiae construenda facto valeat, firmant post multos idem Gratian. hic à num. 1. Mofes. in sua summa moral. part. 2. tract. 13. de ultim. voluntat. cap. 5. num. 165. & Io: Baptist. Thoro in summa priuileg. pia cauf. priuil. 116.

Licet enim tam Mofes. quam Thoro in casu nostrae conclusionis de donatione aliud sentire videantur, ille in eadem summa tract. 12. de contr. etibus cap. 17. num. 45. vbi expressè ad validitatem requirit, vt aliquis sit, qui donationem acceptet, & Thoro eod. priuil. 116. relatiuè ad illum. Verumtamen de primo certum est, ex eo in contrariam deuenisse sententiam, quod generaliter crediderit, in 2 donatione facta pia causa necessariam esse acceptationem alicuius, præterquam si iuramento, vel stipulatione Notarij fuerit vallata, & tradit eodem cap. 17. num. 41. sed in hoc contraria sententia, quae pro nostra conclusione facit, verior est, & communior, donationem videlicet pia cause, ut potè Deo factam, ab eoquè acceptatam, absq; alterius acceptatione validam esse, vt præsupponit Gratian. ibi supra, & tenet plures cogesti per Thoro. de priuileg. pia causa priuil. 115. vbi licet alios in contrariū referat, at nostram esse veriorem opinionem testatur, & comprobat ibi cum multis Ioann. Aloys. Ricc. in addit. ibique etiam Ioann. Baptist. Thoro, nec non & in priuileg. 2. in sua summa priuileg. pia causa. item in eam inclinat Anton. Thesaur. decis. 70. num. 10. & confirmat Filius in additione, & est bona decisio Perusina Ioseph. Ludouic. 29. num. 10. 12. & 18. vbi veriorem melioribus rationibus fulcitam, & magis communem dicit, de qua meminie Ricc. in collectan. decis. par. I. collect. 43. & sequitur Borgnini. Caualcan. decis. 42. num. 15. part. 1. & est etiam noua decisio Rotæ Romane apud Card. Caualer. 606. nu. 10. ex Card. Mantica

de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 7. num. 15. & recentè post multos conclusionem etiā tenent Genuens. pra. Elīcab. Ecclesia. q. 152. Sanctarell. variar. resolut. quæst. 69. & Augustin. Barbus. de iur. Ecclesia. uniuers. lib. 3. cap. 13. num. 29.

Ex doctoribus quoq; probarunt Cuiac. conf. 43. quē refert, & sequitur Osuald. Hillig. ad Donell. enucleat. lib. 13. cap. 22. prop̄ finem, nec negat Faber, sed fortius cōfirmat alia, & communī omnium donationum ratione, de qua in Conclus. Absenti, vbi tametsi ea reiūciatur; sed non est rece dēdūt à conclusione nostra, quidquid aliās contra eam cum multis ex communi opinione, de qua testatur, teneat Io. Baptista Vallenuel. conf. 63. num. 11. postposita etiā conciliatione tradita per Andr. Molles. in d. sua summa cas. moral. tom. 2. tract. 12. cap. 17. de contract. num. 25. quæ paficēt cum conclusione pugnat; quāvis & in hac contrariestate non indignum animaduersione sit, quod Doctores, qui contra tēnent sentiētes, necessariam esse acceptationem alicuius pro validitate donationis ad pias causas, ad hunc effectum requirunt acceptationem, ut per eam donatio irrevocabilis reddatur. At fine acceptatione non negant validitatem donationis saltim reaocabilitētē, cuius in hac re maximus erit effectus, quod non facta revocatione per donatorem in vita, post mortem ab heredibus revocari nequeat; sed supposita validitate quandocunq; per donatarium acceptari possit, per ea, de quibus in Conclus. Revocandi, & nouē post hæc scripta vifus paficēt firmat Alex. Sperel. decis. Brinum. 33. cum sequentibus, & late per totum decisionem à n. 11. veritatē nostræ conclusionis per plura demonstrat & confirmat,

## ARGUMENTVM.

Expendētem falsam monetam æream in quantitate quindecim ducatorum, ab ultimo supplicio excusari, si probet bonam famam.

## S V. M M A R I V M.

- 1 Expendens falsam monetam æream in quantitate quindecim ducatorum, si suam bonam famam probet, pena mortis non punitur, sed tortura suppositus, si negat, ad tritemes damna tur in perpetuum.
- 2 Expendens scienter, & dolo malo monetam falsam pena falsi tenetur, qua mortem excludit.
- 3 Fabricator false moneta pena mortis punitur; secūs ipsam expendens, ut dictum est.
- 4 Expendens falsam monetam, & non docens de auctore non potest puniri tanquam fabricator, nisi sit bona mala fama.
- 5 Probatio bonae famae plurimum iuvat ad excusationem reorum.

## D E C I S I O L X.

- 1  Onetam falsam æream in quantitate quindecim ducatorum expendētem, si testibus conuincatur, & interrogatus neget, nec doceat à quo eam habuerit, esse reum mortis, præterquam si suam bonam famam probaret, quia tunc questioni tortura suppositum; si in negatione persistat ad tritemes in perpetuum fore damnandum. Conclusum, & decisum fatis referente Magnifice Doctore Francisco Corre tunc Regia Curie Judice diebus 18. & 18. Ianuarij 1629. aduersus Antonium Massone apud Petrum Andream Accorria Secretarium in criminalibus. F. v

eo, quod quantitas illa non modica dici debet, per tradita ab *Hipol. de Marsil. conf. 47. num. 1. vers. quoniam d summa*; sed magna est iudicanda, attenta qualitate personæ, negotij, & loci, quorum maxima est habenda ratio pro iudicis arbitrio, cui haec referre placuit *Alex. conf. 121. num. 5. lib. 7. & sequitur Prosper Farinac. in praxi crim. tom. 4. quæst. 115. num. 139.*

**2** Licet enim expendens scienter, & dolo malo monetam falsam pena dumtaxat ordinaria falsi teneatur, iuxta l. lege Cornelii S. eadem ff. ad leg. Corn. de falso, quæ ad mortem nullatenus extenditur, ut per eundem *Farinac. ead. quest. 115. à num. 114. per Jacob. Menoch. de arbitra. iudic. casu 316. num. 51.* per *Petr. Caball. resol. crim. 199. num. 1. per Tiber. Decian. in tractat. criminal. lib. 7. cap. 23. num. 4. vol. 2. & per D. Ludou. à Peguer. decis. 46. num. 14.* qui omnes plures alios referunt.

**3** Eorum tamen sententia tunc vera est, cum expendens docet, à quo monetam habuerit, secus si neget, quia tunc illam fabricasse presumitur, ut post *Cyn. & Petrum in L maiorem. C. de falso*, cum alijs firmant *Menoch. d. casu 316. num. 53. Caball. d. resol. 199. num. 9. Bernard. Muscatell. in praxi criminis de falso monet. & Ioann. Vincent. Hondo. conf. 92. num. 2. vol. 2. ac proinde tanquam fabricator debet mortis cōdemnationē sustinere*, per *l. 1. & 2. ubi Doctores. C. de falso monet. sicuti in proprio terminis decisum apparet apud Vincent. de Franch. decis. 401. par. 2.*

Nam & si *Muscatell. loco nuper citato agens de hac decisione afferat, quod ipse non deuenisset ad talen condamnationem absque tortura, & reliquit cogitandum. Nihilominus absque scrupulo decisionem illam amplexi sunt, & simpliciter sequuntur Caball. d. casu 199. num. 10. in fin. Farinac. d. quest. 115. num. 119. in fin. Scrip. Rous. ad pragmas. Regn. Neap.*

*tit. de monetis. pragm. 1. Baiard. ad Clarum in S. falsum num. 331. D. Gars. Mastrill. in tractat. de indultu. cap. 27. sub num. 19. Ioann. Mar. Nouar. quæstion. forens. lib. 1. cap. 37. num. 2. Ioann. Aloys. Riccius decis. Cur. Archiep. Neapol. 294. num. 2. par. 2. & Ioann. Baptista Thoro in suo compend. decis. Neap. tom. 1. in verb. falsam monetam expendens.*

**4** Ab ea tamen sententia recessum fuit propter superuenientes probations bonæ famæ dicti rei, per ea, quæ pro declaratione decisionis *Vincent. de Franch. Farinac. d. quest. 115. num. 119.* dicit, non credere verum, quod expendens falsam monetam, & non docens de authore possit tanquam fabricator puniri, nisi in homine male famæ, & *Petr. Caball. d. casu 199. num. 11.* tradit, ita demum locum sibi posse vendicare decisionem illam, vbi expendentes sunt malæ conditionis, vitæ, & famæ, & non soliti similia facere, secus autem vbi sunt bonæ conditionis, vitæ, & famæ, & non soliti similia facere.

**5** Concinunt, quæ in specie de falsa moneta, personæ nimirum qualitatē esse spectandam, firmant *Bald. conf. 155. lib. 3.* & post multos *Franc. Bursat. conf. 166. nu. 12. lib. 2. Hondo. d. conf. 92. nu. 28. 29. & 33. & Tiber. Decian. d. cap. 25. num. 13.* alijs consultò omisis, & est generale, quod in omnibus delictis probatio bonæ famæ plurimum iuvat ad excusationē reorum, ut latè per *Brunor. à Sole. in suo compend. resolut. iur. in verb. fama bona*, & in casu nostro probationes illæ bonæ famæ dicti rei superuenientes post condemnationem mortis bene admissæ fuerunt, ut ab ea condemnatione illum liberarent, & excusarent, non tantum à condemnatione quæstionis torturæ, ad hoc ut per eas veritas super fabricatione habetur, sed in negatione persistens, non iam sicuti fabricator, sed sicuti expendens tantum fuit ad triremes in

per-

perpetuum damnatus, & ita exequutioni demandatum. Nouissimè autem nonnulla ad materiam congerit Dominus Regens D. Franc. Merlin. controu. forens. tom. 2. cap. 26. per totum, post hæc scripta vñus.

## ARGUMENTVM.

Promissionem mulieris etiam iuratam ex causa pietatis, si indotata remaneat, nullatenus subsistere, nec validam dijudicari.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Mulier, si, ut consanguineam dotaret, donationem faciat cum iuramento ex causa pietatis, nullatenus obligatur, si omnino ex illa donatione indotata remaneat.*
- 2 *Opinio Thesauri enarratur, ac explicatur.*
- 3 *Publica utilitas est, ut dotes mulieribus conserventur ad sobolem procreandam.*
- 4 *Iuramentum nil operatur, quando adest laesa enormissima.*
- 5 *Obligationes rescinduntur non obstante iuramento, quando publicam utilitatem respiciunt.*
- 6 *Conclusion supra dicta suadetur, ac probatur, & num. 7.*

## D E C I S I O L X I .

- 1  *Vlierem propter suam promissionem, vel donationem cum iuramento, ut consanguineam dotaret, etiam ex causa pietatis factam, si indotata omnino remaneat, nullatenus obligari. Conclusion, & decism fuit die 5. Martij*

1644. me referente in fauorem Antonia Porcell contra Vincentium Merca. Actuario Antonio Vacca. Per decisionem Senatus Pedemontani, quam refert Anton. Thesaur. decis. 223. num. 17. iuxta quam sapientius in nostra Regia Audientia conclusum fuit, & signatar ad mei relationem, in causa inter Canonicum Augustinum Murtas, & Catharinam Beltram, de qua in alia Conclusione, quæ incipit Mulieris.

2 Quamvis enim tam in dicta Thesauri decisione, quam in praefata nostra conclusione peractum fuit de obligatione mulieris ad mariti fauorem, ita quod propter metum reverentiale cum lesione illa enormissima videatur nullitatem causari, ut fuit conclusum in alia nostra Conclusione, quæ incipit Metum reverentiale, atq; in eodem metu cum enormissima lesionе se fundat in proposito post multos, quos citat Petr. Sanz Morquech. de division. bonorum. lib. 1. cap. 9. num. 42. & ex eo, & alijs post relatas contrarias opiniones in hac materia Gaspar Hermofili. in addit. ad Gregor. Lap. tom. 2. glos. 5. lex 22. tit. 5. à nro. 41. idem firmat num. 44. vnde extrahatur, in quo metus reverentialis cum lesionе indotationis concurrere potest, neutquam nullitati obligationis mulieris locum esse oppositum fuit.

3 Nihilominus tamen ratio fundamentalis, qua maxime nititur decisione illa Thesauri, non quidem in metu consistit, sed in publica utilitate, cuius interest, dotes mulieribus conservari ad sobolem procreandam, repellendamq; liberis Civitatem, ut etiam in proposito considerat Ioann. Lap. in rep. rub. de donat. inter vir. & uxorem §. 17. sub num. 18. sequuta est Rot. Roman. coram Cardin. Arrigonio in illa decisione, quam refert Vincen. Manzia. de iuram. par. 4. effect. 202. post n. 6. ubi pro satisfactione contrariorum, ita affatur; & licet multi Doctores videantur tenere contrarium sententiam,

etiam

etiam in casu, quando non extant alia bona viri, super quibus mulieri sit consultum pro dote sua. Nihilominus quæ plures ipsorum non loquuntur, quando mulier remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis; nam bene fieri potest, uxorem pro viro se obligasse, & fideiussisse, vel renunciaesse hypothese, & non remanere tot bona viri, in quibus præsit indemnitas relevare pro illa quantitate, pro qua se obligauit, vel renunciauit, & tamen non remanere indotatam; in casu vero quando remanet indotata tractatur de obligatione contra publicam utilitatem, prout dicit Ioann. Lopez loco citato, quæ difficilis sustineri potest, & etiam propter lesionem enormissimam iuramentum non obstat per Doctores, quos citat, cū alijs decisionibus eiusdem Rota comprobat Steph. Gratian. discept. forens. cap. 723. à num. 12. usq; ad 18. Ob eandem etiam publicam utilitatem, nè remaneant indotatae tales obligationes rescindi non obstante juramento, post Abbatem, & alios, quos reterit, firmat Ioann. Baptista Hodiegn. in addit. ad decis. Surd. 86. num. 15. cum alijs, de quibus per Franc. Molin. de rit. nups. & pact. in matrimon. conuenit, lib. 3. in prelud. num. 31.


In publica item utilitate subnixā esse rationem, nè mulier remaneat indotata, per text. in l. si pater. ff. de pact. dotal. post Glos. Barbos. & Fontanell. de pact. nups. tom. 1. erudit recentē Dominus Regens Capye. Latro decis. 98. num. 49. latiusq; idem Fontanell. tom. 2. claus. 7. glos. 2. par. 6. post plures relatos pro nostra conclusione num. 7. cum seq. ibi rationem reddit, quia, nè mulier remaneat indotata, multa contra juris rigorem admittunt propter periculum, nè mulier soluto matrimonio dorem non habēs, ad quem nubat, incidat in tētationem, ex Cardin. in cap. cūm contingat num. 1. in fin. de iure iurand. & Martin. Monstr. in respons. pro uxor. à num. 67. in fine, vbi

decisionem tandem Fontanell nu. 10. in fine admittit, ex alijs iam citatis, quod quando mulier remanet indotata, tractatur de obligatione contra publicam utilitatem.

7 Vbicunque ergo ratio hęc militat in obligatione mulieris, siue ad commodum mariti, siue alterius fiat, & ineatur, semper nullam, & invalidam eam iudicare debemus, quemadmodum eam in individuo dijudicat, & cum penè infinitis comprobat Anton. de Amat. variar. resol. tom. 2. resol. 99. num. 8. nec non generaliter plures casus etiam extrā metus causam propositos per Ioann. Domin. Gaito de credito. cap. 4. quest. 7. à num. 933. eos omnes ita restringit in terminis num. 961, quando mulier totam dotem obligasset, quia tunc, ait, nè mulier remaneat indotata, obligatio non tenet, & alios citat: postremò in specie nostri casus videnda est decis. Rot. Roman. 365. tom. 2. in posthum. Farin. vbi soror nupta pro dotanda sorore, se obligauerat, & postposita fuit, illa ratione de indotatione promittentis, quia de ea non constabat ibi num. 7. nec constat, quod ex tali promissione remanserit indotata, vnde evidentē deducitur aliter iudicaturum fore, si constitisset.

## ARGUMENTVM.

Civilitatem originariam contrahi per natuitatem quoquo modo contingentem;



## S V M M A R I V M.

- 1 *Natus extra originem, & domicilium patris in Ciuitate materna, fit ciuius Ciuitatis nativae.*
- 2 *Natiuitas facit municipem.*
- 3 *Partus primò patria nascitur, deinde parentibus.*
- 4 *Opinio D.Thom.Carléual in tract.de iudicijs, & foro competent. lib.1. tit.1. disp.2. quæst.2. exprimitur, & num.5. rejecitur.*
- 5 *Originarius quot modis possit esse.*
- 6 *Ciuis propriè non est qui munera in Ciuitate non sustinet.*
- 7 *Originarius verè intelligi debet, qui in loco natus est, etiam si munera non sustineat.*
- 8 *Actus voluntarij, aut verba nō possunt operari ultrà intentionem agentis.*
- 9 *Conclusio num.8. possa explicatur.*
- 10 *Possessio naturalis non queritur, nisi per actum naturalem apprehensionis, quem actum verè nō potest inducere Princeps, vel dispositio iuris.*
- 11 *L.filios C.de municip. & origin. lib. 10.interpretatur.*
- 12 *Illud, quod principaliter fit, attēdi debet, non quod in consequentiam venit.*
- 13 *Natus in Ciuitate materna non potest compelli ad sustinenda munera, si domicilijs non retineatur.*
- 14 *Originarius efficitur ciuis per natiuitatem, siue quietam, siue fortuitam.*
- 15 *Ciuis potest effici per priuilegium, quāuis in Ciuitate munera non habeat.*
- 16 *Originarius in casu, in quo non potest compelli ad munera, nō dicitur propriè ciuis.*
- 17 *Propositio illa apud Doctores, ciuis efficitur origine, & natiuitate, rejecitur, & explicatur.*

g'zg'zg'z  
d'zg'zg'z

## DECISIO LXII.

- 
- 1 *Atum extrà originem, & domicilium patris, & aui in Ciuitate materna, vel alibi, originariū ciuem esse Ciuitatis nativæ. Conclusum, & decisum fuit die 30. mensis Augusti anni 1633. ad fauorem Bonifacij de Amico contra Franciscum de Senis Oppidi de Macomer, me referente. Actuario Antiocho Bruno notario. Per text.expressum in l.Ciues C.de incot.lib.10. quæ generaliter docet, ciuem effici origine, & in l.1. ff.ad municipal. vbi etiam generaliter disponit, quod municipem natiuitas facit, & probat Accursi. in l.filios C.de municip. & origin.lib.10. in verbo non materna ibi, non sequuntur ut maternam; sed ut propriam originem. Christoph. de Castellioneo, Ioann. de Imol. Alex. & Paul. de Castro in l.huiusmodi legatum. ff.de legat.1. ibique Raph. Cuman. testatur ita seruari, Iason etiā num. 14. communem profitetur, sequuntur Ioann. Crot. in repez. l. si quis pro emptore ff.de usucaption.num.104. cum seq. Felin. in cap. Rodulphus 35. num.14.de rescript. Hieron. Cagnol. in rub. de origin.iur.nu.30. Crauetti. conf. 441. num.3.vol.3. dicens, opinionem veriorem, & receptiorem, & Ioann. Botta conf. 28.nu.113. vbi communem quoquè dicit, & quod ab hac opinione in iudicando non est recedendum, & magis communem affirmat Cæsar Vrsill. in addit.ad decis. Matth. Afflict. 384.num.3. quibus accedunt plurimi relati à Franc. Marzar. conf.43. nu.7. quos etiam refert, & sequitur Ioann. Petr. Surd. conf.343. num.2 1. cum seq. vol.3. & hæc vti. veriorem tuetur cum multis Ioseph Gonzal. question. variar. iure. cap.36. num.41. & Cald. Pereir. in responsi. pro Ioanne de Tasso post repetitionem l. si curatorem C.de in integr. restitucion. num.13. vbi respondit contrarijs, post Boer. decis. 13.nu. 53. & alios, tenent etiam Petr. Barbos.*

ad

*ad liberes absens s. fin. arti. de foro originis à num. 3. & Steph. Gratian. discep. forens. cap. 75. à num. 1. & præsertim num. 6. cum quo transit Ioann. Baptista Thoro in suo compendio decis. Neapol. par. 2. in verbo Ciuitate Neapolitana, vbi quoquè magis communem asserit, & voluit Christoph. Monterde in suo responso pro Comitissa de la Puebla cum heredibus Comitis Consentyna sui patris num. 47. & ibi nu. 48. eam reddit rationē, quod partus primò nascitur patriæ, & posteà parentibus, per l. 1. s. & generaliter ff. de vent. in posse ff. mittend. & in l. postliminium. s. filius. ff. de captiu. & citat Greg. Lopez in l. 1. tit. 20. part. 2. glos. 5. & in l. 2. tit. 24. part. 4. & elegantia Marci Tul. Ciceron. verba adducit. ibi. *Orius nostri partim patria vendicat, partim parentes, & amici, & pro conclusione dicit, esse bonum textum, qui quæstionem dirimit in l. 1. C. de postlim. reuersi. vbi si parētes capteui genuerint in captiuitate filiū, & is apud hostes natus fuerit, erit ciuis, & originarius loci nativitatis, quamvis parentes non habuerint animum ibi permanendi, sed ad propria redeundi, & ita per istum textum hanc opinionem probasse Bald. in cons. 456. nu. 4. vol. I. affirmat.**

*Licet enim multi contrariam amplectātur, de quibus latè per Ioseph. Mascard. de probation. tom. 3. conclus. 1141. num. 5. & Hieron. Cœuall. pract. conclusion. commun. contr. commun. lib. 2. quest. 458. alijs consultò omissis: at tamen non est recedendum à conclusione, cùm pro ea stent iura satis aperta, quibus nulla apta datur responsio, & contraria facillimè evitatur per Doctores suprà allegatos.*

*Quidquid alijs nouitè post hæc scripta viñus D. Thom. Carleual. in suo tractatu de iudicys, & foro competent. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quest. 2. (additis nonnullis num. 91. pro nostra conclusione) ex alijs num. 92. in copiosiori numero cōtra eam citatis contendat*

*num. 93. per text. in d. l. filios. C. de municip. & origin. lib. 10. cui, suo iudicio, nullam congruam solutionem posse assignari dicit, ex eo, quod in ea disponitur, natū in Ciuitate materna, ad munera, & honores non posse cōpellī, nisi domicilium in eo loco habeat, vndē infers, non esse ciuem originarium, quia si talis esset, compelli vtiquè posset, per iura, quæ citat.*

*Namquè pro responſione negatur consequentia, quod omnis ciuis originarius ad munera posset compelli; & eam non subsistere facilius dignoscetur, si altius repetitis principijs*

*6 animaduertatur, originarium quem esse posse duplicitè, vno modo verè, & secundū naturam, prout est ille, qui nascitur in loco, cuius quidem origo negari, nec mutari potest, vt probat l. origine C. de municip. & incol. & in l. assumptio ff. ad municip. in quibus agitur de origine propria, & secundū naturam, & tunc per originem, & nativitatem efficitur quis nedum originarius, sed etiam ciuis, d. l. 1. ff. cod. & d. l. ciues, cum hac differentia, quod si nativitas sit quieta, & cottingat in loco domicilij, efficitur quis verè, & propriè nedum originarius, sed etiam ciuis: quod si nativitas sit fortuita extrà domicilium, efficitur quidem originarius propriè, cùm originis proprietas in nativitate constat, d. L. Assumptio, sed minus propriè ciuis, quia, vt habetur in d. l. 1. propriè municipes appellantur muneris participes recepti in Ciuitate, vt munera nobiscum faceret, & est doctrina Bart.*

*7 communitè recepta, quod propriè ciuis non est, qui munera in Ciuitate non sustinet, de qua latè per Jacob. Menoch. cons. 1060. à num. 33. lib. II. & Ioann. Petr. Surd. cons. 313. nu. 60. vol. 3. altero autem modo quis efficitur originarius facte, & per iuris dispositionem, vt est ille, qui originem patris, aui, vel alterius sequitur, de quo extant multa iuris responsa, præfertim in d. tit. ad municipal. & de mu-*

neribus, & honor. & in specie de filio quoad originem patris probat d.l. filios, & tunc is efficitur ta originarius, quam ciuis, sed per modum oppositū priori; siquidem ciuis propriè est, cū in origine patris munera teneatur subire, vt in hac lege cauetur, sed originarius minus propriè dicitur, cū non propriam, sed alienam sequatur originem, & esse fictè originarium tradit Ioann. Baptista Costa de retrotraffio. cap. 2. monit 4. nu. 12. cum seq. & post eum D. Franc. Hieron. Leo dec. s. Valent. 199. num. 9. vol. 2. sed prætermisso hoc ultimo modo, de quo satis est, vt cognitio aliqua habeatur pro pleniori cognitione primi, de quo principaliter in nostra conclusione tractatur, prænotandum est, quod vbiunque agitur de originario verè, ita quod requiratur naturalis actus natiuitatis, de eo dumtaxat intelligi debet; qui verè in loco natus est, etiam si ibi munera nō subeat, quia cū habitus fuerit respectus ad naturalitatem, non est curandum de ciuitate, ex eo quod actus nostri voluntarij, aut verba, quibus geruntur, non operantur, nec operari possunt vltra intentionem agentium, vel vltra quem gerantur, nec conterarium, aut aliud effectum, & finem quenquam intendebat disponens. l. voluntarie C. de excusation. tutor. l. fin. C. de rex. promarit. cum alijs plenè cumulati, suo more per D. Ioann. Caſtil. Sotomaior. quotid. controvers. tom. 4. cap. 40. num. 10.

10 Nequè in eo casu originarius de iure, etiam si muneribus fungatur, comprehendendi potest, quia impossibile est, rerum naturā, & species immutari, vt in terminis probat d.l. assumpcio, & facit quod de naturali possessione dicitur, non queri, nisi per actū naturalem apprehensionis, quemactum verè, nec iuris dispositio, vel Princeps inducere potest, vt habetur in l. 2. ff. de usufruct. ear. rer. que usu consum. & in l. denique ff. ex quibus

caus. maior. & tradit singulariter Bal. in cap. conringit. de dol. & contum. n. 2. vbi dicit, quod dum quæritur, utrum fictio fingat contra factum & quodad veritatem inducendam non fingit. l. in bello. §. facta. ff. de captiu. & poſſili. min. reuerſ. l. 1. §. De euola. ff. si quis teſta. lib. effe iuſſuer.

- 12 Nequè etiam in eo casu refert aetum esse de originario simpliciter, siue etiam coniunctim de originario ciue, quia cū ex verbis, vel alias appareat agētes principaliter respeſſile ad veram natiuitatem, & originem, non nocet adiunctum, quod minus principaliter profertur, semper 13 enim quod principaliter sit, nō quod in consequentiam venit, attendi debet l. 1. ff. de auth. tutor. & post alios firmat Surd. conf. 380. num. 53. vol. 3. ac propterea in ea dispositione verbum originarius stabit propriè, & verbum ciuis minus propriè, istudquè vti mihius principale regulam ab illo mutuabitur, illiq; famulabitur, vt deferviat intentioni proferentis, & tunc indubitata erit nostra conclusio.
- 14 Nequè ab ea est recedendum in alio casu, in quo de oneribus subeūdis agatur, iuxta d.l. filios, quia licet ad ea compelli nequeat natus in Ciuitate materna, si modò non domicilijs retineatur, sed non inde sequitur, nō esse ciuem originarium, siquidem, vt ex notatis resultat, verè, & propriè quis originarius est in eo loco, in quo nascitur, & per natiuitatem, siue quietam, siue fortuitam efficitur etiam ciuis, tametsi muneribus non fungatur, sicuti per se notoriā dignitatē eximitur quis à muneribus, & nihilominus originem rētinet, & est ciuius quodad honores, vt expreſſe disponitur in l. municeps ff. ad municipal. & 15 per priuilegium quilibet posse effici ciuem, quamvis in Ciuitate mune- ra non habeat, per plura defendunt Tiber. Decian. conf. 44. vol. 4. & Ioan. Ceph. conf. 450. vol. 4. & latissimè comprobat, & decimum refert Ioann. Ba-

*ptista Thoro d.tum.2.in verb.Cuius alii  
cuius Ciuitatis.*

Quod autem attinet ad originarium, quamvis in eo casu, in quo ad munera compelli non potest, minus propriè ciuis centetur, per d.l.i. *ad municipal.* sed proprietatem iunc de 17 facili consequitur ille per retentio- nem domicilij, vt constat ex d.l. filios. ideo ex his dicendum est, distinctionem à Doctoribus traditam inter dictas nativitates, ineptā prorsus esse, & cōtra d.l. ciues, & l. i. *ad municipal.* per quas generaliter, & indistincte fancitur, ciuem effici origine, & nativitate, quod ergo lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, nequè illa defendi, & sustineri potest in hoc ultimo casu, supposito quod de munib⁹ fungēdis agatur, cùm etiam in eo quocunquè modo nativitas contingat in l. confert, quandoquidē nativitas etiam quieta non prodest 18 ad munera, si originarius in patria- domicilium non retineat, & nativitas fortuita non nocet, si originarius ibi domicilium constituat; ac proindē in casu d.l. filios, in quo principaliter de huius ciuitatis effectu agitur, nulla sit distinctio inter dictas nativitates, sed dumtaxat in eo, an domicilijs re- tineatur, vel non, & in hoc consistit vis, & ratio illius dispositionis, de qua latissimè actum est in Conclusione Originis videnda.

Iste itaque erat casus, super quo fuit sumpta nostra conclusio ad fa- vorē dicti de Amico, quia cùm fuisset natus in Ciuitate materna, & non constabat, an pater voluerit verè ibi domicilium contrahere, nam & si pro eo multæ vrgebant conjecturæ, tamen excludebantur per recessum ad propriam originē cum filijs, & tota familiæ, & dubitabatur, maritus, an filius in patria repertus, afferens se velle in ea domicilium constituere, tanquam originarius ciuis esset admittendus, vt potiretur priuilegijs suæ Ciuitatis nativæ & dictum, & iudicatum fuit,

venire admittendum per prædicta, quamvis alià sola illius assertio non sufficeret, nec in eo casu originem naturalem potuisse amittere per di- cillum recessum à patria, & absentiam per plures annos in origine patris cū domicilio traductam, vt in Conclus. Ciuitatem videnda, vna cum D. Frā- cisco de Amaya in commentarijs ad 10. lib. Cod. nouiter post hæc scripta, ad meas manus peruentis, propterea quod strenuè cum multis ad l. ciues à num. 43. nostram conclusionem tueatur, & comprobet, & sub nu. 53. faciat satis, & respondeat ad d.l. filios, qua maximè nititur Dominus Carle- ual.

## ARGUMENTVM.

Filias neutiquam contineri sub conditione *si sine filijs dece- ferint* ad exclusionē substi- tuti, vbi testator proprias so- rores, & nepotes cognitas exclusit simul cum nepoti- bus, clericis, & religiosis.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Nepotes ex fratre si instituantur here- des unus post alium, sub conditione si sine filijs deceferint, eorum filie non continentur ad exclusionem substituti, si testator præteriit pro- prias sorores, & nepotes iam natus, & clericos, & religiosos.*
- 2 *Exclusio religiosorum in fideicommisso conseruationem agnationis, & fa- miliae arguit.*
- 3 *Oppositiones contra conclusionem refe- runt, & num. 4. & 5. soluuntur.*
- 6 *Ratio motrix, quando est unica, etiā si sit tacita, pro expressa haberi debet.*

## DECISIO LXIII.

**N**epotes ex fratre si heredes instituatur unus post alium sub conditione si sine filiis decesserint, eorum filias neutiquam contineri ad exclusione substituti, ubi testator proprias sorores, & nepotes ianatas, & cognitas praeteriit, & nepotes clericos, & religiosos exclusit. Conclusum, & decisum fuit die 3. Junij 1645. me referente in favorem Illustris Marchionis de Siete Fuentes aduersus nobilem Marchesum à Cetrillas, & Ceruello. Actuario Ioanne Sambiguchio. Ex eo maximè quod per illam præteritionem de sororibus, & nepotibus factam cum exclusione clericorum, & religiosorum manifestè apparet, & euincitur, habitam fuisse rationem agnationis conseruandæ, in quo eventu filias sub illa conditione si sine filiis, nullatenus contineri; sed exclusas pariter censeri, in proprijs terminis docuit Curt. sen. conf. 4. à n. 7. quem sequitur Jacob. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 69. num. 10. comprobatur etiam ex his, quæ post multos tradit Vincent. Fusar. de subflit. quest. 311. num. 32. & 58. quest. 480. num. 33. & quest. 499. num. 26. ex eisquæ hæc coniecuram approbatam per Rotam Romanam constat. cum decisi. 574. nu. 4. ex collectis per Paul. Rube. tom. 1. par. 2. in ultimis. Conferunt quoquæ tradita per Ludou. Casanat. conf. 20. nu. 37. exclusionem nimicùm Monachorum, & Religiosorum in fideicommisso non alia ratione à testatore factam censeri posse, quæ quod agnationis, & familiæ conseruationem, & perpetuitatem exoptauit, quæ per illos neutiquam conseruatur, immò prorsus extinguitur, & vitiatur, per Doctores, quos citat, sequitur, & alios refert Ioseph Ramon.

conf. 15. num. 18. per hæc verba. iam verò quid manifestius, quam quod Clericos, & Religiosos exclusi, per quos agnatio conseruari non potest.

3 Ex quibus paruifacienda sunt ad oppositum allegata, quod scilicet ab exclusione illa Religiosorum neutiquam concludentè deuincitur, testatorem habuisse animum conseruandæ agnationis, cum alijs velle potuerit, quod successores essent talis qualitatis, quod possent legitimos procreare filios, quibus in dies posteritas propagaretur, cresceret, & memoria eius diutius duraret, quod communiter exoptant homines, ut experientia docet, ex traditis per Mier. de maioratu part. 2. quest. 3. num. 163. & 169. vnde cum exclusio Clericorum, & Religiosorum possit referri ad agnationem, & ad propagationem posteritatis, nullatenus potest clara, & certa deduci conclusio, nec coniecura ad exclusionem feminarum, & masculorum inclusionem, per ea, quæ tradunt Ludou. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 26. & 28. Aluarrad. de conjectur. ment. defunct. cap. 3. S. 4. num. 8. & Casanat. conf. 4. nu. 228. quod scilicet afferenti, ex una agnationis ratione testatorem motum, incumbit onus probandi, sequitur Perez de Lara de vita homin. num. 83. nam quotiescumque agitur de ratione agnationis inducendæ, debent clausulæ esse clarae, & expressæ, cum in dubio potius intelligatur testator alijs de causis motus, quam ius agnationis conseruandæ, ut post Casan. eod. conf. 4. num. 223. ubi alios citat, firmat Melch. Phœb. decisi. 39. num. 15. lib. 1. adiiciens, periculum esse velle inducere agnationem, ubi illa non reperitur expressè inducta, principiè cum femina agnata ad successionem huiuscmodi fideicomissi admitti debeat, ex relatis à Robles de represent. lib. 1. cap. 12. num. 19. & 71. ab Oddo conf. 46. num. 60. à Lara ubi nuper num. 97. & à Ramon. conf. 100. num.

403. alijs consultò omissis.

4 Ad hæc etiam omnia, & similia ex allegatis pro nostra sententia facile patet responsum, tantumquæ abest, quod pronunciatio s. familie ff. de verb. signif. cum alijs priori loco citatis per Mierez ad oppositum conferat, & conducat, quin potius ex eisdem nostra comprobatur, & confirmatur sententia, vt constat ex Aymon. Cravett. conf. 15. num. 3. vers. secundo, in quo per eundem Mierez refertur d. num. 163. qui duo ibi nullatenus asserunt, per exclusionem Clericorum testatorem respexisse ad propagationem posteritatis, sed verius affirmat, agnationem conferuare voluisse, idem etiam comprobant Curt. senior, & Menoch. ad caput, & fundamentum conclusionis relati, quos etiam ad idem allegat idem Mierez d. nu. 169. quamuis per errorem typographiae adiecta reperiatur dictio non, quemadmodum ex antecedentibus, & subsequentibus manifestè colligitur, & deprehenditur, quapropter cessante ratione propagationis posteritatis, quæ à nemine probatur, & subsistet alia agnationis conseruandæ ab omnibus unanimiter recepta, subsequitur, per exclusionem Clericorum clarè, & certè liquere de voluntate testatoris ad exclusionem fœminarū, cùm nulla alia ratione potuerit illam moueri, vt agnoscant, & fatentur Casanæ. d. conf. 20. num. 37. & Ramon. d. conf. 15. num. 18.

5 Vnde cùm hæc ratio vnicæ sit, pro expressa haberi debet, ex his, quæ post multos firmat Ludou. Molin. ubi supra cap. 5. lib. I. num. 9. cum seqq. & latius D. Ioann. Castill. Sotomaior quodam controv. tom. 6. cap. 170. per totum. Nam & si in dubio quis ex pluribus causis motus potius præsumatur, quā ex vnicā, ac propterea afferenti ex sola agnationis conseruandæ ratione motum testatorem, incumbere onus probadi, per Doctores ad oppositum relativos, quodquæ post multos gene-

raliter confirmat idem Castill. eod. cap. 170. num. 8. verū tamen ex his, quæ subiungit num. 9. id evidentè deducitur, vnicam tunc censeri rationem, cùm verisimilis sit ex communi hominum placito, vt notatum extat ad Conclus. Filiam, vbi latius hoc explicatum, & comprobatum fuit.

In casu autem exclusionis Clericorum nō tantum verisimilis, & communis, sed cōcors est nostrorum sententia, quæ docet, testatorem ex sola agnationis ratione motum censeri, cui si adiungatur altera exclusio fœminarum, in propinquiori, seu æquali gradu existētium iuxta casum propositum, indubitata redditur nostra sententia, propterea quod tunc altera ratio propagationis posteritatis à nemine hucusquæ probata nullatenus subsistat, nec redi possit, ex eo, quod eadem capacitas ad propagationem, quæ in familia instituti supponitur, peræquæ militet, & obtineat in sororibus, & nepotibus agnatis propter masculos agnatos exclusis, ex eisquæ etiam tollitur, & diluitur ultimum obiectum de fœminis agnatis admittendis ad fideicommissum agnationis, sed de his latius ad Conclus. Agnatas.

## ARGUMENTVM.

Masculos ex eis fœminis descendentes, quibus Princeps nobiles facere voluit, nobilitatis priuilegio potiri:



## SUMMARIUM.

- 1 *Masculi descendentes ex feminis, quae in concessione nobilitatis alicui facta à Principe, & suis filiis utriusq; sexus comprehenduntur, nobiles sunt.*
- 2 *Nobilitas ex Regis concessione inducitur, cùm Regis sit illam tribuere.*
- 3 *Statutum disponens, quod quis sit nobilis ex genere materno, non valet, si à dispositione inferioris dependeat, scilicet est, si à Principe non cognoscente superiorem inducatur.*
- 4 *Nobilitas quod sit à pare, ius ciuile constituit.*
- 5 *Nobilitas concessa per verbū, posteris, seu posteritati, comprehendit descendentes per lineam masculinam ex primis filiabus expressè nominatis; & si inter DD. sit quæstio in feminis ulterioris gradus.*
- 6 *Opinio Ioann. Garsiae de nobilit. l.1. §.1. sub num. 38. afferentis descendentes ex feminis non includi, declaratur, & refertur.*
- 7 *Dispositio l.1. §.fin. ff. de iur. immunit. eruditè distinguitur.*
- 8 *Verbum, descendentes, & verbum, posteri, comprehendit tām masculos, quam feminas, & natos ex eis.*
- 9 *Verbum, descendens, debet restringi expressè ad lineam masculinam, & nominatim in priuilegio, ad hoc ut feminæ excludantur.*
- 10 *Opinio Iacob. Cancer. variar. resol. tom. 3. c. 3. num. 164. refertur, & ei locum non esse, demonstratur nu. 11. & 12.*
- 11 *Declaratio nobilitatis alicuius modici est preiudicij.*
- 12 *Voluntas Regis si clara appareat pro nobilitate alicuius, non est amplius disputandum, quin ei tribuatur.*
- 13 *Clausula, filiis utriusq; sexus, aequiparatur concessioni pro masculis, & feminis.*
- 14 *Pronomen, illorum, seu, eorum, est repetituum personarum precedentiū.*
- 15 *Nobilitas pro descendantibus ex fæ-*

- minis quomodo ex priuilegio comprehendatur.*
- 18 *Exclusio descendantium ex feminis non arguitur ex illis verbis in priuilegio contentis, per tuam lineam rectam, relata ad eum ipsum, & filiorum posteritatem, & quare?*
- 19 *Femina si pro se, & descendantibus per lineam eius masculinam acquisierit feudum, nepotes, & filii in eos succedunt.*
- 20 *Ratio conseruandæ agnationis quando non vigeat, etiam non nominatis expressè feminis; feminæ descendentes per virilem sexum nobilitate fruuntur.*
- 21 *Voluntas Regis quando ita clara in priuilegio non extet, in dubio pro eo, qui præedit, se esse nobilē, judicatur.*

## DECISIO LX (V).

- N**obiles esse filios, & descendentes per lineam masculinam ex filiis familiarum in concessione nobilitatis alicui, & suis filiis utriusq; sexus, & descendantibus ex illis, totiusquæ illius, & illos iū posteritati ex linea recta per Principem facta. Conclusum, & decisum fuit die 23. mensis Maij anni 1634. ad suorum nobilis Aloysia Manca curatrixis suorum filiorum contra Fisci Regis patrimonij procuratorem, me referente. At Mario Didaco Serra. Nam quod attinet ad potestatem, constat ex eo, quod nobilitatem conferre ad Principes spectat, vt post Cassaneum, Garsiam, Bouadillam, qui alios citant, firmat Mar. Muta ad Capitula Regni Siciliae tom. 5. cap. 456. num. 105. & tradit ex alijs Georg. Cabed. decis. 73. n. 1. part. 2. vbi dicit, quod nobilitare ad solum Regem spectat, & quod est superioritatis Regalis, & quod nobilitas inducitur ex Regis concessione, seu priuilegio, quod facere Rex potest, & nobilitatem à Principe tanquam à fonte procedere dicit, & pro-

bat

bat Melchi. Phæb. decis. 14. num. 4. quæ omnia post multos latius prosequitur D. Garſ. Maſtrill. de magistrat. to. 1. lib. 3. cap. 10. à num. 99. & latè cum multis longè post hæc scripta viſus Ioann. Escobar de purit. & nobilit. ſanguini. par. 1. q. 4. §. 5. à num. 11. & fundamēntum conclusionis benè cōprobat Illeph. Azeued. ad leg. Reg. Hisp. lib. 6. tit. 2. l. 1. à num. 45. auctoritate Diuinæ Scripturæ, iuris Canonici, & ciuilis, Plinij, Solonis, & aliquorum Doctorum, & ex eis num. 50. in fin. hoc esse intelligendum declarat de quocunq; Rege, & Principe non recognoscente ſuperiorem, & de qua- cunq; Ciuitate habente potestatem legis condendæ.

3 Nam & ſi in dubio, & regularitè nobilitas dumtaxat conſideretur ex parte patris, non matris, vt post Bart. & alios tenent idem Azeued. ibi num. 66. & antè eum latius more ſuo Andr. Tiraquell. de nobilit. cap. 18. num. 20. cum seq. & num. 22. allegat plures te- nentes, non valere ſtatutum, aut cō- ſuetudinem, quod quis fit, aut repu- tetur nobilis ex genere materno; at ſtatiſtum num. 23. cum seq. contradicen- tes adducit, qui contrariam opinio- nem declarant procedere in ſtato, ſeū consuetudine inferioris, non au- tem ſi fiat, aut inducatur ab Impera- tori, vel Principe, aut Populo non recognoscente ſuperiorem, ea vrgē- tiffima ratione; nam quod nobilitas ſit à patre, à iure ciuili constitutum, eſt, ſicut ius agnationis, quod tolli, &

4 mutari potest, & in num. 25. nonnul- larum Nationū leges refert, per quas ſancitum fuit, vt à matribus, non à patribus filij generis nomen ſortian- tur, & Cabedo ubi ſuprà num. 2. aliam legem Lufitaniae hoc ipsum diſponē- tem memorat. Ex quibus, & alijs ad- duclis per Ioann. Arz. Otalor. de nobilit. Hisp. c. 2. nu. 6. & seq. cum citatis per Mar. Muta in progrimo Regis Ioann. ad cap. Regni tom. 6. num. 17. validitas nobilitatis conſeſſionis per Dominū

Regem ad fauorem deſcedentium ex filijs vtriusque ſexus Auguſtini Gualbes, proculdubio deuincitur: nequè de Principis potestate dubi- tari, niſi temerè potest, quam ſuppo- nunt omnes, qui in ſimilibus de ea agunt, & firmat nouiſſimè Iofeph Ra- mon. conf. 25. num. 18. & in puncto nobilitatis ad fauorem deſcedentium ex feſtimis tenet Iacob. Cácer. variar. reſol. tom. 3. c. 3. ſub num. 159. vbi di- cit, quod de potestate Regis non eſt diſceptandum, ſed tantum de eius voluntate.

5 Super qua licet ardua ſit quæſtio, an deſcedentes ex feſtimis conti- neantur, & veniant vbi cunquè im- munitas, ſeū etiam nobilitas per ver- ba posteris, ſeū poſteritati, aut etiam deſcedentibus, & ſimilia conceditur: & de hoc poſſet dubitari in caſu cō- currenti, ſi non de filijs, & deſceden- tibus per lineam masculinam ex pri- mis filiabus expreſſe nominatis, & honoratis ageretur, ſed de deſceden- tibus ex feſtimis ulterioris gradus, prout generalitè proponendo quæ- ſtionem, de ea controuertunt Scri- bentes, & in ea Mar. Saloñ. de Pace in terminis celebre edidit conſilium, quod eſt 23. ad fauorem feſtimarum, & deſcedentium ex eis, quamuis contra illud bis, & ter iudicatum vi- diſſe teſtetur Ioann. Garſia de nobilit. gloſ. 1. S. 1. ſub num. 38. & contrarium iſi probat à num. 33.

6 Attamen, quod hic Garſia defen- dit, declarationem recipit à ſe ipſo ex hiſ, quæ poſteā tradit in gloſ. 6. ſub num. 41. ver. præterea; vbi, vt ſingula adaptet ſuis, & iuribus, & authorita- tibus, & nè temerè cōfundat diuerſas iuris rationes, ſe loqui declarat in caſu priuilegij immunitatis, cuius natura nocua eſt, & odiosa contra publicam utilitatem, in quibus ter- minis loquitur etiam l. 1. S. fin. ff. de- iur. immunit. & eſt lex fortiffima, & clara contra deſcedentes ex feſtimis, iuxta quam ita contra eos in ſimili

decifum

decisum fuit per Collaterale Neapolitanum, testatur, & comprobatur Ioann. Franc. à Ponte decis. 5. & alios refert in proposito Iann. Baptista Thoro in compend. decis. Neapol. tom. 1. in verb. Immunitas, sequitur, & exornat D. Franc. Anton. Costa cons. 80. à num. 1. sed aliud esse affirmat Garcia in donatione, feudo, emphyteusi, & in nobilitate dativa, vel ex accidenti, quæ pertinet potius ad beneficiū, quod latè est interpretandum, iuxta l. beneficium, ff. de reg. iur. & paulò post subiungit, quod ex quo Nobiles olim non habebant, nec habent hodiè de iure communī immunitatem à tributis, non sunt trahenda in consequiam ea, quæ de nobilibus secundum ius commune dicuntur ad nobilitatem Hispaniarum, quæ priuilegium immunitatis habet.

7 Quamvis etiam in hac de immunitate post multos Ioann. Petr. Surd. in cons. 140. vol. 1. à num. 49. pro satisfactione d.l. 1. de iur. immunit. differentiam agnoscens inter immunitatem, & immunitatem, ita distinguat, aut immunitas cedit dāno aliorum, quia per eam ceteri non exempti aggrauantur, & eis collectarū onus accrescit, & tunc dispositionem l. locum habere dicit: aut immunitas non cedit damno aliorum, sed soli Regi concedenti nocet, & tunc cessare dispositionem illius legis affirmat, & non esse priuilegium, sed beneficium latè interpretandum comprobatur, & sequitur Costa d. cons. 80. nam. 19. & hoc ipsum considerat in proposito idem met Surd. ibi num. 53. cum seq. ad favorem descendantium ex feminis, vbi concessio fit ob benemerita, & in remunerationem seruitiorum (prout in nostro priuilegio) & pariter sequitur Costa loco citato num. 14.

8 Nequè in his casibus est curandū, quod concessio fit per verbum Descendentes (de quo in priuilegio) aptū comprehendere masculos, & feminas, & natos ex eis, vt cum penè infinitis

nouissimè docet Vinc. Fusar. de subst. q. 325. à nu. 1. vbi num. 3. post multos probat per text. in l. ultim. C. de suis, & legit. hered. & in S. vlt. auth. de hered. qui ab intest. natum ex femina dici descendantem aui materni, & n. 4. relatis nonnullis in contrarium ait, à prima opinione magis communi non esse recedendum in iudicando, & cōsulendo, firmat etiam in suo consilio 19. num. 10. post Jacob. Menoch. latè id probantem in cons. 1229. num. 11. & decis. Rot. Rom. 15. num. 1. part. 1. in nouissimis, siue etiam concessio fiat per verbum posteros, quia pariter & istud comprehendere feminas, & natos ex eis, cum multis probat idem Fusar. d. tract. de subst. quest. 330. à num. 1. & 12. idem de verbo posteritatis (de quo etiam in priuilegio) affirmat per text. in l. cùm acutissimi C. de fideicommiss. post Dec. Ruinum, Abb. Tiraq. & Rusticum, & dicit, quod iste respondit ad Alex. & Anch. qui contrarium videntur sentire, ad istud etiam & alia consimilia verba, an feminas comprehendere valeant, nouè multos citat Escobar vbi supra d. quest. 4. S. 1. à num. 30. & ex hoc forsitan factum est, quod in omnibus priuilegijs militiaz, & nobilitatis in hoc Regno, & alibi à Serenissimis Regibus concessis pro exclusione feminarum verbum illud descendens, & similia restringuntur expressè ad descendentes per lineam virilem, & masculinā, seū per aliam similem clausulam, per quam indubitate descendeates ex feminis excluduntur, vt inferius probabitur.

Quamvis enim hæc non ita plenè discussa sibi placere afferat Jacob. Cäcer. vbi supra num. 164. ad fauorem descendantium ex feminis in simili priuilegio militiaz, siue nobilitatis, de quo agit à num. 159. nisi videret publicam utilitatem, & honestatem Lazaridi; adeò namquæ longè latèque patet tale priuilegium, vt per paucissimilia omnes fierent nobiles, ita ut necel-

necessariò res eo deuenire deberet, ut milites tenerentur viles artes exercere, vel Respublica laboraret inopia hominum ad exercendum officia in ea necessaria, & ob id talia priuilegia, nè publicam uilitatem, & honestatem laedant, restringenda esse ad masculos, & descendentes ex masculis, post *Garsiam*, & *Gratium*, quos citat, concludit, & testatur, quòd in facto habilitatores Curiarum in illo Principatu Cathalonie quendam prætensorem virtute similis priuilegij repulerunt, & benè, & posteà cùm idem casus ad Senatum venisset, in istam sententiam Senatus inclinabat.

Sed præterquām quòd priuilegiū nostrum, de quo controuertitur, non est ità amplum, & generale, prout in suo casu præsupponit *Cancer*. ut infrā demonstrabitur, & in Regno vnicum est, & singulare privilegium, & pro dignitate familiæ de Gualbes, maximè ex quo filius vnicus masculus Augustini, Illustris. D. Ludouicus postquām successit in Baronijs de Gioiosa Guarda, Aquæ frigidæ, & Monestir, attentis seruitijs per eum. Domino nostro Regi præstis, & integritati suæ conditionis, & vitæ, ex munificentia Regia ad Comitatus, & mox ad Marchionatus culmen peruenit, non nisi cùm nobilibus, & Illustribus fœminæ matrimonia contrahant, sicuti de filiabus dicti Illustris cùl Illustri Marchione de Villacidro, & cum nobili Antiocho à Castelui primogenito nobilis D. Ioa. Baptista Baroniæ de Samassi, & Serrenti Domini, factum est notorium, & forores Marchionis cum benemeritis, & ex principalioribus Ciubus Regni nupsisse, neminem latet, quin immò liquet, Petrum Baccallar, qui vxorem duxit nobilem Guiomarem (de quorum descendentibus casus occurrit agere) antiquissimæ, & clarissimæ familiæ vnum fratrem habuisse Andrewm primò Episcopum Alguerensem, & deinde Archiepiscopum Tur-

itanū, virum doctrina, & integritate notum, & insignem, & Michaelem Baccallar alium fratrem, qui pro meritis nobilitatis titulo à Sérenissimo Rege nostro fuit decoratus, & idem de Petro ni celeri morte præuentus fuisset, facturum fore, credibile est, eiusquè ex filio nepos, qui auctor in hac lite est felicia iam iniuit sponsalia, cum ex sorore nepte Illustris. & Reuerendissimi Domini D. Fr. Ambrosij Machin Archiepiscopi Calaritani, qui primus nostris temporibus fuit, qui tantæ dignitatis honorem per tot secula ad exteris delatum suis eminentissimis meritis, Religione, studio, eruditione, eloquentia, alijsquè innumerabilibus animi, & corporis sui dotibus, atq; notissimis virtutibus, patriæ vindicauit, restituitquè Regnicolis, & maiora ab eo sperantur, suaquè opera, & auxilio fore magna illi familiæ de Baccallar pro sui maiori ornatu, & splendorè incrementa obuentura, ex quibus legiōnem, & præiudicium consideratum à *Cancerio*, & à suo Senatu in casu proposito cessare dici posset.

12 Sed ex alio modicum hoc esse præiudicium, quòd quis declaretur nobilis, post Cardinal. Scip. de Aretio; qui dùm esset Regius Consiliarius in Regno Neapolis, ità votasse per *text.* in *L. 3. S. causa ff. de carbon. edict. afferit* Præses Vinc. de Franch. *decis. 2. nu. 28.* in *fin.* & sequuntur *Consl. Anna conf.* 88. in *12. concl.* & *Regens Rouit. conf.* 32. *lib. 2. num. 8.* ubi etiam ait, quòd

13 declarare aliquem nobilem est modici præiudicij, nedū respectu totius Ciuitatis, sed etiam respectu ipsius ordinis nobilium, & quòd ità pro absoluto tenet idem de *Franch. decis.* 207. *num. 8.*

Verùm enim verò, quicquid de his sit, nil refert, quòd de iure descendentes ex fœminis non comprehendantur appellatione descendantium in casu nobilitatis, quia postquām in controuerso quodad descendentes ex filia-

bus nobilis Augustini habemus intentionem Domini Regis claram, & expressam, non est amplius de hoc dubitandum, ut in terminis dicit idem de Franch. in hac ultima decis. sub num. 15. & text. in d.l. 1. de iur. immunit. quem fortiter descendantibus ex feminis obstat dictum est supra, intelligendum esse, nisi contrarium appearat de voluntate Principis, post multos tradit Cancer. d. cap. 3. nu. 160. Iacob. Gallus conf. 98. num. 36. & per totum. & in punto firmat Garf. d. glos. 1. §. 1. num. 40. in fin. ac propterea nu. 42. per text. s. n. l. 1. C. de imponend lucr. descript. lib. 11. & in c. porr. de priuile. & num. seq. 43. vers. unde expressius dicit, quod si privilegium sit concessum feminis a principio, proculdubio feminis, & nati ex illis gaudent priuilegio, & comprobat post Anch. que citat argumento text. in l. penult. S. equitij ff. de r. sufr. & ait, esse elegantem declarationem ad text. in c. 1. de eo, qui sibi, & hered. suis mascul. & ultimò se remittit ad Mier. late, & optimè hoc comprobantem in materia maioratus.

Quod autem in casu controverso intentio Domini nostri Regis clara, & expressa sit, patet; quia a principio filii nobilis Augustini fuerunt nominatae, & honoratae per illa verba, de quibus in priuilegio, & filiis suis viriusque sexus, quæ quidem dubio caret, continere expressam intentionem, & voluntatem ad favorem filiorum, & filiarum descendientium ex eis, cum concessio per clausulam viriusque sexus aequiparetur concessioni pro masculis, & feminis, ut post Riminal. & Octau. Cacheran. tenet Marta de claus. par. 2. claus. 80. num. 3. ac proinde honoratis filiabus, & descendientibus ex illis, seu illorum posteris, & posteritati, prout in priuilegio, casus est de indubitibili, quod tales descendentes nobiles sunt propter expressam concessionem, & voluntatem Domini Regis, iuxta superius allega-

ta, siquidem pronomen illorum adiunctum verbis descendantibus, & posteritati est referendum non tantum ad 16 descendantibus, & posteritatem filiorum masculorum Augustini, sed etiam filiarum, cum de eis simul mentio facta fuerit, & pronomen illorum, cum sit relatum, stat demonstrativè, & relativè ad supra nominatos, ut post Roland. & alios tenet Joan. Petr. Surd. decis. 125 sub num. 1. vbi idem probat de pronomine eorum, & similibus, sequitur Vincent. Fusar. conf. 100. nu. 4. & conf. 99. num. 5. ait, habete vim specialis nominationis, sicque perinde est, concessionem nobilitatis factam fuisse filiis viriusque sexus, & illorum descendantibus, seu illorum posteritati, prout in priuilegio, ac si facta fuerit expressè descendantibus, & posteritati filiorum, & filiarum, quin immò pronomen eorum esse repetituum personarum praecedentium cum omnibus suis qualitatibus, post Joseph. de Rustic. Carol. Ruin. Philipp. Corn. & Petr. Paul. Paris. voluit idem Fusar. conf. 124. num. 26.

In punto itaque nobilitatis, quod pronomen illorum ad praecedentes omnes referatur pro comprehensione descendantium ex feminis, firmat Burg. de Pace d. conf. 23. num. 3. vbi Balboa in additio. alios citat, accedit, 17 quod si in dicto priuilegio descendentes ex filiabus Augustini non veniret comprehensi, frustra in eo fuisse repetitum pronomen illorum, quandoquidem descendantibus ex masculis iam erant honorati, & comprehensi per pronomen suam relatum ad Augustinum, tuam videlicet posteritatem, cum per illud omnes descendantibus ex masculis citra dubium sint de posteritate Augustini. Vnde superfluum, & superuacaneum esset pronomen illorum relatum ad filios, nisi etiam descendantibus ex filiabus fuissent comprehensi, de quibus alias maxima fuisse dubitatio, ut in primo casu fuit demonstratum, & illi indubitan-

tèr remanerent exclusi per verba illa, de quibus in priuilegio per lineam rectam, ut statim probabitur. Quapropter causa absurdī vitandi, quod tunc maximè euenit, cùm verba apposita in concessione nihil operantur in casu simili de verbo alios, quod fēminę includantur, vbi in præcedentibus non fuerunt vocatæ, post Ludovic. Rom. quem citat, consuluit Sigismund. Loffred. conf. 39. num. 12. & meritò num. 6. probauit, eam esse admittendam interpretationem, per quam euitatar superfluitas, cùm alijs, de quibus per eum, & per Peregr. de fidicomm. art. 32. n. 13.

Nequè obstar, quod in priuilegio nobilitatis Augustini addita fuerint 18 verba illa per lineam rectam relata ad illius, & filiorum posteritatē, quasi per illa facta restrictione præcedentium censeātur exclusi descendentes ex fēminis; ex eo, quod licet controversia sit quæstio, an descendentes ex fēminis de linea dici possint, de qua per Fusar. de substitut. q. 346. num. 2. & 3. Attamen, cùm sit mentio de linea recta, nullo modo illos venire, cum Loffred. & Menoch. quos citat, & gener idem Fusar. num. 7. Näm etsi vera hæc sint, sed ex supra notatis facilis est responsio, quod ea tunc obtinent, cùm verba præcedentia sune generalia, & ambigua, atquè ita indubio operantur totalem exclusiōnem descendenterū ex fēminis vltioris gradus, & in priuilegio nobilitatis Augustini hæc maximè vrgent pro exclusione descendenterū ex fēminis vltioris gradus præter filias expressè nominatas, & honoratas, iuxta casum à principio propositum; sed in istis (qui est casus noster) stante earum expressa nominatione, & posteritatis, & descendenterū ex eis, verba illa per lineam rectam non possunt operari restrictionem in suis descendenterib⁹ per lineam masculinam post eas; quia sequentur inde correctio, & revocatio ea contraenti,

quæ nequaquam eit inducenda, vt post alios probat Menoch. conf. 105. num. 46. conf. 63 I. nu. 22. & conf. 753. nu. 14. cum seqq. &c satis eit, quod per illa verba excludantur descendentes ex fēminis vltioris gradus post filias; ut in simili de feudo masculino concessō fēminæ, optimè docet magnus ille Feudista Henric. à Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 36. nu. 17. tom. I. per hæc verba. Si fēmina detur expressè in feudum masculinū, ita plane acciperem, ut nonnulli masculi ex filiabus eius, sed saltim filij descendentes succederet; atq; ita apparet, nō esse inconveniens, quod fēminæ expressè, & suis descendenterib⁹ detur quid masculinum, quod iure masculinitatis regatur.

19 Quinimmò idem Rosental. in conclus seq. 37. num. 12. addit ferè in terminis, quod si fēmina pro se, & descendenterib⁹ per lineam eius masculinā acquisuerit feudum, neptes, & filij, & sic deinceps in eo succedant, cùm illa verba non sint fēminarum ex masculis exclusiva, vbi non habetur respectus ad agnationem, ac proindè non tantum masculi descendentes per lineam rectam ex prima fēmina expressè nominata comprehenduntur, sed etiam fēminæ, sed non descendentes ex eis, quia isti non sunt de linea masculina, & recta, sed benè illæ, ut firmat Fusar. d. quæst. 346. nu. 34. quāmuis quod attinet ad fēminas se remittat ad quæstionem per eum in superioribus discussam à nu. 12. & num. 19. vbi quāmplures Doctores contradicentes refert, sed pro fēminis stant iudicata, & est verior opinio, de qua per doctissimum Anton. Fabr. de error. pragm. tom. 2. decad. 28. err. 10. num. 12.

20 Vbi autem constat, non fuisse habitam rationem ad agnationem conservandam est verissima sententia, prout in nobilitate, etiam non nominatis expressè fēminis, sed descendentes per lineam masculinam, sive

per virilem sexum, sicuti omnia ferè disponunt priuilegia, fēminas ipsas nobilitatis honore frui, & potiri unanimitè receptum, & obseruatū est, & per consequens descendentes masculi, & fēminæ ex nobile Guiomare per rectam lineam simili honore gaudere, & perfui debent, propterea quòd ita constet de expressa voluntate Domini nostri Regis, & concurrat potestas, omnesq. actus humani voluntate, ac potestate perficiantur, cap. cū super Abbatia de offic. delegat. cū vulgatis, & casu, quo res non esset ita clara pro eo, qui præ-

21 tendit esse nobilem, & ad Collegiū, seu Ordinem admitti, & cooptari iudicandum esse in dubio monet Vincent. de Franch. d. decis. 2. num. 28. in fin. sequitur plures alios cumulans Scipio Rouit. conf. 28. num. 9. cum seq. tom. 1. & est noua decisio in terminis Rota Romane apud Cardin. Caualer. 440. num. 6. vbi ait, & sunt verba illius. Hac autem tantò magis visa fuerunt procedere, quia agebatur tātummodo de commodo alterius, sine aliquo praiudicio tertij, & præterea in materia fauorabili in dubio sumenda erat benigna responsio pro nobilitate ad augēdū numerū nobiliū, sed de his satis.

## ARGVMENTVM.

Actionē ex empto nouari nullatenus posse, si non restituatur priùs pecunia cum re pro pretio data.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Actionē ex empto non potest nouari, nisi restituatur pecunia cum re pro pretio data.*
- 2 *Nouatio est prioris debiti in aliam obligationem transfusio.*
- 3 *Quis non potest recedere à priori emptione re non integra, etiam si non integrum pretium sit solutum, sed pars eius.*
- 4 *Conclusio corroboratur, & quæ in oppositum extant, rejiciuntur.*
- 5 *Text. in l. pacta nouissima, C. de pact. interpretatur.*

## DECISIO LXV.

-  Ouari non posse, nec tolli actionē ex empto, nō restituta priùs in integrum pecunia simul cum re pro precio tradita per nouam pactionem, quòd pro vendita habeatur res illa certo pretio à priori venditore soluendo. Conclusum, & decisum fuit die 21. mensis Ianuarij 1634. me referente ad fauorem Bartholomei Boer contra D. Petrum Pilo. Scriba Didaco Serra notario. Ex eo principaliter, quòd nouatio est prioris debiti in aliam obligationem transfusio, vt habetur in l. 1. ff. de nouat. vbi DD. & ideò nouationem non induci, nisi à priori obligatione recedatur, tradit ex alijs Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 17. tit. 1. num. 16. tom. 2. fed à priori emptione re non integra recedi non posse decidit expreſſè in terminis text. in l. 2. ff. de rescind. vendit. ibi, cū post pretium solutum infectam emptionem facere non possimus. vbi glos. & Doct. & nouè Anton. Fab. in rational. tom. 5. facit etiam text. in l. 1. C. quam. lice. ab empt. reced. ibi, at enim post traditionem interpositam nuda voluntas non

refut.

resolut emptionem, si non actus quoq; priori similis retroagens vēditionem intercesserit, & consonat *textus in l.* si ab emptione *ff. de pact.* & non solum locum habet, quando integrum pretium solutum est, sed etiam si eius pars, vt est cautum in *l. 2. C. eod. tit.* quando lic.

- 4 Nequè obstat, quòd prima emptio non se compatiatur cum secunda, ex quo emptor in prima fit vendor in secunda, & è contra venditor in prima est emptor in secunda, & propter incompatibilitatem necessaria videatur nouatio, cùm pacta nouissima derogent prioribus, *l. pacta nouissima C. de pact.* & tradit Bartol. ad *l. ultimū. C. de nouat.* cùm alijs in cōtrarium citatis ex Mantis. ubi supra d. lib. 17. i. 8. num. 13. cum seq. quia hoc esset verum integris omnibus in priori emptione persistentibus, & antequām res sit tradita, vel pretium solutum, vt probant iura superiùs citata, & in *Liurisgentium S. adeò ff. de pact.* ibi re non dūm sequuta posse abiri ab emptione, si igitur in totum potest, cur non, & pars eius ex pātione mutari potest & est etiam *text. in l. sed Celsus S. fin. ff. de contrab. empt.* vel saltim procederet in integrū restitutis his, quæ præstata fuere, iuxta *text. in d. l. ab emptione,* alijs post traditionem, & re non ampliùs integra, vt in casu proposito dicendum venit, primam venditionem subsistere, & secundam non valere, perindè ac si id, quod purè emi sub conditione rursus emam, quo casu nihil agi posteriore venditione exp̄sè disponitur in *l. si id ff. de rescind. vendit.* quia cùm iam ex prima venditione venditor rem sibi pro pretio cum pecunia traditam suā fecerit, non potest ampliùs suam ex alia causa facere, nō enim, vt ex pluribus causis deberi quid nobis potest, ità & nostrum fieri potest, cùm quod iam nostrum est, magis nostrum fieri nequeat, vt optimè tradit, & cōprobat ad hanc legem Anton. Faber in

*rational.* & rursus propè finem dicit, minus ad rem facere, quòd posteriora derogent prioribus; id enim tunc verum est, cùm posteriora vtilia sunt, & efficacia, non autem si nullius sunt momenti, vt ibi benè probat.

## ARGUMENTVM.

Continuationem officij vltrà triennium, quod ab initio fuerat concessum, extendi, nec alio triennio finiri, si donec aliud ordinatum fuerit, concedatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Continuatio officij concessum clausula, pro nunc, donec aliud non ordinamus, extenditur non obstante termino primi triennij, & durat quousq; de contraria appareat ordinatione.
- 2 Verbum, continuare, nī aliud denotat, quam actum successuum ad perfectionem materiæ tendentem, & intelligi debet secundum subiectam materiam.
- 3 Interpretatio in concessionibus sumitur ex eadem scriptura, & ex contentis in ipsis litteris, uti proximis.
- 4 Verba concessionis mentem concedentis declarant.
- 5 Locus non debet esse conjecturis, cùm simus in claris dispositionibus.
- 6 Dispositio noua debet interuenire pro extincione concessionis, quæ fuit facta cum clausula, donec aliud ordinamus.
- 7 Voluntas non reuocatur per mortem.
- 8 Differentia inter clausulam denotatēm solum beneplacitum, & voluntatis perseverantiam, donec voluerō, & inter clausulam requirētem nouam

dispo-

- dispositionem, donec aliud ordinandum duxerimus.
- 9 Reuocatio voluntatis nō idem denotat, quod cessatio voluntatis.
- 10 Relegatio non finitur per mortem, si sententia sit sub illis verbis, donec re reuocauero, & quarē.
- 11 Casus mortis, & finiti officij cessatione voluntatis arguunt, non vero reuocationem.
- 12 Reuocatio voluntatis quando in aliquo actu exigitur, sicuti morte voluntas reuocata non censetur, ita etiam nec per lapsum temporis, si officium finiatur.
- 13 Cessatio voluntatis arguitur per lapsum temporis, non vero reuocatio.
- 14 Differentia suprà num. 8. expressa inter clausulam denotantem perseuerantiam voluntatis, & illam, quae nouum actum requirit, accuratius examinatur.
- 15 Clausula, quae actum nouum positiū, & reuocatorum desiderant, non se compatiuntur cum termino, ita ut eo cessante, arguatur ille actus nouus reuocatorius.
- 16 Clausula illa, donec aliud ordinandum duxerimus, absolute posita non concurredit cum termino, ex eo quod reuocatio, non cessatio voluntatis requiritur, neq; cum termino concurredit, si conditionaliter ponatur, cōcedo ad terminum, si interim aliud non ordinauero.
- 17 Officium si cōcedatur ad certum tempus, interim ad libitum reuocari nō potest.
- 18 Dic̄io, pro nunc, quid importet, & inferat.
- 19 Clusula, non obstante, quid arguat, & num. 20.
- 20 Opposito afferentis in casu conclusionis, officij continuationem per prorogationē prouisam fuisse, ac factam censeri cum omnibus qualitatibus prima concessionis, exprimitur, & num. 22. latius reiicitur.
- 23 Prorogatio quid includat, & quid pro telatio.
- 24 Concessio secunda in officio, quando nova qualitatem recipit, prorogationem non denotat.
- 25 Tempus, & locus, accidentale quid denotant, non autem substantiale; sed tempus quando in contractu adjicitur, sit de substantia, & parte essentiali contractus.
- 26 Clausula in concessione officij postea, non obstante termino triennij, quid importet.
- 27 Ampliatio officij per verbum continuare prouisa, quid inducat, & nu. 28.
- 29 Obiectiones soluuntur etiam prorogatione officij in casu nostro supposta, cum ad acta Principum nō pertineat prorogationis natura, qua seruatur in actibus priuatorum.
- 30 Potestas Principum nunquam in quaſtione ponitur, cum de ea disputare sacrilegium sit.
- 31 Adducta in conclusione corroborantur.
- 32 Princeps in prouisione officiorum non ligatur tempore, nec termino eius potestas restringitur.
- 33 Argumenta afferentia, quod officij continuationis prouisio se referat ad privilegium primi triennij, & officium continuari in vim illius, in casu conclusionis non habent locum, & num. 34. pluries illis respondetur.
- 35 Verba concessionis quando sunt clara, non obstat, quod in contrarium extet consuetudo, cum hoc vigeat in dubio.
- 36 Afferentes, prouisionem officij sub verbis, pro nunc, donec aliud non ordinamus, expressam, ultra secundū triennium saltim non esse extendendam, nec actum reuocatorium requiri, decepti obwenduntur, & nu. 37.
- 38 Reuocatio prædecessoris non probatur per electionem, & nominationem successoris.
- 39 Electio ius aliquid præbet Officiali, non tamen administrationem, & exercitium.
- 40 Potestas Proregis non incipi, nisi praesatis litteris, & iuramento præstato.

41 Revocatio fieri debet cum eisdem solemnitatibus, qua in concessione interuenerunt.

## DECISO LXVI.



Fficij cōtinuationem per Serenissimum D. Regem nostrum Excellentissimo D. Prolegi Marchioni de Almonazir, nō obstante termino primi triennij prouisam cum clausula pro nunc, donec aliud non ordinamus, & cum alijs, de quibus in Regijs Literis, & per secundum triennium non extingui, sed adhuc durare, quo usquè de noua Domini Regis ordinatione in cōtrarium appareat. Conclusum fuit die 28. mensis Iulij anni 1638 apud acta Don Monserrati Vacca Secretarij. Ex eo principaliter, quod prouilio h̄ec, & ampliatio officij facta legitur per verbum continuare, quod nihil aliud est, quā actus successius ad perfectionem, & summationem eiusdem materiæ tendens, ut post Hieronym. Cagnol. & Tho. Parpal. quos citat, probat Anton. Bardi. in suo tract. de tempor. vtil. & conti. cap. 1. num. 2. & Andr. ab Exea de paſt. num. 584. & infinitè absq; vlla temporis præfinitione prolatum aptum est comprehendere tempus infinitum, & in perpetuum, tametsi alijs restringi, & intelligi debeat secundum subiectam materiam, & prout suadet id, de quo disputatur, ut pro triennio, pro decénio, pro viginti annis, pro triginta, pro centum, & usquè ad tertiam generationem, & donec penituerit, sicuti de dictione continua, quæ ab illo verbo procedit, & eandem naturam, & significacionē habet, & de similibus ex multis docet Steph. Gratian. discept. forens. cap. 601. num. 38. cum duobus seqq; tom. 4. At in proposito pro vera subiecta

materiæ cognitione habenda, iuxta quam verbum illud continuare ampliari, aut restringi debeat, non ad opposita per Spectabilem Gubernatorem D. Vidacum ab Aragall contra dictum Excellentissimum Prolegem, de quibus infra, recurrentum est, cū remota sint, & extranea, & præsumptiuam, & coniecturalem interpretationem haud subsistentem.

3 continenteant, sed ad clausulam illam, quæ immediate post verbum continuare pro illius declaratione in Regijs Literis apposita legitur, videlicet, pro nunc, donec aliud non ordinamus, semper enim interpretatio sumenda est ex eadem scriptura, & ex contentis, & cōcessis in ipsis Literis, vti proximis, & non ex alijs remotis, sicuti in terminis probat Augustin. Bero. cōf. 15. num. 4. & 12. vol. 1. & tenorem, &

4 verba concessionis diligentè esse attendenda, cū illa sint, quæ animum, & mentem concedentis aperiunt, constat ex cap. porrò de prius leg. vbi Doctores, & signanter Augustin. Barbos. qui multos citat in collectan. tom. 2. à num. 7. & sunt decisiones relatae à Ioann. Aloys. Ricc. in suis collect. 1625. par. 5. & 3087. par. 7. præsertim vbi verba sunt clara, prout sunt illa-

5 relata ex dicta clausula, quia in clavis non est opus coniecturis, ut cum multis firmat Simon Vaz. Barbosa in suis principijs, & locis commun. lit. C. nu. 43.

Quod autem verba illius clausulæ sint clara, patet ex traditis per Doctores ad cap. si litigiosæ, de rescript. in 6. vbi Iann. Andr. num. 2. & 3. Gemin. num. 8. Francb. num. 10. docet de concessione facta cum clausula, Donec

6 aliud duxerimus ordinandum (quæ eadem est cum nostra) pro cessatione, & extincione concessionis necessariam esse nouam dispositionem contrariam, & reuocatoriam illius, & per multa comprobatur Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quest. 69. à num. 12. & conf. 360. à num. 8. volum. 4. sequitur,

&amp; de-

- & decisionem Rotæ Romanæ refert  
*Marta de clausul. par. 1. claus. 33.* &  
 confirmatur ex textu singulari in,  
 cap. si delegatus de offic. & potestat. Iu-  
 dic. deleg. in 6. vbi expressissimè caue-  
 tur, delegationem factam cum clau-  
 sula, donec reuocatur, seù donec duxer-  
 it reuocandum, morte neutiquam fi-  
 niri, sed durare, quo usque reuocetur.  
 Non enim per mortem reuocatur  
 voluntas, vt firmant omnes Doctores  
 ibi, de quibus latè per Barbos. in di-  
 cta sua collectan. tom. 3. num. 1. q. & 5.  
 & præcipuè Didac. Couarr. variar. re-  
 solut. cap. 15. nu. 3. p. 3. & Hieron. Gon-  
 zal. ad regul. 8. Cancellar. glos. 12. in  
 princ. num. 56. cum seqq. post Menoch.  
 vbi suprà, qui omnes plures alios ci-  
 tant, & cum eis Rota Roman. apud Se-  
 raphin. decis. 1371. num. 1. & 2. tom. 2.  
 quæ est decisio relata per Martam  
 loco citato.
- Ex eis ergò hoc unum valde notá-  
 dum resultat, longam esse differen-  
 tiā inter beneplacitum, & clausu-  
 lam denotantem solam perseueran-  
 tiā voluntatis, veluti, donec voluero,  
 & inter clausulam requirentem no-  
 uam dispositionem reuocatoriam  
 primæ, prodr est clausula nostra. Do-  
 nec aliud non ordinamus, vel ducimus,  
 seù duxerimus ordinandum, vel donec  
 reuocabimus, nám de primis conce-  
 dunt, per mortem extingui, & finiri  
 beneplacitum, & cessare voluntatem:  
 at in secundis, mortem nihil operari,  
 sed necessariam reuocationem, affir-  
 mant, ex eo potissimum, quod aliud  
 est cessare voluntatem, aliud eam re-  
 uocare, cum reuocatio sit actus con-  
 trarius, cessatio uero non est actus  
 contrarius, sed extincio primi actus, &  
 ille, cuius voluntas cessat, dicitur nō  
 uelle, nolle autem dicitur ille, qui re-  
 uocationem facit, ut benè hæc omnia  
 probant Doctores citati, & signanter  
 Gonzal. vbi suprà, qui ulterius nu. 62.  
 ex prænarratis infert, quod si Iudex  
 in sententia condemnauit aliquem  
 ad cōfinia, donec te reuocauero, per

mortem non finitur relegatio, cùm  
 per mortem non fiat reuocatio, & ne-  
 cessaria reuocatio sit, ut ex pluribus  
 cum communi, & recepta sententia,  
 contra Bartolum tenet, & multos etiā  
 ad hoc citat *Fabius de Anna* cons. 14.  
 nu. 5. Rursus ad propositum nostrum  
 11 num. 6. addit, quod beneplacitum si-  
 cuti morte Iudicis finitur, ita pariter  
 finito officio, quia, ut tradunt unani-  
 mitè *Bart. Ias.* & alij per eum citati,  
 quodad cessationem uoluntatis casus  
 mortis, & finiti officij æquiparantur.  
 Ex hac itaq. æquiparatione non  
 inutiliter inferri potest ad casum no-  
 strum, quod ubi non agitur de cessa-  
 tionē uoluntatis, sed de reuocatione  
 illius, ut potè quia necessaria sit reuo-  
 catio, prout in casu iam dictæ clausu-  
 la, donec reuocauero, uel donec aliud  
 non ordinamus, uel ducimus, seù duxer-  
 imus ordinandum, sicuti morte non  
 reuocatur uoluntas, sed adhuc con-  
 cesso durat, ut in dict. cap. si delegatus  
 cum alijs suprà relatis, & cum com-  
 muni opinione multos citans, firmat  
 Scip. Rendina in suo promptuar. recep.  
 sent. in miscellan. n. 13. ita etiam reuoc-  
 ata censeri non debet, si officium fi-  
 niatur per lapsum temporis, uel alii-  
 ter, ac propterea clausula illa, quæ  
 reuocationem requirit, si absolute  
 ponatur, nullo temporis cursu, & ter-  
 mino restringi potest, quia lapsus ter-  
 mini cessationem voluntatis, non re-  
 uocationem operatur, & terminus,  
 qui est causa cessationis voluntatis  
 13 in una, & eadem concessione si op-  
 citet, & absolute concepta (prout est  
 nostra) non se compatitur cum ter-  
 mino, ad quem reuocatio requiritur,  
 & merito uno posito, alter, ut remo-  
 ueatur, necesse erit, iuxta tradita per  
 Steph. Gratian. discept. forens. cap. 979.  
 n. 9. tom. 5.

Ac propterea ex his magis digno-  
 scitur, & confirmatur differentia su-  
 prà notata, & comprobata inter be-  
 neplacitum, & similes clausulas de-  
 notantes solam perseuerantiam uo-

luntatis,

luntatis, & inter clausulam nostram,  
 14 donec aliud non ordinamus, & similes,  
 quæ actum positium reuocatorium  
 requirunt. Namq; de primis ea est  
 natura, vt cum termino ab homine,  
 à lege, seu consuetudine statuto se  
 compatiantur, quia cum eodem ter-  
 mino finiuntur, & in eis benè proce-  
 dunt tradita per Gubernatorem ex  
*Affict. in cap. 1. tit. quib. mod. feud. con-*  
*stit. potest. Socin. iun. conf. 63. num. 3. &*  
*8. volum. 2. Corn. conf. 92. num. 10. vol.*  
*2. cum similibus de officio, seu bene-*  
*ficio ad certum tempus concessu, seu*  
*concedi solito, pura per unum annū,*  
*vel semestre, & deinde ad beneplaci-*  
*tum, quod tale beneplacitum restrin-*  
*gatur ad tempus expressum ab homi-*  
*ne, seu limitatum per legem, seu con-*  
*suetudinem, & locum etiam habent*  
*deducta ab eodem Gubernatore ex*  
*eadem consuetudine, mediata dicta*  
*clausula, ad beneplacitum, vel alia*  
*simili in casu dubio, prout infrà ad*  
*contraria, quæ non benè applicantur*  
*ad nostrum; qui est casus clarus, ve*  
*dictum est, mediante dicta clausula,*  
*Donec aliud non ordinamus.*

15 Hæc etenim, & similes clausulæ,  
 quæ actum nouum positium, contra-  
 riū, & reuocatorium desiderant,  
 nullo modo se compatiuntur cum  
 termino, ad hoc vt cum eo cessent,  
 ex eo, quod lapsus termini non est  
 dispositio noua, nec est potens ad il-  
 lum actum reuocatorium inducen-  
 dum, quia, vt est probatum, per lapsū  
 termini finitur quidem voluntas; sed  
 non reuocatur voluntas, & ideo nul-  
 libi reperitur, clausulas istas cum  
 termino in aliqua dispositione prouis-  
 sionis officij positas fuisse, & simul  
 concurrere, quia cōcurrere nequeūt,  
 nedum ubi clausulæ illæ absolute  
 ponuntur (prout in nostra prouisio-  
 ne) ex rationibus iam dictis, sed neq;  
 16 etiam si conditionaliter; pura conce-  
 do ad terminum, si interim aliud non  
 ordinavero, sicuti nostram interpre-  
 tatur Gubernator, supponens condi-

tionem, ubi non est, quia si à receptis  
 sumis Doctorum sententijs recedere  
 nolimus, etiam in isto casu implicat  
 contradictionem, quod officium con-  
 cedatur ad certum tempus, & quod  
 interim ad libitum reuocari valeat.

17 Näm concessio ad certum tempus  
 sui natura dicit irreuocabilitatem,  
 saltim sine iusta causa, vt cum rece-  
 ptiori sententia, de qua testatur, fir-  
 mat *Io. Francisc. Capiblanc. ad pragm.*  
*5. de offic. Baron. num. 124. tom. 1.* &  
 constat ex multis congestis per *Don*  
*Garz. Mastrill. d. par. 1. de magistrat.*  
*cap. 27. à num. 16. & per Jacob. Cancer.*  
*variar. resolut. tom. 3. cap. 12. nu. 190.*  
 & num. seq. ampliat, obtinere etiam  
 in officio ad libitum, & beneplacitu  
 concessu, & num. 197. cum seqq. tenet,  
 habere etiam locum in officio à Prin-  
 cipe dato, quia etiam in eo iusta  
 causa ad reuocationem est neces-  
 saria, neq; in eo præsumi, nisi constet,  
 & in uno dumtaxat casu *num. 203. ad*  
*propositum nostrum limitat, & decla-*  
*rat eam receptissimam sententiam, vt*  
*ad libitum officium sit reuocabile,*  
*quando nullam habet temporis præ-*  
*finitionem, & ita concordari opinio-*  
*nes aliorum, qui contrarium tenuer-*  
*runt, tradit, & multos citat idem Ca-*  
*piblanc. in addit. ad singul. 136.*

18 Vnde cum continuatio officij Do-  
 mini Proregis prouisa, & concessa  
 fuerit ad libitum reuocabilis, vt fa-  
 tetur Gubernator, & constat ex dicta  
 clausula, donec aliud non ordinamus,  
 vtique ex hoc ipso sequitur, exclu-  
 sum censeri terminum, & omnem  
 aliam temporis præfinitionem, quod  
 magis declarat dictio illa, *pro nunc*,  
 quæ dictam clausulam antecedit;  
 quæque est præsentis temporis de-  
 monstrativa, vt cum multis probat  
*Augustin. Barbos de dict. vsufreq. dict.*  
*230. non ad hoc vt per eam, sicuti*  
 contendit Gubernator prouisio no-  
 stra protrahi nequeat in futurum,  
 ad quod infrà respondeam, sed ad  
 hoc tantum, vt per eam clarius co-

gnoscatur prouisionem ita esse reuocabilem, ut statim omni exclusa dilatatione, & termino reuocari possit, idq. patet ex eo, quod dictio illa pro nunc coniungitur cum clausula reuocabilitatis: ita scilicet pro nuc, donec aliud non ordinamus, ac proinde ad eam tantum referri debet pro sui maiori declaracione, & pro tollendo omni dubio circa temporis præfinitionem, siue ex eo, quod cum sine illa fuisse facta, posset quis dicere, continere perpetuitatem, sicuti dixit Fisci Regij Patrimonij Aduocatus cum suis allegationibus in hac causa ex D. Franc. de Alphar. de offic. Fiscal. gloss. 8. & voluit Augustin. Caput de regim. Reipubl. cap. 12. nu. 19. siue etiam quia ad aliud certum tempus restringendam fore posset quis credere, prout credit Gubernator ex multis iam confutatis, & alijs, de quibus infra, sed intentio Domini nostri Regis ea fuerit, ut per quam manifestissime ex dicta sua Regia prouisione constat, officij Proregis continuationem concedere ad nutum reuocabilem, idcirco eam sine vlla temporis præfinitione cum dicta dictione, & clausula pro nunc, donec aliud non ordinamus concessit.

19 Multoquè magis hæc omnia paten-  
t, & confirmantur ex alia clausula in dicta Regia prouisione contenta, & bis in ea repetita, non obstante termino primi triennij, ad quem esse relationem habendam, & ad aliud triennium esse hanc nouam prouisionem restringendam contendit Gubernator, sed fallitur, quia quando alia decesserint, hæc ultima clausula sufficit ad exclusionem dictæ relationis, & restrictionis, cum ea sit virtus clausulæ, non obstante, quod derogationem, & reuocationem eius, cui apponitur, operetur, per tradita à Steph. Gratian. discept forens. cap. 876. num. 8. tom. 5. à Marta de clausul. part. I. clausul. 77. num. I. & ab Anton. de Amat. decis. Ferrar. 26. num. 17. & per

ēm intentionem concedentis circa concessum maximè declarati, ut amplior gratia, post Bald. in l. eam, quam, C. de fidicommiss. Castrenf. conf. 219. & Felin. in cap. postulasti. de rescript. firmat Petr. Henriquez consil. 75. nu. 35.

20 Nequè refert, clausulam hanc anteponi, vel subsequi in dicta continuationis prouisione, quidquid alias in contrarium sentiat Gubernator, & ex eo binas suppletiones inutiliter inferat, quæ non relevant, nequè ad rem faciunt, & quoq. modo clausula non obstatne suum proprium operatur effectum, ut sublatu termino triennij continuatio illa officij remaneat sine termino, & sine temporis præfinitione, ad libitum reuocabilis: de qua quidem reuocatione cum hucusque non appareat, concludendum est, adhuc officium D. Proregis durare, prout ita in suo casu conclusum per Rotam Romanam dicit Seraphin. d. decis. 1371. num. 1. & per alium, quām per Dominum Regem reuocatio illa fieri nequeat, cū ad ipsum priuatiū spectet, Officiales à se constitutos reuocare, ut ex text. in l. 2. C. de agen. in reb. lib. 12. probat Ioann. Baptista Thoro in suo Compend. decis. Neapolit. part. 2. in verbo Officiales an poffint fol. 399. column. 2. cessantibus ita omnibus in contrarium oppositis.

21 Sed pro maiori satisfactione, quod attinet ad primum de prorogatione, quod fuit maximum fundatum Gubernatoris concedentis dictam officij continuationem, per prorogationem prouisam fuisse invim privilegij, & concessionis primi triennij, & adhuc ea durante. Vnde prorogationem, non renouationem esse dicit ex text. in l. sed fixamente, ff. precar. & l. 4. ff. de dam. infel. vbi Bartol. & Doctores, & benè per Corn. d. conf. 92. numer. 13. & per Io. Bapt. Valenzuel. conf. 160. numer. 78. cum seqq. tom. 2. ac proinde eam proroga-

tionem

tionem centri factam cum omnibus qualitatibus conditionalibus, ac iuribus primæ concessionis, iuxta text. in l. 2. §. sed & Iudex, & l. si Iudex ff de iudic. cum alijs, de quibus latè per Jacob. Menoch. cons. 650. num. 6. & cons. 659. num. 1. vol. 7. per Joseph Mascard. de probation. conclus. 1241. to. 3. per Ioan. Baptist. Costa de retrotract. casu 29. in 8 cap. num. 2. & per Carol. de Tapia decis. 2. num. 16. tom. 2. neq; talem prorogationem vltra trienium extēdi posse, non enim terminus prorogatus maior esse potest termino primæ concessionis, vt ex pluribus probat Anton. Gabriel commun. conclus. lib. 2. tit. de dilation. conclus. 2. n. 4. & conclus. 4. n. 1. Caualcan. decis. 16. num. 37. part. 2. Fab. de Anna cons. 75. num. 23. & seqq. Bernard. Muscatell. in sua praxi lib. 1. part. 2. in verb. gradius. num. 37. & Rot. Roman. in posthu. Farinac. par. 1. decis. 175. num. 2. & decis. 765. num. 3. cum similibus.

22 Respōdetur negando prorogationem, cū nulla in tota illa continuationis prouisione mentio fiat, & si Dominus Rex per prorogationem illam facere voluisse, vtiquè se officiū illud prorogare dixisset, & quamvis continuationis nomen vti genericum prorogationis speciem sub se contineat, & continuationem per prorogationem fieri perspē continet, at in proposito non est, cur magis de prorogatione tractetur, de qua afferit Gubernator ad maius tempus primæ concessionis fieri non posse, & non de protestatione, quæ pariter est continuationis species, & de hac affirmant Doctores in longius tempus protrahi posse, & signanter Cuman. ad d. l. 4. de damno infect. Anton. Gabr. conclus. 4. n. 2. Marches de commiss.

23 tom. 3. fol. mihi 406. num. 34. quin potius hanc, & non illam factam fuisse, cum dicta continuationis prouisione, ex multis in ea dispositis non obscurè colligitur, & primò, quia protelatio magis conuenit cum continuatione,

ne, ex quo vtraq; tractum successiuū habet, & in perpetuum protrahi potest, nisi à subiecta materia restringatur: sed prorogatio regulariter terminum primæ concessionis non egreditur. Secundò, ex dicta clausula, donec aliud non ordinamus, per quam ad cessationem concessionis necessarium esse actum positivum contrariū reuocatorium, & donec de eo non constat concessionem durare, & nullo tēporis cursu restringi, probatum extat, quod cū prorogatione pugnat, vt Gubernator fatetur. Tertiò, quia continuatio illa fuit prouisa, adiecta noua qualitate, & forma mediante dicta clausula, non tantū ex eo, quod in longius tempus protrahi potest, sed etiam quia per eam illam sine causa ad libitum Domini Regis etiam durante secundo triennio reuocari posse, dubio caret, nec negat Gubernator, at prima concessio ad triennium facta eo durante absquè iusta causa reuocari non potuit, vt etiam probatum fuit, & vbi in secunda concessione adest noua qualitas, prorogationem non esse, ex multis probat Petr. Barbos ad l. 1. art. 1. num. 74. ff. de iudic. & est celebris Rot. Roman. decis. apud Seraph. d. tom. 2. 1362. num. 3. vndē num. seq. declarat, procedere etiam si secundus actus factus fuerit per verbum, prorogamus, & in terminis nostris de Officialibus, quod non sit prorogatio, quando adest noua qualitas, est glossa singularis in c. hi. qui, in fine, de præbend. & cum ea firmat Roman. ad l. 4. de damn. inf. & sequitur D. Gars. Mastrill. de magistr. tom. 2. lib. 6. cap. 5. num. 40.

25 Nequè hæc euitantur per nouiter deducta à Gubernatore afferente, tempus esse quid accidentale, non substantiale, ex Gratian. discept. for. c. ap. 583. num. 11. vol. 3. sed fuit error in hac citatione, debuit enim citari in cap. 534. & prorogationem tunc cessare ex noua qualitate adiecta in secunda concessione, quando noua

qualitas derogat substancialibus prædictæ concessionis, secùs si accidentibus, ex Decian. conf. 11. num. 27. vol. 1. & Menoch. conf. 702. num. 14. vol. 8. quia quòd tempus sit accidentale, & non substantiale, est verum, attenta sui natura, nam, ut probat Gratian. loco citato tempus, & locus sunt prædicamenta accidentis, non substantiæ, & in multis dispositionibus, etiam si tempus omittatur, valet, quia non requiritur pro substantia, sicuti in contractu locationis, de quo loquitur Gratianus; attamen tempus adiectum, siue in locatione, siue in quocunque alio contractu, dies debet obseruari tanquam pars contractus, nam dies dicitur esse de substantia obligationis, & tempus est de forma contractus, cui adiicitur, & qui non obseruat tempus, non dicitur obseruare formam, ut latè hæc omnia probat Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 15. nu. 51. tom. 1. & tempus limitatum in quacunq; dispositione esse de forma substanciali illius, ex alijs tenent Rota Genuenf. decis. 8. num. 3. & Florentina apud Hieron. Mazon. decis. 8. num. 22. & latius Regia Audiētia Aragoniæ apud Ioseph. Sese decis. 168. à num. 12. & sub nu. 15. comprobant, tempus inducere diversitatē in substantia, & nouè post Camerar. Marcell. Marciān. conf. 37. sub num. 3. & 5. ait, quòd tempus non ponitur ad benè esse, sed pro substanciali, & forma.

26 Præterea ad exclusionem prorogationis iuuat alia clausula, non obstante termino triennij, de qua in dicta continuationis prouisione, ex eo videlicet, quòd derogationem termini operatur, ut suprà probauit, & sublato termino cessat prorogatio, cùm hæc sui natura terminum supponat, & alijs finito, & completo termino prorogatio minimè fiat, nec facta teneat, quia non habet quid proroget, argumento cap. ad dissoluendum de sponsalibus impub. & voluit Specul.

in tie. de dilation. S. nunc dicamus, vers. Et sunt hæc, & post eum Camil. Borrel. de magistr. edict. lib. 1. cap. 12. num. 62. & impossibile esse prorogari quod est extinctum, nouè tradit Dominus Regens Fab. Galeot. controvers. illustr. cap. 45. tom. 2. num. 17. in fine.

Accedat, quòd dicta officij ampliatio, & continua tio prouisa fuit per illud verbum, continuare, nedùm in casu, quo Regiæ Literæ reciperenetur antè lapsum termini; sed etiam si post 27 steà, & hic est casus noster, qui in facto contigit, ac in eo indubium est, prorogationem cessare, iuxta tex. expressum in d.l. sed si manente, cum similibus, & docent Bartol. Romanus, & alijs ad d.l. 4. de damno infect. & cū eis Mastrill. d. cap. 5. num. 40. & latè Galeot. d. cap. 45. num. 18. cū pluribus seqq. & alijs ad validitatem prorogationis non sufficiat, quòd ea antè lapsum termini fiat, sed requiritur etiā, quòd eo durante præsentetur, ut probat D. Franc. del Castillo decis. 102. à nu. 11. tom. 1. & de compromisso, quòd prorogatio fieri non possit, ut valeat, & incipiat illo finito, post Felin. tradit Hieron. Carpan. ad statut. Mediol. cap. 120. num. 20. tom. 1. sed latius Sigism. Scacc. de sentent. & re iudic. glos. 7. quest. 4. special. 1. num. 26. ac proinde sicuti in hoc casu per verbum continuare non inducitur, quia fieri non potest elapso termino, ita in eo, in quo fieri potuit termino durante factam non fuisse dicendum est, ne alijs vnum, & idem verbum in eadem dispositione diuersos pariat effectus, & determinatio vna respiciens plura determinabilia diffinitor ea determinet, contra regulam l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill.

28 Vnde merito Dominus Rex Noster, ut sub vna dispositione verumq; casum comprehendenter, & pariformiter determinaret, vsus fuit dicto verbo continuare aptum ad verumq; Continuare enim quando non operatur conseruationem, inducit pos-

sessionem

sessionem de nouo, ut probat *Franc. Milan. decis. 1. num. 71. lib. 1.* & continuatur possessio, quæ in continenti recuperatur, ut cum multis firmant *Mandos. de inhib. quest. 23. nam. 5.* & *Lancellott. de attentat. 2. par. cap. 4. li- mit. 1. à num. 25.* hac dumtaxat constituta differentia inter hos duos casus cum dictis Regis Literis, quod eis receptis post lapsum termini de nouo Dominus Prorex iuramentum præstaret, prout præstitit tanquam præcisè necessarium, non autem in alio, & vtrumq. bene comprobat *Borrell. vbi sup. à n. 56.*

**29** Ultimè tandem ex abudanti, supposita etiam prorogatione omnia ad eam deducta per Gubernatorem in actibus priuatorum, quibus datum non est contra leges agere, locum habere constat ex Doctoribus pro illo citatis, & ideò, quod de eis statuū terminum prorogatum vltra terminum primi actus non extendi ex defectu potestatis, procedit, & minus recte ex illis arguitur ad acta Principum, de quorum potestate disputare sacrilegium existimatur, *l. 2. C. de crim. sacrileg.* & cum multis probat *Menoch. conf. 208. num. 38.* & *confil. 250. num. 75.* & *102. volum. 3.* ac propterea in istis non de potestate, sed de voluntate est querendum, & de hac in casu nostro, quod ad continuationem dicti officij sufficienter actum est, & demonstratum per dictam clausulam, *donec aliud non ordinamus, officium adhuc durare, & duraturum in posterū, quo usq. de ordinatione in contrarium apparebit, postposita prorogationis natura in actibus priuatorū ad gratiosa Principum haud pertinente, & ad hanc optimè facit decisio D. Gars. Mastrill. 291. tom. 3.* vbi lapsu termino duorum mensium dato cuidam bannito ad se præsentandum, facta fuit prorogatio per Dominum Regem per alios sex menses, & minimè dubitatum fuit de validitate huius prorogationis, quinim-

mò ex quo facta fuit elapsa primo termino, adhuc prorogationem validam esse, attenta Domini Regis potestate, saltim in vim nouæ dilationis latè, & benè ibi comprobatur, quæ omnia ad casum nostrum applicari possunt.

**31** Eoq. magis, cùm in eo Dominus Rex prouisionem illam, si opus fuerit, pro nouis, & legitimis titulis haberet mandauit. Näm & si ex hac clausula, si opus fuerit in subsidium, & conditionaliter dispositum dicat Gubernator, ex *Alex. conf. 70. num. 5. lib. 7.* & *Io. Baptista Costa in Elencho de remed. subsid.* ac proinde cessare dispositionem in hac parte, data validitate, quam ille supponit in primaria dispositione ex primis titulis, & privilegio primi triennij, quod bene comprobatur per *decisionem Rote Romane apud Martin. Andr. 59. num. 8.* at in his Gubernator est sibi contrarius, & pugnat contra se, quia si prouisio illa ex primis titulis per prorogationem vltra terminum primæ concessionis fieri non potuit, & consequenter est nulla, quomodo nunc dicit validam. Quod si dicat validam intrà terminum, & non vltra, contradicit voluntati Domini Regis, qui continuationem mandauit, *donec aliud duxerit ordinandum.* Vnde aut prouisio hæc est dicenda valida ex primis titulis, quod negavit Gubernator, aut ex secundis, quod negari non potest.

Rursus, quod ad caput validitatis prorogationis ex potestate Domini Regis faciunt tradita per *Io. Baptif.* *Tboro vbi suprà in dict. suo Compend. decis. Neapol. par. 2. in verbo Officiales quamuis, vbi ait, quod quamvis de iure Officiales debent esse annales,* **32** de consuetudine tamen Regni Neapolis in Iudicibus Magnæ Curie, & Auditoribus Prouinciarum prorogatur tempus ad alium annum, & interim ab officio remoti de tempore Eminentissimi Cardinalis Borgiz

fuerunt

fuerunt deinde per Eminentissimum Cardinalem Zapata ad illud restitu(ti); ac proinde concludit, debere in officio persistere, nedum per duos annos, sed & tanto plus, quantum Principi placuerit, hoc est per triennum, vel quadriennium; atque ita apparet, manus Principis in prouisione officiorum tempore non ligari, neq; illius potestatem termino ullo restringi, & conferunt quoquè quæ notantur in *decis.* 765. *Rot. Roman.* pro Gubernatore allegata, cum quanostrum casum ad sui fauorem decimum affirmauit; & tamen in ea non fuit dubitatum, quin ex arbitrio per Sedem Apostolicam S. Carolo concessa, potuisset ille, si voluisse ultra terminum quinquennij tam primi, quam secundi prorogare applicacionem honorum; de quibus ibi, quoquè Fabrica fuisset perfecta, sed dūtaxat de voluntate fuit disputatum; & quod attinet ad eandem potestatem prorogationis in Principe, ut alio omittam, sufficiet, quod nos omnes in Parlamentis huius Regni vidimus, & experti sumus, prorogationes plures factas fuisse ad longius tempus, quam esset prima dilatio, & nemo unquam de harum prorogationum validitate dubitauit.

33 Sed ut transeamus ad aliud de relatione per Gubernatorem oppositum, ex eo videlicet, quod illa continuationis prouiso relationem habet ad priuilegium primi triennij, & in vim illius continuari officium Proregis iubetur; vnde in hac continuatione dixit, eundem terminum triennij censeserit repetitum, cum haec sit relationis natura, ut relatum sit in referente cu omnibus suis qualitatibus, ex *la. filio testator ff. de alim. & cib. leg. cum alijs, de quibus per Roland. conf. 58. num. 23. lib. 1. per Surd. conf. 315. nu. 22. lib. 3. per Steph. Gratian. discept. forens. cap. 478. num. 72. tom. 3. per Rot. Roman. apud Ludouij. decis. 433. num. 10. & 14. & per alios ad sui fauorem*

cnatos, quæ omnia latius explicat *Cardin. Dominic. Tuscb. practic. conclus. tom. 6. lit. R. concil. 29. per totam, & præcipue num. 8. & 18. cum Socin. & Baldo tenet, terminum referentem continere idem, quod est in termino relato.*

34 Responderi potest breviter cum *Peregrino de fideicommiss. art. 16. nu. 111.* deducta in contrarium cessare, primò, quando constat, prout in casu nostro, disponentem alio modo disponere, quam in dispositione, aut scriptura, ad quam se refert, ex *Decis. conf. 235. col. ultim.* secundò, quando sequens dispositio est gratiofa, & refertur ad primam ampliandi causa, prout etiam est nostra, nam tunc non restringitur per relatum, ex *Ruin. cōf. 18 col. 2. & 3. lib. 2.* eosquè sequitur. *D. Ioann. Castill. Sotomaior quotid. controuers. tom. 4. cap. 43. num. 39.* & tunc obtinere, declarat, quando relata dispositio eius est naturæ, quod mutari, & alterari potuit in referente, libere que disponens potuit alio modo, quam ibi disponere: & multò magis locum sibi vendicant in nostra prouisione, in qua expressè fuit reuocatus terminus triennij, mediante dicta clausula, non obstante, taliter quod prima concessio non amplius iudicari debet ad triennium facta, sed sim pliciter, donec aliud per Dominum Regem non fuerit ordinatum; idquè nedum ex vi relationis, quæ facit, ut additum in referente censeatur pars relati, cui adjicitur, ut post *Boer. Ruin. Corn. & Paris.* comprobat *Tuscb. loco citato num. 29.* sed etiam, quia officium ampliatum censemur idem, ex quo tēpus ampliationis censemur à principio appositum, ut cum *Paul. de Castro* firmat *Ioan. Franc. à Ponte de potestat. Proreg. tit. 10. de diuers. prouis. §. de potestat. substitut. in offic. num. 7.* & alios citat *Ioann. Baptista Thoro* in *addit.* & sequuntur cu alijs *D. Gars. Mastrill. d. lib. 1. de magistr. cap. 28. num. 68. & Scip. Rouit. conf. 104. num. 12. lib. 2.*

35 Ex eisdem tolluntur opposita per Gubernatorem de consuetudine, ad quam allegavit *text.* in *l. vel uniuersorum ff. de pignor. action. in l. heredes palari* *S. si quid ff. de testam.* & in *l. si seruus ff. de leg.* i. cum alijs, de quibus per *Mascard. de probat. conclus.* 1046. *num. 8. per Menoch. conf. 478. num. 32.* per *Manticam de tacit. & ambig. conuent.* *lib. 3. tit. 9. nu. 15. & 41. & Mar. Anton. Macerat. variar. resol. lib. 2. resol. 40. num. 10.* cum similibus.

Quia hæc omnia vendicant sibi locum in dubio, secùs autem ubi tenor concessionis est clarus, sicuti de nostro probatum est; nam tunc videtur recessum ab interpretatione cuiuscunquè consuetudinis, ut benè declarat, & comprobat idem *Manticam* in eod. *tract. de tac. conuent.* *lib. 23. tit. 19. num. 37.* cum alijs contra relationem adductis, quæ à fortiori locum habent contra consuetudinem.

36 Ad aliud, verò subnixum in illa dictione, pro nunc, quæ dictæ clausulae, donec aliud non ordinamus, anteponitur, & in verbo, ordinamus, cum quibus tempus præsens tantum indicatur, & continetur. Vnde dixit Gubernator, prouisionem illam restringendam esse ad quām breuissimum tempus, & aut saltim non esse extendendam ultrà secundum triennium, nec protrahendam in perpetuum, neq; in futurum, ex eo, quod verba præsentis temporis non trahuntur in futurum, iuxta *text.* in *l. cùm stipulamur, & l. si stipulatus fuero, & l. si ita stipulatus fuero ff. de verb. oblig.* & *l. si ita ff. de aur. & arg. legat.* cum similibus iuribus, & autoritatibus ad hoc pro illo citatis, ac proinde cessare ea, quæ de dicta clausula per verba de futuro concepta tradunt *Doctores in d. cap. si gratiose.*

Patet responsum huius totius repetitæ clausulæ virtutem, in eo, quod cum receptissima sententia probatum est, necessarium esse actum nouum, 37 positivum contrarium reuocatorium

pro cessatione, & extinctione concessio[nis, non in verbis futuri temporis consistere, cùm etiam per verba de præsenti concepta idem operetur, vt per se patet, & nullus ex Scribētibus est, qui differentiam in hoc constituat, nec constitui potest, cùm verba præsentis temporis, si de præsenti non verificantur (prout in casu nostro, in quo de tempore dictæ prouisionis, aut usquæ hoc non apparet de alia ordinatione Domini Regis) neceſſe est pro illius effectuatione, & nè vana, & illusoria reddatur, quod trahatur in futurum, quo usq; verificantur, vt per plura tradit *Iacob. Menoch. in eodem conf. 97.* pro Gubernatore citato, *num. 220. lib. 1. eoquæ magis cùm dicta ampliatio officij prouisa fuerit per illud verbum, continuare, de quo à capite edictum fuit, habere tractū successuum, quo in casu verba præsentis temporis esse ad futurum trahenda, dubio caret, ex traditis per eundem Menoch. eod. conf. 97. num. 118. per *Surd. conf. 335. num. 20. cum seq. lib. 3.* per *Ludou. de Casanat. conf. 44. nu. 32. & 39.* cum alijs, de quibus late in utroque casu per *Castill. Soto. maior. d. tom. 4. cap. 49.* ex *num. 15.**

38 Ad ultimum autem de reuocatione, & ordinatione Domini Regis in contrarium prætenſa per Gubernatorem ex causa nominationis, & electionis successoris in dicto officio nouiter facta in personam Excellentissimi Principis Ioannis Andreæ ab Auria, responsum est facile, nequam per tales nominationem, & electionem successoris probari reuocationem Domini Proregis; nam & si ex sola electione Officialis ius ali-

39 quod ei acquiratur, non tamen acquiritur exercitiū, & administratio, vt late probat *Georg. Cabed. decis. Lus. 84. num. 14. part. 2.* & post eum, & alios firmat *D. Garf. Maſtrill. d. lib. 1. cap. 27. num. 45.* & in specie de Pro- 40 rege, quod eius potestas nō incipiat, nisi præsentatis, & publicatis literis

suæ concessionis, & iuramento praestito, ex text. in l. 1. vbi Bald. C. de offic. praefect. August. cum alijs tenet Dominus Scipio Theodor. allegat. 56. num. 8. & firmat Dominic. Tass. n. ad pragm. de antephato. vers. 2. obseru. 2. num. 95. & ante eos probauit Vinc. de Franch. decisi. 393. à num. 1. & num. 3. addit, quod ante non deponitur officium per antecessorem.

Quod verò aliter non finiatur officium, tradit Prosp. Carauit. ad rit. 293. nu. 7. sequitur, & cum alijs comprobat Ioann. Baptista Thoro alleg. 14. à num. 48. & voluerunt Steph. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 184. nu. 46. & Iacob. Cancer. variar. resolut. cap. 8 à num. 125. lib. 2. & nouè cum alijs Baldas. de Angel. in addit. ad praedic. crim. Follerij adit. Et taliter se gerat in omnibus. nu. 5. vbi dicit, quod Officialis desistere non debet ab officiis exercitio, priusquam venerit eius successor, & presentata fuerint literæ desistentiæ; quæ quidem literæ in hoc Regno iuxta solitum, & consuetum per Dominum Regem mittuntur, & diriguntur ad hanc Regiam Audientiam, & tria brachia Regni, ut omnibus innotescat suæ Regiæ voluntatis deliberatio, & ordinatio, sicuti factū, & obseruatum scimus, nedum de tempore ingressus ad officium Domini Proregis, sed etiam de tempore diæ & prouisionis ad continuationem illius post primum triennium; & sine istis literis, quæ hucusq; non aduenierunt, iure optimo dici potest, non constare de ordinatione Domini Regis in contrarium, nec de reuocatione officij Proregis, quandoquidem reuocatio fieri debet cum eisdem solemnitatibus, quæ interuenerunt in concessione, ex ea ratione, quod omnis res dissoluitur per eas causas, per quas nascitur, & actus resolutionis est eius naturæ, cuius est cōstrucción, ut latè hęc omnia, & alia in proposito cum multis docet Steph. Gratian. d. tom. 1. cap. 168. à num 1. & ita cessant

contraria, & in omnibus iustificata remanet nostra conclusio.

## ARGUMENTVM,

Ciuitatis, & originis ius finitum per translationem domiciliij sub diuerso dominio quod ad effectus ciuiles, non naturales.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Ius ciuitatis, & originis finitum per translationem domiciliij sub diuerso dominio quod ad effectus criminales, non naturales.*
- 2 *Ius ciuitatis etiam finitum per translationem domiciliij in alia Prouincia sub eodem dominio.*
- 3 *Ius ciuitatis non finitum, si procedat quod ad effectus naturales, cum naturalia sint immutabilia, non autem quod ad effectus ciuiles.*
- 4 *Emancipatio, quæ est iuris ciuilis, extinguit nomen sui heredis, nō autem ius filij.*
- 5 *Offendes Principem suum naturalem, post translatum domicilium sub diuerso Principe, crimen læsa Maiestatis committit.*
- 6 *Obiectio D. Thom. de Carleual in suo tract. de iudic. & foro compet. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quest. 2. num. 122. solvuntur.*
- 7 *Crimen læsa Maiestatis est contra ius quasi naturale.*
- 8 *Interpretatio strictè est facienda in penalibus.*
- 9 *Crimen læsa Maiestatis verè consideratur in eo, qui sub Principe domicilium habet.*
- 10 *Mutatio domiciliij à loco originis eximit aliquem à iurisdictione originarij.*

- 11 Crimen *laesa Maiestatis* quo in casu committit ille, qui *domicilium mutauit a loco originis, respectu originarij, & in quo non committat.*
- 12 Effectus ciuitatis, & *domiciliū iuris ciuilis sunt, & in foro conuenientis consistunt, & in vocatione ad honores, & munera.*
- 13 Effectus prædicti tolli possunt a statuto, consuetudine, & Principis mandato.
- 14 Originarius translato *domicilio non potest conueniri in patria, nisi in ea reperiatur; sed si ad patriam reuertatur, illud ius reuiuiscit.*
- 15 Originarius ad patriam reuersus non obstante translatione *domiciliū fruatur honoribus, priuilegijs, & munib⁹.*
- 16 Mulier inuita non potest compelli ad munera in patria.
- 17 Effectus ciuitatis per translationem *domiciliū cessant, & num. 18.*
- 18 L. filias C. de municip. & originar. lib. 10. eruditè interpretatur, & nu. 20.
- 21 Filius non sequitur originem patris, quando alibi natus, ibi *domicilium habet.*
- 22 L. si quis, & l. i. de municip. & origin. lib. 10. explicantur.
- 23 Habitatio decennalis in *domicilio extra originem constituto animum infers amplius non reuertendi ad patriam.*
- 24 Origo patris sine *domicilio prefertur origini proprie.*
- 25 Origo sine *domicilio non prodest ad ciuitatem, & ad illius effectus ciuiles, & quare.*
- 26 Ciuitas verè nil aliud est, quam *conuentio quadam, & obligatio inter ciues de muneribus subeundis.*
- 27 Infans, & impubes non habent veram voluntatem; idcirco respectu *domiciliū in origine patris lex pro illo illā supplet, & num. 28.*
- 28 Impubes non mutat *domicilium, nisi per decennium perseverauerit, post pubertatem.*
- 30 Filius originem patris, non *domicilium sequitur, si pater in patria semel sō stituit domicilium, quamuis deinde mutauerit, nisi nascatur post domiciliū translationem a patre, propria deserta origine.*
- 31 Filius *domicilium potest retinere apud duas Ciuitates, & quomodo nu. 32. & 33.*
- 34 Fili⁹ apud originem patris, non in Ciuitate materna, etiam si ibi sint nat⁹, possunt ad honores, & munera compelli, nisi deserta origine, & nullis bonis in ea reliquis *domicilium in Ciuitate materna transulerint.*
- 35 Asserta de translatione *domiciliū de una Ciuitate ad aliam, a fortiori locum habent de una Prouincia, aut Regione ad aliam.*
- 36 Originarius retinet originem naturalem, & quoad effectus naturales, no obstante *domiciliū translatione, non autem illam retinet quoad effectus ciuiles.*
- 37 Originarius non potest in patria compelli ad honores, & munera, deserta origine.
- 38 Contrariorum obiectiōnibus satis.

## DECISO LXVII.



Riginis ius, & ciuitatē cessare, & finiri per mutationem, translationemq; *domiciliū in aliam Prouinciam, seu locum sub diuer-*  
so dominio positum quoad effectus ciuiles, & exequitionem repreſaliarum contra originarios indicitarum, non autem quoad effectus naturales. Conclusum, & decisum fuit die 26. mensis Iunij anni 1636. me referente in fauorem Totstant Catala contra Fiscalem patrimonialē Aetuario Ioanne Francisco Fontana. Per celebrem decisionem Matthæi de Affict. 384. vbi authoritate Gloſa in locis ab eo rela-

tis, quæ omnes alias authoritates antecedere, & ab ea in iudicando non esse recedendum affirmat, nostram cōclusionem in fortioribus terminis, quando translatio sit in aliā Prouinciam sub eodem dominio per plura probat, tamen si dicat in fine, non fuisse decisum, quia vota fuerunt diuisa per medium, sed cum Afflīcto transiunt tām illius Additionator Cef. Vrsill. ibi, quām Ioann. Aloys. Ricc. in collectān. decis. 269. & approbavit Rota Roman. apud Cef. de Graffis decis. 15. de probation. latiusque defendit Andr. Gayl. practic. obseruat. lib. 2. cap. 36. à num. 7. vbi & num. 10. in fine ita generali ferè omnium locorum consuetudine, & præsertim in Germania receptum dicit, & de ea Germaniæ consuetudine, quod domicilio translato ius Ciuitatis, patriæ, eiusquæ priuilegia etiam in muneribus sublata censeantur, post Gayl. Vult. & Zang. quos citat, testatur Osuald. Hillig. ad Donell. enucleat. lib. 17. cap. 12. sub lit. N. tom. 2. & doctrinam Glſæ, & Afflīcti sequuti sunt quamplures alij relati per Ioan. Petr. Surd. conf. 313. num. 63. cum duobus seqq. vol. 3. quibus addendi sunt Steph. Gratian. discept. forren. tom. 3. cap. 559. à num. 30. Ioann. Baptiſt. Valenz. conf. 37. num. 23. cum seqq. tom. 1. & conf. 55. num. 37. cum seqq. Horat. Viscont. in addit. ad decis. Vincent. de Franch. 196. vers. ciuis ve quis. cum seqq. & D. Franc. del Castill. decis. 107. num. 4. tom. 2. & in origina-rio filio exteri benè defendit Ioann. Baptista T'boro in suo compend. decis. Neapolit. 10. 2. in verb. Ciuis alicuius. col. 3. circu finem, qui omnes multos alios citant, & facit definit. 25. Anton. Fab. in Cod. lib. 9. num. 30. & nouè post hæc scripta visus Dominus Regens Sanfelicius decis. 74. tom. 1.

Sed melius in proprijs terminis nostræ cōclusionis, quando diuersio, & translatio domicilij sit in aliam Prouinciam sub diuerso Domino, quod per eam originis ius, & ciuili-

tas indistincte amittatur, docet post Accursium, quem citat Bald. in aub. sed omnino num. 35. C. nō vxor. pro marito, & sequuntur Hondeodus. Gregor. Lop. Azeued. Salzed. & Ignat. del Villar relati nouissimè per D. Thom. de Carleval. in suo tract. de iudic. & foro com-petent. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quest. 2. nu. 122.

3. Licet enim is à num. 124. contra-riam sententiā fortiter tueatur, iuxta quam (tamen si eo non adhuc viso, nec dicto tractatu in lucem edito) die 30. Augusti anni 1633. ad fauore Bonifacij de Amico contra Franci-scum de Senis, Oppidi de Macomer ad mei quoq; relationem in nostra Regia Audientia conclusum aliás fuit, vt in Conclusione, quæ incipit Ci-uitatem; eam tamen declaranda esse placuit, vt procedat quodad ius originis naturale, & effectus illius naturales, quorum respectu verum est id, quod communiter fertur, & est potissimum fundamētum contrario-rum, naturalia immutabilia esse, non autem quodad effectus ciuiles, vt constat ex traditis per Doctores in S. sed naturalia, Instit. de iur. natur. gent. & ciu. & signantur per doctissimum Anton. Fab. de iurisp. Papin. princ. 3. præ-sertim illatione 1. vbi exemplum dat de emancipatione, quæ est iuris ciui-lis, & per eam extinguitur nomen sui heredis, quod itidem est ex ipre ciuili; sed non filij ius, & nomen, quod est à natura, & eiusmodi esse, inquit, alia innumera, quæ inter legendum passim occurunt, & inter ea ad propositum nostrum, quidquid aliás se-tiat Carleval. in ead. q. 2. num. 131. ex origine, & patria, quam nativitas de-dit, & natura resultat ciuitatis, & domicilij consideratio, quæ dubio procul est à iure ciuili, & probat T'bo-ro vbi supra col. 4.

5. Quamuis enim per domiciliū mu-tationem, & translationem, vel aliter originis nomen, & ius, quod est à na-tura, & illius effectus naturales ra-

tione naturali constituti non tollantur, nec tolli possint, sicuti evenit in eo, qui etiam post translatum domicilium sub diuerso Principe offendit Principem suum naturalem, quem à nativitate habuit, quia tunc in eum crimen læse Maiestatis committere omnes agnoscunt, & post multos firmat Carleual loco citato num. 130. vbi in fine ait, ex hoc egregiè confirmari suam opinionem, & regulam, scilicet originem translatione domicilij non amitti, & est maximum fundamentū, quo etiam nituntur contrarij; sed nō aduentunt, quod crimen læse Maiestatis est contra ius quasi naturale, quia sicuti ab eo iure est religio erga

7 Deum, & vt patriæ, & patéribus parcamus. l. 2. ff. de iustit. & iur. ita & fidelitas, & obedientia in Principem, qui habetur quasi Deus in terris, & est pater patriæ, & communis omnino parens, vt ex alijs probat Fariss. in sua praxi criminal. tom. 4. de crim. læse Maiestat. q. 113. inspectio. 1. num. 3. vbi cum multis concludit, tale crimen esse proximum sacrilegio, & grauius, & atrocius, quam patricidium.

Quamvis etiam eorum opinio omnino cura haud sit, nequè dubio careat, quia nō is, qui origine subditus est, propriè est talis, sed is, qui sub Principe domicilium habet, in penalibus autem stricta est facienda interpretatio, vt in his terminis tradit Henri. à Rosenthal. de feud. cap. II. concl. 14. num. 2. vbi etiam numero antece-

8 denti ait, crimen hoc non committi, nisi à vero subdito, Alex. Raudens. de analog. lib. I. cap. 32. num. 31. vbi quod crimen læse Maiestatis considerabile non est, nisi in his, qui absolute, & omnimodè sunt subditi, Oldrad. cons. 43. num. 8. ad fin. vbi ait, illum proximè dici crimen læse Maiestatis com-

9 mittere, qui iurisdictioni, & potestati Principis suppositus est, & infrā ait, quod vbi non est subtractio à iurisdictionali potestate Principis, illud crimen non est, quod verificari non

potest in subdito ratione originis nūdæ, quido miciliū in loco originis nō haber, sed alibi; is n. non iurisdictioni, & potestati Principis originarij est suppositus, sed Principis domicilio, cū domiciliū mutatio à loco originis eū eximat à iurisdictione originarij Principis. Andr. Gayl. obseru. 36. nu. 7. lib. 2. & indubitanter procedit, quando subditus ratione domicilij offendit, seu resistit Principi originatione, vt Principi domiciliū subueniat, si eique auxilietur, maximè in bello ad defendendas ipsiusmet subditi fortunas, quas sub Principe domiciliū habet, quia tunc crimen læse Maiestatis nullatenus committere, docet Menoch. cons. 713. num. 10. & conferūt tradita per Horat. Montan. in tractat. de regal. in iur. de angar. & per angar. num. 7. de vasallo Burgensi, qui nihil habet à Rege, quod liberè recedere possit absquè illius assensu, & cùm non potiatur amplius protectione illius, per consequēs eximitur ab obligatione illi seruendi, ad quam tenebatur ratione protectionis, & incipit obligari Regi, in cuius Regno habitat ratione eiusdem protectionis, quam ab illo consequitur.

12 Sed quidquid de his sit, quod attinet ad considerationem ciuitatis, & domicilij, & illius effectus, qui, vt dictum est, sunt iuris ciuilis, & principaliè consistunt in foro conuentio- nis, & in vocatione ad honores, & munera, vt tradit idem Carleual. vbi supra num. 57. & comprobatur in se- quentib; quemadmodum ab eodē 13 iure ciibili, à consuetudine, statuto, & mandato Principis tolli possunt, vt non inuiti fatentur contrarij, & inter eos Carleual per plura, quae fert d. num. 131. ita quoquè per trans- lationem domicilij cessare, & finiri dicendum venit, est enim domicilij ratio temporaria, vt inquit text. in l. libertus S. fin. ff. ad municipal. & in terminis ex opinione aliquorum, com- moda, & effectus originis posse amitti

per translationem domicilij, refert  
*Ces.de Graff. d.decis. 15. num. 8.*

**14.** Quod, ut clarius patet, incipiēdo à primo effectu conuentionis dubio caret, etiam secundūm dispositionem juris originarium translato domicilio conueniri non posse in patria, præterquam si in ea reperiatur, ut constat ex pluribus congestis ab eodem *Carleual. nu. 63.* & ita per translationem domicilij primus effectus tollitur; & in eo dumtaxat casu reuiscit, in quo originarius ad patriam reuertitur, & in ea reperitur; ratio ergo tunc ea esse potest, quod ius, & nomē originis natuitate acquisitum per diuerisionem non fuit sublatum, nequè origine propria neminem posse voluntate sua eximi, manifestum dicit *l.origine.C.de municip. & origin. lib. 10.* & veritatem naturæ, & originis non perimi, nequè amitti, probat *tex. in l.assump:io. ff.ad municipal.* & ideo originario ad patriam reuerso res defacili reddit ad suam naturam. *l. si unus. S. quod & in specie ff. de pæt. cum alijs, de quibus per Carleual. loco citato num. 140.*

**15.** Idem ita in isto casu reuersionis ad patriam dicendum est de secundo effectu quodad munera, honores, & priuilegia, ut eisdem fruatur originarius, non obstante domicilij translatione, & iste fuit casus, super quo in nostra Regia Audientia fuit sumpta cōclusio superius relata ad fauorem dicti de Amico, sed cessante dicta reuersione, & originario perseverante in sua absentia, de ammissione ciuitatis, & domicilij originis quodad istum secundum effectum, quem negant contrarij, dubitandum nō est, nequè attenta vhiuersali consuetudine, de qua restatur *Gayl. vbi suprà, & Carol. Ruin. conf. 200. num. 11. volum. 2.* sed etiam, quia dispositum ita per ius Cæsareum apparet, primo ex *l. fin ff. ad municipal. versitem rescripserunt,* vbi disponitur, mulierem quandiu nupta est, incolam eius Ciuitatis vi-

deri, cuius maritus eius est, & ibi, vnde originem trahit, non cogi muneribus fungi, ecce ergo, quomodo per translationem domicilij ius ciuitatis, originis, & illius effectus amittitur.

**16.** Quanquam enim *Carleual* post alios d.q.2.num. 66. contendat, mulierem per d.l. liberari à munib⁹, & honorib⁹, & à foro propri⁹ originis, quatēnus auocatur propter illa à seruitio, & cohabitatione viri, alijs autē effectibus, & oneribus procedētibus ab origine remanere obnoxiam; sed quidquid de his sit, de quibus latè per *Anton. Thesaur. decis. 123. vbi etiā Filius in add. & per Vincent. de Fräch. decis. 416. vbi Additionatores, & per Scip. Rouit. in pragm. 1. de cession. bonor. num. 5.* ex citatis per *Carleual.* hoc vnum certum est, mulierem invitam ad munera non posse compelli in patria, cùm in omnibus à sua, & mariti voluntate, & potestate pendeat asserere, per tale munus ab eius seruitio, & cohabitatione auocari, & in hoc eis fides est danda, tanquam de re, quę ad usus proprios, & priuatos pertinet, & ideo d.l generaliter disponit, mulierem non cogi; quod si coniugibus volentibus dicatur in patria munera posse subire, non nocet, cùm forensibus quoq; si deferantur volentibus liceat, sed effectus ciuitatis non in voluntate, sed in necessitate consistunt.

Præterea eos cessare per translationem domicilij constat ex *l. municip. ff. eod.* vbi municeps esse desinit **17.** Senatoriam adeptus dignitatem, & licet hoc ibi declaretur esse, quātum ad munera, sed quantum ad honores retinere originem, at ex *l. antecedēti,* que incipit, *filiij. S. senator resultat illud factum propter Senatoriam dignitatem, ideoque hic Senator ab ordine motus, ad originalem patriā, nisi hæc specialiter impetraverit, non restituitur; vnde deprehenditur, cœsanie dignitate per translationem.*

domi-

domiciliij originem amitti.

- 18 Sed melius, & expressius nostra conclusio probatur ex *l. filios. C. de municip. & originar. lib. 10.* (alijs consulto prætermis) cuius sunt verba. *Filios apud originem patris, non in materna Ciuitate, & si ibi nati sint. (si modò non domicilijs retineantur)* ad honores, & munera posse compelli, explorati iuris est, ex quibus apparet, solum natum in Ciuitate materna ad munera compelli non posse, præterquam si in ea domicilium habeat, ac proinde resultat effectus ciuitatis originis, cessante domicilio cessare, prout in conclusione, nam ethi. *Glos.* in hac lege in verbo *non in materna*, dicat, filios in materna Ciuitate natos non sortiri originem maternam ut maternam, sed bene ut propriam, verumtamen, ineptam hanc esse interpretationem, optimè in hac parte docet *Carleual* in sepiùs citata *quaestione secunda. num. 95.* Ex eo præser-tim, quod dictio illa negatiua, *non*, quæ denegat, filios compelli posse ad munera in Ciuitate materna, etiam si in ea nati sint, & est simplex, & ab-soluta, & nullam secum compatitur affirmatiuam propositionem, ut bene ibi probat, quamvis in alia parte, in qua à *num. 92.* negat, propriam originem contrahi natiuitate casuali, lo-quatur contra conclusionem aliás firmatam per nostram Regiam Au-dientiam ad fauorem dicti de Amico, quæ in causa superius relata oc-casione istius inter Regiū Fiscum, & dictum Catala fuit recognita, & in illa standum, & perseverandum di-gum fuit, non obstantibus in con-trarium adductis per *Carleual*, pro cuius satisfactione videnda sunt no-uitè addita ad dictam Conclusionem, quæ incipit *Natum*, & supposita il-lius veritate comprobatur ea quæ pro hac nostra conclusione facit ex *d. l. filios*, quod effectus ciuitatis ori-ginis, cessante domicilio cessant.
- 20 Quodquè fortius devincitur ex

eadem lege, si verba illa, si modò non domicilijs retineantur (quæ exceptiua, & limitativa sunt) referantur ne-dum ad secundum casum, in quo ne-gatiue sanctitur, filios extra originem patris in Ciuitate materna, etiam si in ea nati sint, ad honores, & munera posse compelli, de quo hucusq. actu-fuit, sed etiam ad primum, in quo id affirmatiue disponitur quodad originem patris; namq. si ad utrumq. refe-rantur, consequens fiet, effectus ciui-litatis originis tam propria, quam paternæ, cessante domicilio cessare, & ad hoc vrget, quod in ea lege de his duobus casibus simul agitur, qua-si concurrentibus, & contendentibus ad inuicem de muneribus subeundis ab originario, & ideo sicuti, quod in primo proposito definitur, filios apud originem patris posse compelli, locu-habet etiam concurrente Ciuitate materna, & quod in ea filij nati sint, ita pariter quod in casu opposito per dictam exceptionem, & limitationē statuitur in secundo quodad Ciuitatem maternam, ut in ea filij compelli possint ad munera, si domicilijs reti-neantur, habebit locum concurrente etiam primo, de origine patris, ut in ea compelli nequeant, ut ita opposi-tum idem operetur in opposito, quod propositum in proposito, *l. fin. S. fin ff. de legat. 3.* cum alijs adductis per Si-mon. *Vaz Barbos.* in suis loc. commun. lit. O. num. 13. & in terminis, quod fi-lius non sequatur originem patris, quando alibi natus, ibi domicilium habet, post plures tenet *Hypol. Ri-minald. conf. 363. num. 253. cum seqq. volum. 4.* quem sequitur *Cardin. Tu-sch. practicar. conclusion. conclus. 592. num. 11.* & in terminis extrâ dubium iudicauit *Christoph. Monterde* in suo responso pro *Comissa de la Puebla* cum beredibus Comitis Consentayna sui patris. *n. 50.*

Nequè isti casui repugnat dispo-sitio *l. 1. & l. si quis dicit. de municipib. & origin. lib. 10.* cum corespondanti-

bus,

bus, in quibus cauetur, quod originarius vnius Ciuitatis, & incola alterius, apud viresq. muneribus fungi compellitur, quia præterquam quod nulla ex dictis legibus loquitur de origine patris, sed de propria, pro ñt expressim d.l. si quis ibi originem propriæ Ciuitatis, inter has duas origines considerari potest differencia, quod propria est naturalis, & vera, quam non tam facilè originarium velie deserere credendum est, etiam per constitutionem domicilij in alia Ciuitate, sed adhuc domicilium originis durare, vt post Luc. de Penn. & Io. de Platea firmat Ignat. del Villar respons. 7. part. 4. num. 31. vers. quod 23 procedit, præterquam si verè, vel ex coniecturis de illius voluntate apparet, vt post Joseph. Masicard. de probat. conclus. 534. tom. 1. firmat Tuscb. dict. conclus. 592. nu. 13. & inter multas coniecturas, que ad propositū per Doctores referuntur, non leuis est illa, que ex habitatione decennali deducitur, & per eam, nedum domicilium alibi extrā originem constitutum, sed etiam animum amplius non reuertendi ad patriam præsumi, ex Riminald. d. to consil. 363. num. 240. & Alex. conf. 91. num. 8. lib. 7. & alijs tradit idem Tuscb. in conclus. 596. sub eodem verbo *domicilium* nu. 12. cum seqq. & in dubio cum communione, de qua testatur, tenet Ioann. Cephal. conf. 246. numer. 26. volum. 1. alia autem origo patris, quam filius sequitur, est ciuilis, & facta, vt tradit Ioann. Bapt. Costa de retrotract. cap. 2. monit. 4. num. 12. & post eum Don. Franc. Hieronym. Leo dec. Valent. 199. num 9. volum. 1. & ideo facilius tollitur per constitutionem veri domicilij, vt cum eodem Riminald. d. consil. 363. num. 244. docet Tuscb. in conclus. 494. num. 4. dict. tom. 2. præser-tim quando cum eo concurrit propria, & naturalis origo, siquidem tunc duo vincula prævalent, vt in terminis probat Cephal. d. et. conf. 246. cum

Decto, & Buerio, quos citat.  
 24 Nā eti sive sine domicilio origo patris præferatur origini propriæ, vt in d. leg. filios, in quibus terminis sunt intelligenda, & locum habent tradita post multos per Carleual. in sēpē sepius citata quæst. 2. num. 86. Quod si ex propria origine, & paterna resultent contraria qualitates, præponderabit, & vincet qualitas procedens ex origine paterna. Verum tamen id ex eo est, quia origo ad ciuitatem, & illius eff. & us ciuiles sine domicilio non prodest, cùm ciuitas propriæ nihil aliud sit, quam conuentio quædam, & obligatio inter ciues de munib. subeundis, & probat d.l. 1. ad municip. ibi & propriæ quidem municipes appellantur munera nobiscum facerent, sed nulla conuentio sine voluntate, & consensu subsistit, l. 1. paulò post princip. ff. de pact. l. obligationum substantia, ff. de action. & obligatio. cum alijs per Card Man tie. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. 26 lib. 4. sit. 4. num. 2. Idcirco ad ciuitatem requiritur domicilium, cùm semper cum eo concurrat animus, & voluntas, qua quis obligatur ad munera, l. si quis in patria, C. de incol. lib. 10. & quia originarius dum nascitur, quinimodo & dum est infans, & impubes, nō habet veram voluntatem, 27 lex pro illo eam supplet, & præsumit, quod voluerit constituere domiciliū in origine patris, cùm habitatio patris sit habitatio filij, vt post Bald. firmat Gulielm. Bened. in repetit. ad cap. Raynatus de testament. 2. part. in verbo mortuo itaque testatore 2. num. 44. & post eum, & alios Ignat. del Villar d. esp 7. p. 5. n. 14. Ita ergo quod dicitur de origine patris, quam filius sequitur, procedit, quando illa est coniuncta cum habitatione, & domicilio, quod per quam frequentius contingit, & leges ad ea, 28 quæ frequentius, non ad ea, quæ raro, facilius adaptantur; nam alias si origo

pro-

propria sine domicilio non iuuat , multò minus aliena,& ità paritè veniunt intelligenda , quæ in proprijs terminis ex Bartolo , & alijs tradit Bald. in conf. 334.lib.4.post medium , dūm dicit, quod proprium domiciliū constituere sibi impuberis,& maximè infantes , non possunt, scilicet de nquo , & animo suo , sed tantum lex eis constituit, si habuit ibi maiorem partem fortunarum suarum , & sequitur Card. Tuscb. dicto tom. 2. conclus. 597.num.4. & facit quod ibi num. 1. ex Federico de Senis conf. 253. refert , domicilium non mutari sine animo , & quod ideo impubes, dūm stat penes nutricem , vel tutorem , non dicuntur mutasse domicilium , nisi per decennium perseverauerit post pubertatem cum alijs , de quibus latè in proposito per Steph. Gratian. discept. forens. cap. 18 i. num. 11. cum duobus seqq.

30 Hoc autem vnum pro origine patris à filio sequenda notandum est , sufficere semel à patre constitutum fuisse domicilium in patria , quamvis deinde illud mutauerit , quia tunc filius patris originem , nō domicilium sequitur , vt est text. expressus in d.L assumptio. S. filius. ff. ad municipal. & tradit Gratian. in loco mox citato. nu. 15. præterquam si filius nascatur post translatum domicilium à patre , deferta propria origine , quia tunc non originem , sed domicilium sequitur , vt voluit ex d.L filios Rota Romana in dicta decis. 15. apud Cæs. de Graff. nu. 13. & alias decisiones refert Ioann. Alys. Ricc. in collectan. decis. 1583. & tradit Carleual. num. 107. multò ergo magis admittenda sunt , quādo cum domicilio patris concurrit propria origo , quia tunc ista sine dubio est preferenda , vt dictum est , & probat d.L filios , quæ sic planè intellecta mirabiliter comprobat nostram cōclusionem , & differentiam superiùs deducitam inter originem propriam , & paternam pro exclusione , & satisfa-

ctione d.L 1. & L se quis de municip. 31 Sed ex alia parte etiam si supponatur , apud utramq; originem filium ad munera posse cōpelli , sicuti apud propriam , & domicilium ab eo alibi contrarium , hæc tunc demùm admittenda veniūt , quando filius apud duas Ciuitates domicilium retinet , quod fieri posse , constat ex text. in l. Labeo. & in d. l. assumptio S. iurisprudentibus , & l. eius , qui S. Celsus. ff. eod. ad municipal. & firmat cum multis Carleual. num. 85. quia & si in domicilio habitationis , de quo agitur in his iuribus hoc p̄difficile reputetur , cūm duobus locis æqualiter sic quis debeat esse instructus , vt nequè hīc , quām illīc minus frequentē commoretur , vt ex eis resultat , at quod ad domicilium originis non est ita habitatio necessaria , sed sufficit , vt retineatur , quod reliquerit ibi bona , vt liquet ex l. municeps. in fin. ff. ad municipal. vbi miles ibi domicilium habere videtur , & bimet si nihil in patria possideat , quia ex retentione bonorum censetur retentum , nedūm domicilium , sed etiam forum , vt post Burfat. conf. 74. num. 114. tom. 1. firmat Mar. Anton. Macer. variar. resolut. lib. 2. resol. 59. casu 10. vers. quod comprobatur , & in his præcis terminis loquutus est Oldrad. conf. 169. quem refert , & sequitur Tuscb. d. tomo 2. conclus. 595. num. 1. dūm in proposito affirmant , domicilium originale quātum ad onera nō posse mutari etiam per translationem domicilij ad alium locum , quando originarius possidet bona in loco domicilij originis , & sūt intelligendi , & declarandi Doctores , quotquot sint , qui dictam originis amissionem negant.

33 Quod si nullis retentis bonis in origine patris , vel propria domiciliū cum eis , & familia alibi translatum supponatur , prout in conclusione , dicendum est , quod sicuti in origine amplius conueniri non potest , nisi in ea reperiatur , ita nec ad munera cō-

pelli ,

pelli, quomodo enim cōpelli potest, si conueniri non potest? Respondet quis cum Carleual. dicit a quest. 2. sub num. 64. quod id fiet, missis litteris requistorijs ad Iudicem loci domiciliij, & est verum in primo casu, quando originarius constituit domiciliū habitationis absq;ē desertione domiciliij originis, & sic quādo utrumq; retinet; sed non quando transfertur domicilium deserta origine, prout in cōclusione, tunc etenim excusandus erit originarius iure domiciliij, & cōpelli nullo modo poterit munera in patria subire, vt manifestè probatur ex l. si quis magistratus ff. de muner. & honor. citata à Carleual. loco nupèr relato ad fundandam suam sententiam pro compulsione originarij in loco domiciliij, facta de hac lege combinatione, & coniunctione cum l. vlt. ff. de excusatione tutor. namquè in prima cauetur, quod si quis magistratus in municipio creatus munera iniuncta summa ratione, cūm de utrisq;ē muneribus æquè personalia esse dicat l. i. ff. eod. de muneribus, at d. l. ultima agens de tutoribus, quibus parificantur municipiorum magistratus, ita disponit, & sunt verba textus, sed & hoc genus excusationis est, si quis se, dicat, ibi domicilium non habere, ubi ad tutelam datus, & sic patet excusari originarium à muneribus delatis, etiam in patria, in qua domicilio caret.

34 Quod ex eisdem in terminis comprobat d. l. filios in illis verbis, si modò non domicilijs retineantur, attenta eorum præcipua vi, & significatione: quādoquidēm domicilijs retineri nihil aliud est, quā domicilijs detineri. id est iure domicilijs excusari, & defendi; ac proindē ex eis subsequitur, quod hucusq;ē tanta contentione ab eadem lege ad probationē nostræ cōclusionis deductum est, filios apud

originem patris, non in materna Ciuitate, etiam si ibi nati sint, ad honores, & munera posse compelli, præterquam si domicilijs retineantur, & iure domicilijs excusentur, quod tunc demum contingit, cūm deserta origine, & nullis bonis in ea relictis, cum eis, & familia domicilium in materna Ciuitate, seu alibi transfertur, iuribus, & rationibus suprà citatis.

35 Quod si hæc vera sint, prout sunt in translatione domiciliij ab una Ciuitate ad aliam, à fortiori obtinebunt in translatione ab una Prouincia, & Regione ad aliam; ita enim deseritur prima, & deserta origo appellatur in l. fin. C. de metall. lib. II. ibi, qui, quæcum ea regione deserta, ex qua videtur oriundi, vel oriunda ad externam migrauerint, & multò magis censenda erit deserta origo ex transmigratione ad Prouinciam, seu Regnum, penitus extraneum sub diuerso dominio, & Principe absoluto constitutum, prout præsupponit conclusio, eaquè tunc de necessitate admittenda est, ex hac saltim ineuitabili ratione, tametsi concedatur contrarium dispositum de iure ciuili, in quo potissimum se fundant qui qui contra conclusionem agunt, & cum eis Carleual. et bi suprà. ius etenim ciuile Romanorum aut non seruatur in loco domiciliij per Principem absolutum, utputà, quia ab eo fuit derogatum, & nulla de illo habenda erit ratio, aut si non est derogatum, & seruatur, seruatur quidēm tanquam ius æquum, & rationi consentaneum, vt cum multis probat idem Carleual. in d. suo 36 tract. disput. 6. num. 3. vel melius tanquam ius proprium ipsiusmet Principis illud admittētis, cūm ex eodem iure constet nostra facere, quibus autoritatem nostram impartimur, l. i. S. omnia. C. de veter. iur. enuclean. & non est obligatorium de uno Principe ad alium, sicuti nequè leges, & priuilegia unius Principis obligent alium, vt in terminis de statutis, &

priuilegijs agnoscit *Carleual. d. q. 2.*  
num. 129. Quāmuis adhuc originariorum originem retinere sentiat, & verum sit de origine naturali quodad effectus naturales, à iure, & ratione naturali resultantes, sed quodad ciuiles ratione politica, & ciuili per ius Cæsareum constitutos, secūs erit, cùm de eo iure sub Principe absoluто eadem sit ratio habenda, quæ de priuilegijs, & statutis, quæ non obligant extrà propriam iurisdictionem,  
*l. vnic. ff. de iurisd. omn. iud.*

37 Vnde sequitur, per desertionem originis, & translationem domicilij sub extraneo Principe ius, & ciuilicatem originis quodad effectus ciuiles cessare, cùm originarius amplius in patria conueniri, nec compelli ad honores, & munera possit. Non enim dantur literæ requisitoriae de uno Principe ad alium, sed tamē deprecatoriae, quæ nullo modo obligant, præsertim ex causa politica, & ciuili, & fatuus esset quisquis crederet, Principem de originario alibi extrà ditionem, & imperium suum commorantem curaturum, deprecaturumquè Principem domicilij, vt illū ad se remittat, nequè hunc rationem habiturum de dictis precibus, & de ciuitate ratione originis ad fauore alterius cū damno proprio, compellendo subditum, qui domicilium in suo Principatu contraxit, vt ad patriā redeat, munera subiturus, proprijs prætermissis, postpositis, & neglegatis, contra omnes charitatis, iuris, & statutus rationes.

38 Prout ita in terminis, quod frusta, & inaniter quis isto casu vocaretur ad munera, bene considerauit *Socin. conf. 37. num. 12. volum. 1.* & ita indubitata redditur conclusio nostra, & vera doctrina *Bald. vbi suprà, & ad eam vlt̄rā citatos per Carleual. in eisdem terminis sequuntur Riminal. iun. dict. conf. 363. num. 240. volum. 4.* & *Ioann. Baptista Laderch. Imolen. conf. 74 à m. 5. vbi ad rationem fun-*

damentalem opinionis contrariæ, quod propria origo sit immutabilis, ac idcirco etiam quod alibi sit translatum domicilium, retineri ius ciuitatis in patria, post multos responderet, illa iura procedere secundum statum Reipublicæ Romanæ, & Imperatorum Romanorum, qui erant Domini totius Mundi, sed temporibus nostris cùm multi sint Principatus, desertorem propriæ originis, & se trāferentem ad subiectionem alterius Principis amittere iura ciuitatis originariæ, sicuti præcisè firmavit *Bulgarin. in rubr. solut. matrimon. num. 31.* quam ille refert, & pariter doctrinam *Baldi cum alijs amplectitur Cephal. d. cons. 246. num. 21.* vnde num. seq. ad propositum nostrum de originario, qui alibi habitat, nec in patria onera sustinet, quod non possit capi pro repræfalijs concessis aduersus suos conciues, cum multis comprobat, & hoc ipsum firmat *Marc. Anton. Peregrin. conf. 55. sub num. 11. in principio, & in verso in hanc etiam sententiam. vol. 2. sed vide Conclusionem Repræfalias 85.*

## ARGUMENTVM.

Fori priuilegio ad euocationem causarum orphanos etiam puberes gaudere, dummodo minores viginti annis sint.

## SYMMARVIM.

- 1 *Orphani etiam puberes, sed minores viginti annis priuilegio fori ad euocationem causarum gaudent.*
- 2 *Opinio Ioann. Mar. Nouar. de elect. & variat. for. sect. 2. quæst. 2. nu. 5. refertur, & reicitur.*

- 3 Impubes quare priuilegio fori careat.
- 4 Pupillus, & orphanus cur ad illud admittantur.
- 5 Ille ad beneficium priuilegii fori admittitur, in quo miserabilitatis ratio concurrit, quoties ex defectu etatis bona sua per alium gubernatur.
- 6 Adulti minores, si in eis miserabilitatis ratio desit, non gaudent priuilegio fori.

### DECISIO LXVIII.

  
 1 Rphanos etiam puberes, sed minores viginti annis fori priuilegio ex l. unica, C. quādū Imper. inter pupill. & vid. gaudere. Conclusum, & decisum fuit ad fauorem nobilis Ioanne Franciscæ Delarca contra D. Franciscum Delarca eius patrum, & curatorem die 22. mensis Ianuarij anni 1636. referente nobili D. Francisco Corts. Actuario Io: Baptista Vassallo. Ex eo, quod concors est nostrorum sententia, quæ orphani concedit dictum priuilegium, ut constat ex citatis per Ioann. Mar. Nouar. de elect. & variat. fori sect. 2. q. 1. vbi eam pro regula communi calculo recepta constituit, & dubitatione caret, quam tamen non leuem insurgere refutat, ex traditis per eundem Nouar. in seq. quæst. circā indagacionem, quinām orphanus dici debet, & præsertim num. 5. in fin. cum seqq. in ea fuit opinione, qua crediderit, orphanum in proposito dumtaxat appellari orbatum patre, & matre, quatuordecim annorum etatem non excedentem, & pro ea binas resolutiones ex sui voto, & suffragio captas adduxerit.

Sed veritas est pro nostra conclusione iuxta practicam Regni Hispanie, quam refert num. 6. ex Gregorio Lopez Muñoz de Escobar, & Ioan. Castill. Sotomaior. & sequitur nouissime

Scip. Romit. deu. 27. nu. 11. & D. Thom. de Carleual. de iud. & foro competent. lib. 1. tit. 1. quæst. 6. sect. 7. num. 566. & comprobatur tām ex eo, quod in etiā illam etatem quatuordecim annorum vix considerari potest orphanitas in impubere, cūm etsi ei deficiat parentes, non tamen carent paterno præsidio, cūm habeant tutores, & orphani dumtaxat dicuntur, qui carent patre, & paterno præsidio, ex sententia multorum, quos citat idem Nouar. loco citato num. 3. cum Steph. Gratian. discept. forens. cap. 665. numer. 1. tom. 4. Alia autem opinio communis, quæ ab utroq; refertur, & requirit, ut orphanus utroque parente orbus sit, etiam quod vera esset, cūm alijs altero ex illis præexistente paternum præsidium haberet, & orphanus dici non posset; sed non contradicit priori, quæ solum addit paternum præsidium per tutorem, qui principaliter datur personæ, Lquia persona, ff. de testam. tutel. & certæ, Inst. qui testam. tutor. dar. poss. & quodammodo impubes censetur esse eadem persona cum tute, imagine quadam, & participatione patriæ potestatis, quæ in patre viget, ut docet Anton. Fab. de iurisprudent. Papin. scien. tit. 12. de tutel. princ. i. illat. i. quām etiam quia si ultrā illam etatem quatuordecim annorum non excederetur priuilegium fori in orphanis, non est, cur in ea etate agatur de orphanitate, nec qualitas hæc consideretur, cūm supposita morte patris pupillum esse negari non possit, & priuilegium illud sufficeret, ut ex hac qualitate, quia pupillus est, concedatur, acquè ita superuacanciam effet agere de orphanis, vnde si non alia ratione, ex hac superfluiratis vietandæ admittenda esset conclusio.

Maxime cūm fundamentalis, & decisiva ratio dictæ l. unica consistat in miserabilitate, iuxta tradita per Castill. Sotomaior. quotid. controversiar. tom. 3. quæst. 25. nu. 24. eaquè nedūm

locum

locum habet in pupillis deficiente  
3 patria potestate, ut probant verba  
expressa illius legis, & admittunt om-  
nes; sed etiam in minoribus orpha-  
nis, qui carēt præsidio parerno: quod  
enim patria potestas operatur in im-  
puberibus, quod per illam pupilli di-  
ci nequeant, & careant priuilegio fo-  
ri, hoc ipsum operatur paternum  
præsidium in minoribus, ut ab orpha-  
norū vocatione, & dicto priuilegio  
excludantur, hac notata differentia  
inter eos, quod licet pupilli, & or-  
phani perquè fruantur priuilegio  
fori ex vna, eademquè ratione mis-  
erabilitatis, quæ ex defectu ætatis re-  
sultat, at in impuberibus sub patria  
potestate existentibus non tam cessat  
priuilegium, ex eo quod pater, & fi-  
lius creduntur esse vna, & eadem  
persona, siquidem & hoc ipsum ope-  
ratur in eis tutela, ut est probatum,  
4 quām quia per patriam potestatem  
vnicum quodammodo videntur ha-  
bere patrimonium, & quod ab uno  
possidetur, censetur ab alio possideri,  
ut cum alijs probat *Philipp. Paschal-*  
& ob id impubes sub patria potesta-  
te existens non gaudet priuilegio  
fori, quia miserabilitas, quæ alias ex  
defectu ætatis considerari poterat in  
administratione sui patrimonij, ces-  
sat per administrationem patris, tan-  
quām de proprio, quod non est in tu-  
tela, namq; in ea cessat consideratio  
vnus patrimonij, & tutor gerit ad-  
ministrationem, vti de bonis pupil-  
li, non proprijs; & ideo quia pupillus  
ex defectu ætatis ad eam necessita-  
tem est redactus, ut per propriam  
personam bona sua gubernare ne-  
quit, sed per tutorem, merito ei iuuat-  
ur per dictam legem, ut fruatur pri-  
uilegio fori ex miserabilitatis ratio-  
ne, ac proinde vbiq; quis ad similem  
necessitatem reducitur, ut bona sua ex  
defectu ætatis, vel ab alio, non per se, sed per alium gubernen-  
tur, ex identitate rationis, ad bene-

ficiū dicti priuilegij est admitten-  
dus; sicuti de adulto minore, qui cu-  
ratorem habet, est in hac eadem  
causa conclusum, ut in *Conclusione*  
*Minorem*, & de prodigo, cui datur  
curator, firmat *Nouar. tract. scilicet 2.*  
*quest. 17.* cum similibus.

6 Sed in adultis minoribus, quia  
perspè per se ipsos, & non per alios  
bona sua administrant, quandoqui-  
dè inuiti adolescentes curatorem  
non accipiunt, *Item inuiti, Inst. de*  
*curator.* quia tunc cessante miserabi-  
litatis ratione ex administratione  
alterius, cessat etiam miserabilitas  
ex præsumptione imbecillitatis iu-  
dicij, qui cùm per se ipsos admini-  
strent, & patrem, & matrem habeant,  
per eorum præsidium tollitur illa  
præsumptio ex minori ætate, cùm  
misi perfecti iudicij eos agnoscerent,  
non sinerent, ut bona per se ipsos ad-  
ministrarent, sed deficiente paterno  
præsidio, & vbi minores sunt orpha-  
ni, eadem miserabilitatis ratio ex  
defectu legitimæ ætatis urget, ac  
propterea à beneficio d. l. vnic. non  
sunt excludendi propter orphanita-  
tem, quæ alias nil prodest in maiorib-  
us, & merito in minoribus non est  
recedendum à conclusione firmata.

## ARGUMENTVM.

Filiam exclusam à successione  
exclusione translatiuā in  
fauorem eius, cui fit, partem  
facere in computatione le-  
gitimæ, quāmuis non admit-  
tatur ad partem.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Filia exclusa à successione exclusione trāslatiua, siue per renunciationem, siue per statutum in computatione legitimæ partem facit, quatènus profit ei, ad cuius fauorem fit exclusio.*
- 2 *Filia tradit partem patri, et si exclusa sit, facta exclusione in fauorem patris.*
- 3 *Conclusio supra firmata tunc viget, quando filia exclusa non habuit dotem, vel aliam rem legitimæ equivalentem, sed limitatur, quando excluditur, dote, vel re habita pro legitima.*

## DECISIO LXIX.



Artem facere in computatione legitimæ, quamvis non admittatur ad eam, filiam exclusam exclusione trāslatiua, siue per renunciationem, siue per statutum, quatènus prodest ei, ad cuius fauorem exclusio fit, secùs si alias. Conclusum, & decisum fuit die 24. mensis Novembris anni 1637. me referente ad fauorem Nobilis Angelæ Santjost, & Scarchioni aduersus Nicolaum Scarchioni Ciuitatis Ecclesiastarum. Actuario Ioanne Antonio Polla notario. Per regulam l. quod fauore. C. de legibus, & l. nulla iuris ratio ff. eod. cap. quod ob gratiam. de reg. iur. in 6. ibiq; Doctores, & signatèr hic Augustin. Barbos. in colle Etan. tom. 3. Simon Vaz Barbos. in suis loc. commun. sub lit. F. num. 37. & ita in terminis de filia dotata exclusa per statutum ad fauorem masculorum, quòd faciat partem, quatènus eis prodest, & non alias, per d. l. quod fauore voluit Philipp. Corne. conf. 197. col. 3. lib. 1. nequè distat à mente Peregrin. de fidei commiss. art. 38. num. 10.

vers. contra quos, refert, & sequitur Merlin. de legitima lib. 1. tit. 4q. 3. num. 16.

In eisdem itaqè terminis verior est, & magis recepta opinio, quam cū pluribus comprobatur idem Merlin. in hoc eodem tit. 4. quest. 6. num. 6. cum seq. & sunt decisiones Rote Romana post suum tractat. videlicet 4. num. 8. decis. 74. num. 1. decis. 87. num. 2. cum seqq. decis. 100. num. 10. & decis. 106. num. 9. & tenet Steph. Graian. discepe. forens. cap. 676. à num. 12. tom. 4. vbi ita Rotam Romanam seruare dicit, & quatuor illius decisiones refert, & plures citans Scipio Rouit. cons. 70. num. 1. lib. 1. Christoph. Mart. Medices decis. 7. per totam, & Anton. Thomat. decis. 23. num. 117.

2 Ita pariter vbi exclusio fit tauore patris, tunc ad eius beneficium, & quatènus ei prodest filiam exclusam, quæ non admittitur ad partem, facere partem, tradit Andr. Fachin. contro. iur. lib. 4. cap. 31. in 4. conclus. & ita opiniones, quæ alias videntur contrariæ, de quibus latè vbi suprà per Merlin. & alios, concordari possunt, & pro nostra conclusione facit, quòd portio deficiens exclusione translatiua, ei dumtaxat acquiritur, & accrescit, in cuius fauorem fuit facta, vt in nostra Conclusione Accrescere.

Sed vt locus sive his duabus conclusionibus, oportet quòd filia exclusa non habuerit dotem, vel aliam rem æquivalentem portioni legitimæ ei debitæ, quia si habuerit, cùm teneatur illam conferre, & ponenda sit in cumulo hereditatis pro deductione legitimæ aliorum, vt in nostra Conclusione Hereditatis, nil commodi ille, in cuius fauorem fuit filia exclusa consequeretur, vt bene in proposito notat Gerard. Maynard. decis. 24. num. 2. lib. 4. & Ioan. Griuell. decis. 34. num. 63. circa finem; sed hæc nostra conclusio limitanda, & declaranda est, vt non procedat, vbi filia excluditur, dote, vel alia re habita pro legitima,

gitima, quia tunc cùm iam habuerit partem, non attento amplius commodo, vel incommodo eius, cuius favore fuit exclusa, indistinetè facit partem, vt in *Conclusione Filiam*, & ad materiam videnda *Conclusio Reservationem*, & nouè ad materiam post hęc scripta visus *Horat. Montan. controv.* 48.

## ARGUMENTVM.

Immemoriale tempus esse necessarium, ad hoc vt ex actibus particularium alicuius Vniuersitatis ius pascendi per præscriptionem Vniuersitati queratur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Ius pascendi in alieno prædio non qualitur Vniuersitati ex actibus particularium per præscriptionem, nisi immemoriale tempus concurrat, actibus particularium Vniuersitatis nomine factis.*
- 2 *Bona fides exigitur in omni præscriptione.*
- 3 *Mala fides non purgatur, nisi mortuis omnibus de Collegio, seu Capitulo.*
- 4 *Præsumptio male fidei cessat data præscriptione immemoriali.*

## DECISIO LXX.

- I Ascendi ius in alieno prædio p̄ præscriptionem Vniuersitati ex actibus particulariū illius nomine factis nō nisi immemoriali tempore queri posse. *Conclusum*

suit in Regia Audientia, & decisum ex voto trium Dominorum per Regium Cancellarium in causa contentionis inter Curiam Episcopalem Bosanen. ex una, & Procuratorem Fisci, & Illustre Marchionem de Villacidro parte ex altera die 1. Octobris anni 1633. Actuario Iacobo Mancassilius Curie Secretario. Non tantum ex eo, quod in illa seruitutem realem esse, ex receptiori, & veriori sententia dictum fuit, vt infra *Conclusione Seruitutem*, & in rebus discontinuis tempus immemoriale requiritur, quamvis multi ex Peritoribus hanc distinctionem inter continuas, & discontinuas seruitutes rejiciant, de quibus latè per Anton. Fernand. de Otter. de pascu. & iur. pascend. cap. 18. num. 21. sed præ omnibus subtilius, & melius Anton. Fab. coniectur. iur. lib. 19. cap. 9. cum duobus seqq. vbi latè de vero sensu, & intellectu legum in hac materia, & concordat Hugo Donell. tom. 1. lib. 11. cap. 11. vbi etiam illius enucleator Osuald. Hilliger. in annotatione.

At nihilominus in terminis de pascendi iure reali, vt discontinuum causam habenti, quod tempus immemoriale sit necessarium ad præscriptionem, magis communiter probatur, vt resultat ex citatis per Ioann. Castill. Sotomaior. quotid. controv. tom. 1. cap. 68. num. 18. vbi contrarios, manifestè deceptos fuisse dicit, sequitur plures citans Iacob. Cancer. variar. resol. tom. 3. cap. 4. num. 51. & 54. vbi ità iudicatum in suo Senatu affirmat; alios etiam Doctores, & Decisiones Cameræ Imperialis plena manu refert Ioann. Koppen. decis. German. 57. & num. 72. vbi de communi, & magis communi testatur, & nouè Steph. Gratian. discept. forens. cap. 68 1. n. 36. cum seq. vbi ait, quod hanc opinionem tanquam magis receptam sequitur Rota Romana in decisione, quam refert D. Franc. del Castill. decis. 12. num. 30. Camil. Borrel. de magistrat. edit. lib. 4. cap. 6. num. 43. & Capiblan.


de

*de offic. & potest. Baron. tom. 2. cap. 76.  
num. II.*

- 2 Quām etiam, quia cūm in omni præscriptione bona fides exigatur. cap. fin. de præscript. & benè comprobat Koppen loco nupèr citato. nu. 12. vtiquè ex actibus particularium non proprio, sed Vniuersitatis nomine factis nullatenus ei ius quæri potuit propter malam fidem, quæ in hoc casu usquè ad centum annos durat; ex tunc ergò incipit præscriptio, ut cum Hieron. de Mont. Hieron. Laur. & Cal. caneo benè firmat Nicolaus Losæus de iur. vniuerst. par. 3. cap. 17. num. 3. faciunt tradita à Steph. Gratian. discep. forens. cap. 399. num. 28. tom. 2. vbi
- 3 quod mala fides non purgatur, nisi mortuis omnibus de Collegio, seu Capitulo, & data præscriptione im-
- 4 memoriali cessare omnem malæ fidei præsumptionem, voluit Rota Roman. decis. 467. nu. 14. apud Ludouis. quamuis appareat de inualiditate tituli per errorem iuris, ut latè fuit dictum in Conclusione Clericos, & iterum Regia Audientia transiuit cum hac conclusione in causa de Gessa, de qua in sequenti.

### ARGUMENTVM.

Ius pascendi in alieno territorio per solutionem uniformem, & continuam, etiam triginta annorum à particularibus factam, Vniuersitati nullatenus quæri.



### S V M M A R I V M.

- 1 Ius pascendi in territorio alieno Vniuersitati non queritur per solutionem uniformem, & continuam, etiam viginti, vel triginta annorum ad rationem certæ portionis pro animali.
- 2 Vsus decem, & triginta annorum cum allegatione tituli, de quo alias non constat, nil iuuat in seruitute reali præcipata, cùm immemoriale tempus requiratur.
- 3 Opilio præcipata opposita conclusioni simpliciter asserta rejecitur, & cum quo requisito procedat, declaratur.
- 4 Firmata per Dīdac. Couarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 17. num. II. nempe, quod vsus decennijs ad illam seruitutem sufficiat, patiente eo, contra quem præscribitur, & accipientem quolibet anno mercedem, soluuntur, & eorum sensus distinguuntur, & num. 5. & 6.
- 7 Præscriptio allegari non potest, cùm de titulo constet locationis simplicis, vel ad tempus, ex eo, quod possessio non interuenit, & ista deficiente non currit præscriptio.
- 8 Titulus non præsumitur allegatus, quando constat de certa causa, cùm presumptio cedat causa vera.
- 9 Conclusio nu. antecedenti firmata corroboratur, eò fortius, quo mala fides adst.

### D E C I S I O LXXI.



- 1 Ascendi ius in alieno territorio ab Vniuersitate neutiquā acquiri per solutionem uniformem, & continuam decem, vel etiam viginti, & triginta annorum ad rationem certæ portionis pro quolibet animali per Particulares factam, maximè precedente præconio à Iudice

com-

competente ad instantiam Domini territorij , de non intrando sine accordio. *Conclusum, & decisum fuit die 28. mensis Nouembris anni 1634. me referente ad fauorem D. Francisci Geffa Domicelli contra Sindicum Ciuitatis Ecclesiarum. Actuarij Ioanne Baptista Massidda.* Ex his, quæ firmata fuere in conclusione antecedenti, in qua

2 fuit dictum, seruitutem hanc in casu proposito esse realem, & non nisi immemoriali tempore prescribi posse, ex receptioni sententia, adeò ut usus decem, & triginta annorum cum allegatione tituli, de quo aliás non constat, nihil proficiat, quidquid aliás voluerit contraria opinio, quæ etsi communis sit, & adducebatur pro dicta Ciuitate, & de ea latè per Io. Koppen. dec. German. 57. d. n. 5.

3 Verum præterquam quod eam opinionem declarat *Balb. de prescrip. in 1. part. 3. par. princ. quest. 10. n. 22.* procedere, quando in specie titulus allegaretur, & quod ex illa causa fuit usus (quod minimè præstitum fuit per dictam Ciuitatem) & sequitur *Ioseph. Sese dict. 393. num. 125. som. 4.* pro maiori illius satisfactione optimè in proprio casu faciunt verba eiusdem Koppen ead. dec. 57. num. 11. ubi ita fatur. Sed cum ius pascendi in fundo alterius ex magis communi, & in foro recepta sententia prescriptione triginta annorum non constituatur; sed immò in eo, ut infra patebit, spatium eius temporis, cuius initij memoria non extat, requiratur; ideoq. non quod de materia tituli hic multum solliciti simus, cùm maximè titulus pro requisito prescriptionis hoc loco non attendatur.

4 Quàmuis enim *Didac. Couarr. ex Petr. Jacob. & Guid. quos citat (& pariter adducebatur pro dicta Ciuitate, & erat maximum illius fundatum) variar. resolut. lib. 1. cap. 17. n. 11. vers. 2. animaduertendum est pro limitatione, seù declaratione dictæ receptionis sententiaz proponat pri-*

mum casum, & dicat, quod ubi uisus hic decennio contingens præcesserit, paciente eo, contra quem prescribitur, & recipiente mercedem aliquam in pretium huius pastus pro quolibet animali quolibet anno, vel mense, hic actus simul cum patientia, & usu deceanij sufficit ad acquirendam hanc seruitutem.

5 Attamen, ut ipsem Couarr. statim subiungit per hæc verba, dicit. *Quàmuis ipse satis dubitem, an in praxi obtineri possit, ut in suis tribus speciebus à frequentissima omnium sententia recedatur, & in specie contra Couarr. decisum constat ex Ioseph. Sese dict. dec. 393. num. 128. & num. 131.* Quinimò hoc ipsum, quod de actu positivo, & solutione annua tenet Couarr. ad fauorem prescribentis tradit, contra eum post alios Io. Koppen. d. decis. 57. num. 23. 58. & 64. affirmas, eo modo malam fidem probari, quando scilicet constat, prescribentem semper ratione possessio- nis aliquid, putà seruitia, pensionem annuam, vel aliquid simile præstitis, & eo ipso recognoscere ius alterius, nec prescriptionem incipere posse. Hec ergò vera sunt, præterquam si prescribens probauerit usum cum ea pensione, & seruitio iure seruitutis.

6 Näm etsi probatio in prescriptio ne immemoriali non sit necessaria, per ea, quæ dicta fuerunt in *Conclusione Immemoriale 38.* sed in prescrip- tione decem, vel etiam viginti, & triginta annorum, per quam maximè necessaria appetit ex *Fabro, & Steph. Gratia.* in eadem *Conclusi- catis*, & conferunt tradita ex alijs à Koppen dict. dec. 57. num. 7. 57. & 86. quæ quidem probatio per dictam Ciuitatem facta non fuit, quin potius de contraria liquet, mediante dicto præconio, si quem ex precedentia illius, tamquam ex preambula causa locationis solutiones subsequentes factas dicendum est, cùm de alia non appareat,

iuxta

iuxta tradita post alios per Rotam Romanam apud Ludouij. decis. 468. num. 5. & latè per Pyrr. Maur. Aretin. de solution cap. 8. per totum, ac per cōsequens cuiuscunq; præscriptio nis ius excluditur, vt in terminis cum multis probat Gabri. Pereir. decis. 37. à num. 4. & antè eum ex alijs benè Francisc. Bursat. cons. 23. à num. 1. affirmans; quod vbi de titulo, & causa possessionis constat, locationis scilicet simplicis, vel ad tempus, ibi nulla præscriptio allegari potest, nec titulus ex diuturnitate temporis, cū in dubio præsumptio sit, semper conductores detinuisse ex titulo conductionis, & per consequens non possedisse, sine qua possessione præscriptio non concurredit, nec interuertisse causam possessionis, nec dominium aliquod etiam utile acquisuisse; maxime si solutio primæua semper, & uniformiter facta fuerit, ita quod in prima causa continebatur, latè etiam de his per Hieronym. Magon. dec. Florent. 2. n. 1.

8. Adeò vt non releuaret allegatio alterius tituli, ex eo, quia, vt ex alijs probat num. 5. vbi constat de certa causa, & certo titulo, nunquam præsumitur allegatus titulus, cùm præsumptio semper causæ veræ cedere debeat, & pro victoria obtinenda in similibus causis non sufficit probare præstationes factas per longissimum tempus, sed necesse est probare, quod dictæ solutiones factæ fuerint ex causa allegata, aliàs sola præstatio cum cursu temporis non inducit titulum aliquem, nisi allegetur, & ex causa istius tituli fuerint factæ præstationes, aliàs soluens non expressa alia causa extrinseca præsumitur soluisse ex dicta tacita reconduktione cum sequentibus.

9. Licet enim hęc opinio de iure ciuili controuersiam patiatur propter Baldi opinionem in contrarium relatam ab eodem Magonio, & sequutā ab alijs, vt per eum, & per Vincent.

Caroc. de locat. & conduct. tit. de præscript. à num. 6. Verum de iure Canonicos quod vbiq; seruati debet propter malam fidem indubitata est, vt subiungit idem Caroc. ibi num. 16. & plures citat num. seq. de mala autem fide in casu proposito dubitandum non est, nedum ex dicta solutione, per quam arguitur sciētia rei alienę, per ea, quę latè in proprio calu iuris paſcendi probat Koppen. in decis. totiē citata à num. 25. cum plurib. sequent. sed expressius ex dicto præconio, etiā quod ei non fuerit obtemperatum, per tradita à Guid. Pap. cons. 171. n. 6. vnde dubio procul cessat præscriptio; eoquę maximē in Vniuersitate, cui aliter, quām per immemorale tempus ius paſcendi queri non posse propter malam fidem, probatum fuit in dicta Conclusione præcedenti.

## ARGUMENTVM

Virgines etiam sub patria potestate existentes gaudere priuilegio fori in auocatione causarum.

## SUMMARIUM.

- 1 Virgines gaudent priuilegio fori in auocatione causarum, nec eis obest patria potestas.
- 2 Pupillus sub patria potestate nō gaudet priuilegio fori.
- 3 Virgo appellatione vidua continetur, & vidua etiam sub patria potestate gaudet.
- 4 Opinio Io. Mar. Nouar. de elect. & variat. for. p. 2. q. 13. ex abundantii refellitur.
- 5 Pupillus sub patria potestate, scū imparbes cur priuilegio non gaudet, & gaudеant virgines.

## DECISIO LXXII.



Atriam potestatē neutiquām obes-  
se virginibus, quia fruatur pri-  
uilegio *l. unice C. quando Imper.*  
*inter pup. & vid.*

Conclusum, & de-

cisum fuit die 28. mensis Ianuarij an-  
ni 1636. ad fauorem nobilis Agnetis  
Ram cōtra Antiochum Salazar Ciūem  
Ciuitatis Ecclesiarum. me referente.  
Actuario Hieronymo Vidal. Per decis.  
Vincent. de Franch. 100. num. II. vers.  
sed dubium remanebat, vbi sic decisū  
per Magnam Curiam Vicarię, & per  
Sacrum Consilium refert, quamvis  
punctus super casu illius decisionis  
indecisus remanserit, ut ex ea resul-  
tat num. 18. & notat Carol. de Tap. de  
iure. Regni Neapol. ad Constitut. Ssa-  
tuimus num. 20. & contrarium deinde  
decisum affirmat Horat. Viscont. in  
addit. ad dictam decis. de Franch. sub  
num. 11. & post eum Ioann. Baptista  
Thoro in suo Compend. decis. Neapol.  
tom. I. in verbo Virgo patrem babens,  
vbi plures citantur, inter quos non  
nulli nostram conclusionem expres-  
sè probant, signanter Marcell. Calo  
in tract. de mod. articul. & proband.  
glos. I. nu. 11. de quo etiam per Ioann.  
Mar. Nouar. in suo tractat. election. &  
variar. for. par. 2. quæst. I 3. licet is in  
contrarium sententiam inclinare yi-  
deatur, ex eo, qd pupillus sub patria  
potestate non gaudet priuilegio fori,  
& citat Vinc. de Franch. & Thoro, vbi  
suprà, sed nu. 4. testatur, nouissimè vi-  
disse prouisiones Magnæ Curie pro  
nostra conclusione; quamvis in fine  
asserat, fortasse non esse tutam sen-  
tentiam, ac proinde rectius cogitan-  
dum suadet Ioann. Franc. Capiblanc.  
de offic. Baron. pragm. 8. part. I. nu. 328.  
vbi pro nostra conclusione cum de-  
cis. Vincent. de Franch. vbi suprà refert  
aliam Franc. Milan. 5. par. 2.

3 Eamquè esse verissimam constat  
ex ratione adducta per Franch. à nu.  
12. quod appellatione viduæ virgo  
continetur, l. malum. §. I. ff. de verb. si-  
gnif. & in vidua, quæ strictè, vel se-  
cundum communem usum loquendi  
intelligitur de illa, quæ virū habuit,  
& amisit, nunquam dubitatum fuit,  
quin gaudeat priuilegio fori, etiam  
quod sit in potestate patris, ut ex cō-  
trarijs admittit Nouar. ead. sectio. 2.  
quæst. 6. num. 3. in fine. vndē idem di-  
cendum est de virgine.

Nequè obstat ratio Nouary, &  
contrariorum, quæ ex pupillis dedu-  
citur, siquidem potissima, propter  
quam priuilegium in d. L. unica con-  
stitutum fuit, ut constat ex traditis  
per Castill. Sotomaior. d. cap. 25. nu. 24.  
4 cōsistit in miserabilitate, & quæ alias  
in impuuberibus cernitur ex defectu  
ætatis, suppletur per patriam pot-  
estatem, per quam pater, & filius una,  
eademq; persona esse creditur. l. n. cū  
filiofamilias ff. de furt. & latè probat,  
& exornat Carol. de Graff. de effect.  
cleric. effect. I. à num. 190. sed in viduis  
miserabilitas prouenit ex defectu se-  
xus, ut notat de Franch. decis. 233. n. 4.  
quæquè per patriam potestatem sup-  
pleri non potest, sed dumtaxat sup-  
pletur, dum mulieres virum habent,  
ex quo tunc efficiuntur una caro, iux-  
ta tradita per Carol. de Graff. loco cito-  
to. num. 157.

Quia ergo hæc ratio miserabilita-  
tis militat nedum in viduis, quæ virū  
amiserunt, sed etiam in virginibus,  
quæ non dum illum habuerunt, atq;  
etiam in eis, quæ habuerunt, sed ille  
ex aliquo accidenti effectus est inpu-  
tilis, quandoquidem he etiam appellati-  
onem viduæ continentur, & gaudet  
beneficio d. l. unica, ut cum multis  
comprobat idem Nouar. ead. sectio. 2.  
quæst. 7. num. I. cum seqq. & post eum  
Augustin. Barbos. de appellatiu. ver.  
utri. iur. signif. appellati. 272. num. 3.  
ac proinde non est recedendum à  
firmata conclusione, quidquid alias

nouè distinguat Capiblanc. ubi suprà tom. 2. cap. 44. à nu. 23. inter actiones ciuiles, & criminales, & post eum Aelis. Danza de pugna Doctor. cap. 6. de remissionibus causarum à nu. 11. usque ad 21. & indistinctè nostram conclusionem comprobat, & defendit ex prædictis, & alijs D. Thomas de Carleuall post hæc scripta vitus de Iudici. & foro competent. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quest. 6. section. 7. num. 536. cum seqq. nouissimèque dūm hēc typis manda-re satagerem vitus Franc. Mar. Pratus discept. forens. cap. 13. à num. 22. & ad ornatum nostræ conclusionis vi-dendæ sunt Conclus. Euocandi, & Conclus. Virgines.

## ARGUMENTVM.

Donationem per patrem filio sub potestate inter viuos nullitè ex defectu insinuationis factam morte donatoris non confirmari, nec sustineri iure donationis cau-sa mortis, aut alterius supre-mi iudicij, tametsi iuramen-tum accesserit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Donatio inter viuos à patre suo filio-familias nulliter facta ex defectu insinuationis, donatoris morte non confirmatur, etiam cum iuramento in vim supremi iudicij.
- 2 Voluntas, & consensus donantis non perficitur, nisi insinuatione sequitur.
- 3 Consensus semper deficit ante actus perfectionem; idcirco morte non confirmatur donatio, cui consensui adest imperfectio ex insinuationis defec-tu.

- 4 Anton. Faber in definition. 8. lib. 8. tit. 39. rejetur.
- 5 Iuramenum nil operatur, quādo sub-stantie defectus adest.
- 6 Donatio cetera insinuationem in quo casu sustineatur.

## DECISIO LXXIII.



I Atris morte do-natione suo fi-lio familias in-ter viuos nulli-ter absq; insi-nuatione facta-neutiquam co-firmari, nec su-stineri, etiam cum iuramento in vim supre-mi iudicij. Cœlussum, & decisum fuit die 18. Ianuarij anni 1636. me referente in fauorem nobilis Angele Sant'just, & Scarchioni, cōtra Nicolaū Scarchioni. Actuariv Ioanne Antonio Polla. Per l. donationes, quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. vbi ex pressè cauetur, donationem absquè insinuatione nullam, nec per silentium eius, qui donavit confirmari, & per Doctores vnanimitè receptum est, de quibus per Ioan. Vincent. Handed. conf. 59. num. 34. vol. 1. & per Tiber. Decian. conf. 39 num. 33. lib. 2. & bene in proposito per Anton. Fab. de error. pragmat. dec ad. 43. error. 1. per sotum. tom. 2. ex eis ergo deducitur, quod si morte donatio illa non confirmatur, quod nec in vim donationis cau-sa mortis, aut alterius supremi iudicij sustineri valeat, cum in his validita-tis perfectio non aliter haberi, quād si per perseverantiam morte dispon-entis subsequuta confirmetur. l. 2. l. non videtur ff. de donat. cauf. mort. l. 4. ff. de admend. legat. l. filia. cuius. l. fin. C. famili. hercif. cum timilibus.

2 Nequè quod in hac lege disponi-tur, voluntatem patris inter filios quo-quo modo declaratam, etiam legum solemnitate destitutam seruandam fore, aduersatur dispositioni d. l. do-

nationes,

*nationes, quas nāmq. voluntas patris, de qua hīc in donatione citrā insinuationem imperfecta, nō cōim voluntas, & consensus patris perficitur, nisi subsecuta insinuatione, vt probat Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 783.* à num. 25. *volum. 4.* expressius per Magon. *decis. Florent. 64.* num. 46. cum seqq. & 54. cum seqq. cum alijs, de quibus in *Conclusione incipiente Insinuationi*, & ideò cūm antē perfectionem deficiat consensus, non potest morte confirmari, & sustineri in vim donationis causa mortis, aut supremi iudicij, cūm in his requiratur quoquè cōsensus perfectus, iuxta receptissimam conclusionem; quōd scilicet dispositio patris inter filios ex imperfecta voluntate nullo modo defendi potest, de qua per Iulium Clar. *recept. sentent. S. testamentum quest. 9.* & And. Gayll. *pract. obseruat. lib. 2. cap. 112.* & docte per Fabrum *dicit. tom. 2. de error. decad. 35. error. 8.* vbi declarat d.l. fin. & alias loquentes de dispositione imperfecta patris inter filios subeunda obtineri, vbi defectus non in voluntate, sed tantū in solemnitate constat, ac proindē consequens sit in casu propositae conclusionis, iuramentum nihil operari propter defectum consensus, nisi supponatur, insinuationi expressè renunciatum fuisse, iuxta firmata cum veriori, & receptiori sententia in dicta Conclusione Insinuationi.*

In his itaq̄ terminis est intelligenda definitio Anton. Fabr. 8. lib. 8. tit. 39. quæ videtur cōtraria, quatenus in ea dicitur, expressam insinuationis renunciationem interuenisse, sed ea seclusa aliud dicendum est, vt benē per Ros. Romanam in dec. 366. par. 1. in nouiss. vbi tametsi num. 27. dicatur, Dominos fuisse varios, & fundamēta vtriusq̄ partis recitentur, ad hoc nimirūm, an donatio, quæ inter viuos inualida est, virtute iuramenti, sustinenda sit in vim donationis causa mortis, vel fideicommissi, & dubita-

tionis vis in eo vertebatur, an contrahentes voluerint se restringere ad actum expressum, quod fuit valde controuersum, at in puncto nostræ conclusionis ex dispositione dictæ l. *donationes* propter defectum insinuationis. vnaminit̄ p̄supponitur, p̄fertim num. 31. 35. & 43. donationem absq̄e insinuatione nullā nō posse alio modo valere, nec trāsire in aliam speciem propter legis resistentiam, eoquè in casu, vbi adest defectus substantiæ, & consensus iuramentum nihil operari, vt in num. 36. & 45. videndis cū tota illa decisione, quæ pulchra, & notabilis est.

In uno tamen casu donatio citrā insinuationē in vim donationis causa mortis sustinenda est, vbi non apparet, factā fuisse inter viuos, & veramur in dubio, & tunc illa est admittenda interpretatio, ut actus magis ualeat, quam pereat, quod generaliter recipitur in dubio, quotiescumq. donatio tanquam inter viuos ualida esse non potest, iuxta definit. eiusdem Fabri 3. ubi suprà, & latē per Marc. Anton. *de Amat. dec. Marchiae 46.* sub num. 43. vers. sed vbi, & in terminis de insinuatione tenent nonnulli relati per Petr. Barbos *ad l. qua dōsis. ff. solut. matrimon. nu. 388.* uel etiam ubi constat, factam fuisse inter viuos, sed ex alio apparet, donatorem ad eum dūtaxat modū non se restrinxisse, sed donationem fecisse inter viuos, & omni alio meliori modo, ut in Conclusione Clauſulam.

## ARGUMENTVM;

Testamentum patris inter filios cum duobus testibus etiam non rogatis validum esse.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Testamentum patris inter filios cum duobus testibus, etiam non rogatis valet.*
- 2 *Solemnitates iuris ciuilis non sunt necessariae parentum testamentis inter filios, sed tantum ea, quae iuris gentium sunt.*
- 3 *Opinio Anton. Fabr. de error. pragmat. tom. 2. decad. 36. error. 2. & 6. reprehenditur.*

## D E C I S I O LXXIV.



I Atris testamentum inter filios cū duobus testibus, etiam non rogatis, ualere. Conclusum, & decissum fuit die 12. mensis Octobris anni 1637. ad favorem Don Petri V ssi contra Ioannam Angelam Ibba, me referente. Actuario Francisco Guio. Per text. in libac consultissima, S. ex imperfecto, ubi ghs. & Doctores, C. de testamen. & est probatissima sententia, de qua latè per Philipp. Paschal. de virib. pat. postestat. part. 2. cap. 8. per Hartbam. Pistor. question. jur. lib. 1. quest. 1. à num. 1. cum additio- ne, per Vicent. Fusar. conf. 4. 1. à numer. 16. per Gaspar. Anton. Thesaur. quest. forens. lib. 4. quest. 34. nu. 4. & omnium latissimè per Anton. de Amar. variar. resol. tom. 2. resol. 90. à n. 5.

2 Ratio autem, quæ ab omnibus cōmunitè redditur, ea est, quia, inquiunt, huiusmodi parentum testamentis inter filios necessariæ non sunt solemnitates iuris ciuilis, sed sufficiunt ex, quæ sunt iuris gentium, à quo sānè testamenti origo, & inuenitio emanauit, ac proindè testimoniū numerus is requiritur, per quem probatio certa haberi potest, quæ quidem ex eodem iure gentium in duobus sānè consistit, iuxta vulgatum illud à

Christi Domini nostri ore profectum, quod in ore duorum, vel trium stat omni verbum, ut refertur in cap. cū effes. de testam.

3 Nil refragantibus in contrarium adducitis p. Ant. Fabr. de error. pragmat. tom. 2. decad. 36. error. 2. & 6. vbi erroneum esse contendit illud de duorum testimoniū numero, & eorum solemnitate, & testamenti inuentione iuri gentium referenda; siquidem nē in refellendis pluribus ab eo adducitis tempus conteramus, ad id, quod is principaliter constituit de origine, & inuentione testamenti, nequaquam aliud esse referendum ad ius gentium, sed tantum ius ciuile, sicuti receptori sententia, ut idem Fabr. fatetur, ita etiam veritati aduersari resultat, ex text. singulari in l. nequæ, S. de portati ff. de milit. testam. à Fabro prætermisso, cum alijs relatis per Benedict. Pinelli præceptorem meum Selectar. iur. interpretation. lib. 2. cap. 10. num. 1. &c. vbi latè de hac re agit, & docet, testimoniū factiōnem origine, & inuentione spectare ad ius gentium, non ciuile, eamquæ esse magis communem opinionem testatur, per quam omnia alia à Fabr. in contrarium deducta corrunt, & tolluntur, & nouè plures referens post hanc scripta visus Francij. Carpio de exequitor. testam. lib. 2. cap. 6. num. 3.

## ARGVMENTVM.

Medicis, & Chirurgis vti peritis de mortalitate attestantibus, etiam in criminalibus ad poenam magis credendum esse, quam alijs non peritis contradicentibus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Fides est adhibenda Peritis in parte, Medicis ergo, & Chirurgis de mortalitate attestantibus, etiam in criminalibus creditur, alijs non Peritis contradicentibus.
- 2 Opinio Baldi in l.data opera, vers. si autem non est verus, C. de his, qui accus. non poss. afferentis, testes peritos in casu praedicto presumptiuos, non veros esse, ac proinde non tantum ad condemnationem sufficient, sed neq. ad torturam, & num.seq. 3. explicatur.
- 4 Iudicium Medicorum super vulneris mortalitate non dicitur coniectura, sed vera probatio.
- 5 Iudicium Medicorum, etiam si coniectura esset, & non vera probatio, sufficit in delictis, quae habent se ad figuram delictorum, & non delictorum.
- 6 Testes periti, etiam si numero vincantur, preferri debent testibus non peritis contradicentibus.
- 7 Decisio Rotæ Romanæ in recentior. 623. numer. 7. part. I. tom. 2, explicatur.
- 8 Fides magis adhibetur duobus peritis testibus concordantibus, quam tribus discordantibus.
- 9 Conclusio rationibus augetur.

## DECISIO LXXV.



Eritis in arte standū esse, ac proinde credendum fore Medicis, & Chirurgis de mortalitate attestantibus, etiam in criminalibus ad

condemnationē, etiam contradicentibus alijs non peritis. Conclusum, & decisum fuit me referente die 1. Septembris anni 1629. ad favorem Fisci

Procuratoris cōtra Didacum Palafoto. Actuario Paulo Ribera Scriba in criminalibus. Per text. in l. s̄mel. C. de re milit. lib. 12. & in l. 1. vbi DD. ff. de ventr. inspic. & in cap. significasti, vbi etiā DD. & præsergit Augustin. Barbo, in collectan. qui multos citat de homicid. & est concors omnium opinio, vt restatur Plaza lib. 1. delictorum cap. 23. num. 6. & Iul. Clar. recept. sentent. §. homicidium n. 43. Andr. Gayll. practic. obseru. lib. 2. obseruat. & I. num. 1. Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 1034. num. 5. tom. 2. cum alijs infinitis cumulatis per Prosper. Farinac. in sua prax. criminal. tom. 4. quæst. 127. num. 102. quibus addendi sunt Don Ludou. Peguer. dec. 18. num. 9. volum. 1. Sigism. Scacc. de iud. cap. 83. num. 13. lib. 1. Petrus Caball. resolut. criminal. 248. num. 3. cent. 3. & Camill. de Medices. cons. 30. num. 1. & 2. alijs consulto omissis, qui omnes præsupponunt, & sentiunt, conclusionem obtinere etiam in criminalibus, in quibus præcisè terminis loquuntur, vt ex Medicorum relatione subsequi possit condemnatio ad poenam ordinariam, & expressissimè Rota Lucen. apud Ioseph. Ludovic. decis. 62. num. 8. iudicauit quendam reum mortis, ex quo Medici retulerūt, vulneratum ex vulnere moriturum.

2 Absquè eo, quod in contrarium vrget doctrina Baldi in l. data opera, num. 23. vers. si autem non est verus, C. de his, qui accus. non poss. vbi testes peritos, non veros, sed presumptiuos appellat, & sequitur Fulvius Pacian. de probation. quæst. 47. num. 15. Præsumptiuam autem probationem non sufficere, nequè ad torturam, oppositum fuit pro dicto Palafoto, præterea quod ad illam deueniri nequeat, nisi prius de facto liquido constet, quia tortura non ad liquidandum factum, sed tantam ad liquidandum delinquentem datur, vt voluit idem Bald. in l. 3. S. ei infidem de testibus, quem sequuntur alij, de quibus per Farinac. in dicta sua prax. 10. 1. q. 2. n. 6. circ. fin.

3 Siquidem quod attinet ad primū dictum Baldi, non per illud intendit, vt probationem per Peritos præsumptiuam, nec verā credat, quin immō totum contrarium explicat in eadem l.data.eod. num. 23. dūm agit de perito deponente per verbum *Credo*, quo casu, inquit, facere probationē, ex addita ratione, vel quia præsumitur, quod non sine ratione, vt quando à Perito profertur in materia artis suæ, & tunc pro assertione habetur, atquè ita apparet, *Baldum* peritum præsumptum testē appellare, ex quo habet præsumptionem pro se, at qui non est peritus, præsumptione destituitur, & tantummodò ei creditur, si rationem sufficientē sui dicti reddat.

4 In terminis ergò de iudicio Medicorum super mortalitate vulneris, quod nō dicatur coniectura sed vera probatio, tradit *Jacob. Menoch. de arbitr. iudic. casu* 275. num. 11. in fine, & etiam si esset coniectura, sufficeret in proposito, cùm aliud dictum Baldi relatum cum *Farinacio* declaratur ab isto in eadem quæst. 2. num. 29. ne utiquām procedere in delictis, quæ habent se ad figuram delictorum, & non delictorum, vt quia possint cum scelere, & sine eo, vt in suffocatione, (quæ erat casus facti, super quo fuit hæc conclusio sumpta), de qua non constat, an à maleficio, vel à natura, prouenerit, & concludit post alios, quos citat, sufficeret coniecturas, & in eisdemmet terminis de suffocatione uxoris concurrentibus aliquibus cōiecturis esse maritum questioni subiectum, firmat *Foller. in practic. crimin. in S. dentur capitula*, quod suffocauit uxorem à num. 1. & præcipue num. 59. & *Marsil. conf. 5.* & est *decisiō Nicol. Boer. 261.*

6 Nequè de testibus non peritis cōtradicentibus est curandum, cùm periti, etiam si numero vincantur, præferti debeat, tradiderunt multi, de quibus per *Deci. conf. 489. num. 12.* & per *Honded. conf. 31. num. 46. vol. 1.*

quod etiam firmauit *Rot. Roman. coram Seraph. decis. 665. num. 7. par. 1.* & coram *Ludouis. decis. 161. num. 8.* & sequitur *Steph. Gratian. discept. forens. cap. 926. num. 16. vol. 5.* & magis credendum fore vni perito, quam tribus testibus definiuit eadem *Rot. Roman. in recentior. decis. 623. num. 7. part. 1. tom. 2.* quin immō, etiam si cum nō peritis cōcurreret unus peritus, & ageatur de innocentia rei, quo in casu unico, & singulari testi credepdum fore, docuit *Mascard. d. conclus. 1034. num. 33.* & cum alijs *Farin. d. quæst. 127. num. 168.* nil prodebet, quia id est verum, ybi vni perito non aduersantur alij. Quod si plures sint numero contrarium deponentes, magis istis, quam illi standum esse, tenent *Nicol. Boer. decis. 323.* post *num. 24. Cepol. conf. 28. num. 2. Pacian. d. cap. 47. num. 166.* & ijdem *Mascard.* & *Farinac. in locis citatis*, ille *num. 46.* & iste *num. 141.* & quod duobus peritis cōcordantibus sit magis standum, quam tribus discordantibus, est *decisiō Rot. Roman. in recentior. 554. num. 4. par. 1. tom. 2.*

9 Nequè etiam isto casu iuuare potest præsumptio pro exclusione delicti per *Lemerito. ff. pro socio*, cùm alijs citatis ex *Mascard. conclus. 864. nu. 3.* quia hæc cessat in proposito, non data scilicet paritate in doctrina, in numero, in dignitate, ceterisque qualitatibus, vt declarat idem *Mascard. dicta conclus. 1034. num. 10.* & *Farin. d. quæst. 127. num. 148.* maximè vbi pro reo testes deponunt ad defensam, namquè tunc nullam eis fidem adhibendam fore, suadet *Iulius Clar. in d. S. homicidium nu. 43.* ex quo solent de facili deponere, vt faueant inquisitis, & multi (vt ait ille) corrupti pecunia, vel gratia protestantur contraria veritatem.

## ARGUMENTVM.

Filiam sui iuris, quæ cum iuramento validè legitimæ renunciavit, impunè præteriri posse.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Filia sui iuris effecta, quæ legitima cū iuramento validè renunciavit, impunè potest præteriri.*
- 2 *Legitima titulo institutionis emancipato filio est relinquenda, differentia precisa patriæ potestatis, & emancipationis.*
- 3 *Modus, quo filius familias succedit, lögè differt à modo, quo succedit emancipatus, & num. 4.*
- 5 *Institutionis cur sit necessaria in filiofamilias, qui cum iuramento renunciavit.*
- 6 *Necessitas instituendi cur efferet in emancipato, qui renunciavit.*
- 7 *Opinio Doctorum afferentium, quod iam emancipatus, quam filiusfamilias (in casu conclusionis) præteriri possint, distinguitur.*
- 8 *Ius suitatis indistincte per statutum tollitur.*

## DECISIO LXXVI.

**D**RÆTERIRI IMPUNÈ POSSIT, FILIAM SUI IURIS EFFECTAM PER MATRIMONIUM EX PRIVILEGIO ISTIUS CIUITATIS, VEL ALITER, VBI VALIDÈ CŪ IURAMENTO LEGITIMAE RENUNCIAVIT. *Conclusum, & decisum fuit die 24. mensis Nouembris anni 1637. me referente in causa inter nobilem Angelam Scarchioni, & Santjust ex una, & Nicolaum Scarchioni Ciuitatis Ecclesiarum ex alia. Actuario Iohanne Antonio Polla notario. Per*

- decis. Grationopolitan. Guid. Pap. 295. & 598. in quibus (postquam ipse Guido pro exclusione sententia Petri Iacobi, quam à principio refert, & magis communem, & à suo Senatu sequuntā profitetur, in eo, quod voluit, filiumfamilias partem facere in computatione legitimæ, ex eodem Petro Iacobo, & alijs considerauit, filiumfamilias per renunciationem totaliter se alienum reddidisse à successione paterna, adeò ut non teneatur eum instituere, aut exheredare) in fine tamen, quod attinet ad nostram conclusionem de emancipato trahit cum sententia eiusdem Petri Iacobi, quod non faciat partem, sub illo præsupposito, quod eum validè potest præterire.*
- 2** *Et expressius Anton. Fab. de error. pragmatic. tom. 1. decad. 13. error. 1. quamvis in illa parte, quæ ad filiumfamilias spectat, sententiam Guid. Pap. improbet, & erroneam demonstrationibus, de quibus latè per eum; attamen in emancipato num. 17. nostram conclusionem admittit, & comprobatur, & facit, quod licet emancipato debeatur legitima, eaquæ illi titulo institutionis relinquenda sit, sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis, vt cum probabiliori, & magis communi sententia docet Mercur. Merlin. de legitima. lib. 1. tit. 2. quest. 3. à num. 4. quam etiam veriorem dicit Iohann. Petr. Surd. conf. 341. num. 27. vol. 3. in contrarium citatus per Merlin. num. 3.*
- 3** *Sed nihilominus ex traditis hic per Surdum, & signantè num. 13. cum seq. constat, adhuc subsistere differentiam inter filiumfamilias, & emācipatum, quod ad modum succedendi, videlicet in eo, quod filio sub patria potestate existenti acquiratur successio ipso iure, etiam eo inuito, at in emancipato requiritur factum aditionis hereditatis, & ideo concludit Surdus cum communi, & recepta sententia, quod emancipatus successionem, & legiti-*
- mam,*

5. *mam, quam non adiuit, non transmit-*  
*tit, quod etiam ex alijs tradit Nicol.*  
*Noal de transmiss. casu 8. numer. 78.*  
*quamvis hoc de transmissione non*  
*transflet sine scrupulo, per tradita ab*  
*codem Merlin. d. tract. de legitima lib.*  
*5. tit. 3. q. 9.*
4. *Sed ratio illa diuersitatis in modo*  
*succedendi inter filium sub potesta-*  
*te, & emancipatum vnanimiter reci-*  
*pitur, & in ea potissimum se fundat*  
*Faber loco citato, ex eaquè ille deduc-*  
*it, quòd in primo necessaria sit iusti-*  
*tatio, alias per præteritionem annul-*  
*letur testamentum, non ad commodū*
5. *ipsius præteriti, quia per renunciatio-*  
*nem cum iuramento exclusus rema-*  
*net ab omni impugnatione illius, sed*  
*tantum ad beneficium f. atrum, si eis*  
*expadiat, quod cum communis opini-*  
*ione probauit etiam Iul. Clar. recept.*  
*sentent. in §. testamentum quest. 43. nu-*  
*4. & nouè cum multis alijs Jacob. Can-*  
*cer. variar. resolut. lib. 1. cap. 4. à n. 28. in*  
*vltima impressione.*
6. *In emancipato autem non cessat*  
*necessitas instituendi, quia cùm ei he-*  
*reditas, & legitima non acquiratur*  
*ipso iure, sed requiratur aditio, & ab*  
*hac remaneat exclusus per renuncia-*  
*tionem cum iuramento, sequitur, te-*  
*stamentum subsistere, non obstante*  
*illius præteritione, & in his terminis*  
*de emancipato iuxta conclusionem*  
*vera est sententia Bartoli, & commu-*  
*nis, quòd filius, qui legitimè renun-*  
*ciauit cum iuramento, impunè præte-*  
*riri possit, de qua latè per eundem*  
*Cancer. in suo tom. 3. variar. cap. 15.*  
*de renunciatione num. 6. nouissime per*  
*Dominum Regentem D. Franciscum*  
*Merlinum controuersi. iur. tom. 1. contro-*  
*uers. 11. n. 2.*
7. *Quòd si aliqui Doctores sint, qui*  
*idē de filiosfamilias renunciāt, quòd*  
*præteriri possit admittant, & teneant,*  
*intelligendi sunt quòd ad præiudicium*  
*proprium, & in his terminis expressè*  
*loquitur Cancer. eod. cap. 15. num. 3.*  
*cum seqq. vbi quòd renuncians quòd ad*

*sui commodum, perindè habetur, ac*  
*si non esset, & locum habet definitio*  
*Annon. Fab. 8. in Cod. tit. 3. lib. 2. sed fra-*  
*tres beneficio præteriti benè potue-*  
*runt agere contra testamentum, vt*  
*probatum est, & ideo isto casu esse*  
*necessariam institutionem, voluerunt*  
*ex alijs D. Franc. del Castill. decis. 145.*  
*num. 6. volum. 2. & Merlin. vbi suprà*  
*lib. 3. tit. 2. q. 25. n. 23.*

8. *Ad nostram autem conclusionem*  
*conferunt, quòd de filia exclusa à suc-*  
*cessione per statutum, quòd impunè*  
*prætereatur quòd ad omnes, cum com-*  
*muni sententia firmat Iul. Clar. in d. S.*  
*testamentum quest. 42. vers. item que-*  
*ro. Nàm etli ab eo recedat Faber d.*  
*error. 1. num. 13. in filiosfamilias, sed*  
*re melius pensata in 2. tom. decad. 27.*  
*error. 8. num. 13. se ipsum corrigit, &*  
*errasse fatetur, ex eo, quòd per statu-*  
*tum indistinctè tollitur ius suitatis, &*  
*impeditur acquisitio de iure, ac proin-*  
*dè mirum non est, si exclusus non pos-*  
*sit agere contra testamentum, nequè*  
*alij pro eo, & hanc sententiam nouis-*  
*simè tenet Merlin. d. lib. 3. tit. 1. quest.*  
*14. num. 6. D. Andr. Molfes. ad Confue-*  
*tud. Neap. par. 4. de success. ab intestato*  
*quest. 18. à num. 2. & Horat. Viscont. in*  
*addit. ad decis. Vincen. de Franch. 149.*  
*à d. num. 7. qui omnes multos alios*  
*citant.*

IV X. 1. 1.

part. 1. 1. 1. R.  
 ARGUMENTVM.  
 Euicta in totum, vel pro parte,  
 re in solutum data credito-  
 rem primævis iuribus agi  
 posse, etiam si species pro  
 pecunia data supponatur.

SVM

## S V M M A R I V M.

- 1 Res se pro parte euincatur, creditor primævis iuribus agere potest ad totius crediti recuperationem tam aduersus debitorem, quam contra tertium possessorem.
- 2 Euictio si in parte sequatur, potest creditor primævis iuribus vti.
- 3 Opinio afferentium, in datione in solutum, quia venditionis locum obtinet, finitam esse pignoris obligationem, & tantum utilem ex empto actionem competere, refertur, & opinio cōtraria vti verior commendatur, & num. 4.
- 5 Text. in l. elegantè, ff. de pignor. act. & l. si prædium, C. de euiction. pro supradicta opinione relati expli- cantur, & in sensum opinionis nu. 4. firmatae reducuntur.
- 6 Actio utilis ex empto creditor accedit in datione in solutum, pignoris obliga- tione penitus extincta.
- 7 L. elegantè, & l. si prædium eruditè pro conclusione adducuntur, & ea- rum dicta perductè declarantur, & num. 8.
- 9 Verbum, videtur, dubitantis, & hæsi- tantis, non affirmantis, & responden- tis sententiam arguit.
- 10 Actio ex empto quodd contrahatur, & pignoris obligatio insimul subsistat, contradictionem non recipit.
- 11 Relata per Dominum D. Franciscum Merlinum dignissimum, ac perdo- ctum Regentem controuersi. fo- rense. cap. 27. num. 20. & 25. decla- rantur, & ipsius interpretatio ad dictam leg. elegantè refertur, & num. 12.
- 12 Illud, quod euincitur, & auferitur, so- lutum minimè videtur.
- 14 Interpretatio Dom. Regent. Merlin. ad dictam leg. elegantè corruist, & aforiori.
- 15 Opinio Fabri in interpretanda dicta l. elegantè, ff. de pignor. act. vti men- dax reprobatur.
- 16 Dictio, immò, corrigit antecedentia,

& quod ultimum ponitur, determi- nat.

- 17 Cōclusio à nobis firmata corroboratur, & Fabri interpretatio reijcitur. nu. 18. 19 & 20.

## DECISIO LXXVII.

- I**gnoris obligationem nullatenus perimi per dationem in solutum, sed in suspenso manere, ac propterea euic- arre pro parte creditorem primævis iuribus agere posse ad recuperationem totius crediti tam aduersus debitorem, quam contra tertium possessorem. Conclusum, & deci- sum fuit die 5. Maij 1635. me referen- se in fauorem Mariannæ Rustudio con- tra Bertolum Deliperi. Attuario Gua- spa. Per tex. expressum in l. si quis aliam ff. de solution. cum concordanti- bus, de quibus latè per Bart. & DD. ibi. & post multos firmant Andr. Tira quell. in tract. lignag. §. 25. num. 26. & 27. Ant. Gomes. variar. resolut. tit. de contracti. cap. 10. num. 25. vers. quariū facit. Matienz. in l. 7. tit. 11. gloss. 7. nu. 21. cum seqq. lib. 5. post eos Gaspar Herm. fil. in addit. ad Gregor. Lopez gloss. l. 32. tit. 5. par. 5. probauit etiam Ioann. Anton. Bellon. conf. 42. num. 7. & conf. 91. à num. 5. sed latius cum multis Ioan. Petr. Surd. conf. 441. num. 33. cum seqq. Rot. Genuens. apud Bellon. dec. 456. à num. 10. & D. Franc. del Castill. dec. 5. nu. 49. vers. in donatione, qui omnes 2 eam rationem reddunt, quia sicuti ab initio creditor constringi nullatenus poterat, vt solutiones diuisas recipe- ret, ita nec ex post facto, propterea quodd sequuta euictione in parte pri- mævis iuribus vti eidem permittatur, & liceat, quod neutquam in vendi- tione procedere affirmant, ac propte- rea in ea oppositum, vt non nisi pro parte de euictione emptori aduersus venditorem agere fas sit, præfati om- nes vñanimiter admittunt, per text.

*in l. cùm plures. ff. de euiction.*

3 Vndè Bartol. multiquè ex alijs inductione etiam in solutum, si res pro debito pecuniario detur, quia vice venditionis obtinet, finitam esse pignoris obligationem, vtilemquè exempto actione in tantum competere contendunt per text. *in l. elegantè ff de pignor.action. & in l. si predium C. de euiction.* atquè ità in Senatu Mātuano decisum constat ex Ioan. Petr. Surdi. decif. 266. ad quam Ioann. Bapista Hodierna in addition. penè infinitos citat num. 1. & num 6. cum seq. alios etiam cumulat post eum recentē Dominus Regens D. Franc. Merlin. controuers. forens. cap. 27. num. 2. & 6. tenet etiam cum multis Guzman de euiction. quæst. 28. à num. 17. sequitur, & alios citat nouissimè post huc scripta visus Ioann. Mar. Nouar. de insalut. dation. quest. 11.

Verū tamē in hac eademmet facie specie, quādo scilicet species pro pecunia datur, veriorem adhuc nostram cōclusionem agnoscit, & comprobac Anton. Faber in Cod. lib. 8. tit. 30. de solution. defin. 49. & tit. seq. de euiction. defin. 20. nec non de error. pragmat. tom. 4. decad. 100. error. 7. cū dubibus seqq. in ration. alibus. item ad dictam l. elegantè. sequitur, aliosquè antiquiores citat Gaspar Anton. Thesaur. question. forens. lib. 2. quest. 88. à num. 5. præcipue Afflict. decif. 8. & 16. vbi ita per Sacrum Consilium Neapolitanum decisum apparet, ac propriea post eum, & alios hodiè magis obtainere, & magis communem opinionem esse, testatur Anton. Monach. decif. Bonon. 40. punct. 8. num. 16. alios addit D. Merlin. d. cap. 27. num. 3. vbi ad finem capituli ita per Magnam Curiam Vicariæ prouisum, & confirmatum per Sacrum Consilium, re solemniter discussa proficitur, tenet Steph. Gratian. discept. forens. cap. 950. num. 17. tom. 5. vbi post alios decisionem Rotæ Romanae refert, sed latius post multos comprobac D. Ioann. Ca-

still. Sotomaior quotid. controuers. 10. 4. cap. 59. à num. 60. iuxta decisionem sui Senatus Hispalensis, quam ibi recenset, & sub num. 70. vers. in primis veriorem, iurumquè omnium decisioni magis consonam explicat, sequitur, pariterquè veriorem, & vsu forensi magis receptam enunciauit Dominus Regens Fab. Capycius Galeota controu. illustr. lib. 1. controu. 32. n. 6. quinimmò idemmet Surdus ex opposito citatus in præfata sua decif. 266. ad finem de veritate illius per Sacrum Senatum dubitatum fuisse affirmat.

5 Veritatē itaqè pro nostra conclusione persistere deuincitur, non tantum ex multis iuribus, & rationibus per præfatos Doctores ad sui favorem collectos, præcipue per Castillum Sotomaior. d. num. 70. vers. quartò constituo, sed etiam ex citatis pro cōtraria opinione clarè, & evidentē comprobatur, nempe per d. l. elegantè, & d. l. si predium, quibus ille potissimum nititur; nam quod attinet ad ultimam, expresse disponit, causam pignoris mutatam non esse, & vtilem actionem creditorī contra debitore cōpetere, cū nil prohibeat, vtrumq; verum esse, primam videlicet obligationem durare, nequè extinctam esse, & nihilominus vtilem exempto actionem creditorī accedere, vt optimè affirms Anton. Faber d. error. 8. col. 1. & antè eum ex doctrinis renuerūt Jacob. Cuiac. ad lib. 15. question. Pauli in l. qui res. ff. de solut. 6 Jacob. Cabot. lib. 2. disput. cap. 27. Hugo Donell. ad d. l. si predium ex num. 3. & Briffon. in tractat. de solutio. quos omnes refert, & sequitur Castillo Sotomaior eod. num. 70. suprà citato col. 2. quamvis in hac parte Dominus Merlin. vbi suprà num. 8. & 22. crediderit, non vtilem ex exempto esse actionem, quæ ex hac lege creditorī cōceditur, sed vtilem, id est efficacem, quam ad eandem pignoris veterem actionem accommodat.

7 Nam & si *Glosa*, ceterique *Dotores* communiter ad eandem legem si *prædium*, & ad *I.libera C.de sentent. & interloc. omnium Iud. cum concordatis* in ea sint sententia, ut existiment, actionem tantum utilem ex empto creditori in hoc casu dari pignoris, antiquiori prorsus sublata, & extincta. Hanc tamen communem sententiam contra casum expressum prefatæ legis si *prædium* inconsulto agere manifeste constat, & perliquet ex illis verbis, de quibus in ea ibi *causa pignoris mutata non est*, quibus quidem nullatenus responderet, quia responderi non potest, quod enim *Glosa in verb. mutata, & post eam Baldu sibi num. 1. & si qui sunt alij innuerre videtur, mutatam non esse pignoris obligationem respectu aliorum creditorum, per I. si debitor, quam civitatis, C.de remiss. pignor. satisfactionem recipit à I. I. C. si antiq. creditor. ab eisdem ad oppositum relati; nec nos distinguere debemus, quod lex non distinguit, sed indistincte, & generaliter, prout lex ipsa loquitur, quod non sit mutata causa pignoris tam respectu aliorum creditorum, quam debitoris, qui rem in solutum dedit, intelligi debet, per ea, quæ latè cum multis comprobat Simon Barbos. in suis princ. & loc. commun. lit. L. nu. 28. cum seq.*

8 Ac propterea prefata illa communis contra nostram conclusionem ad unicum refugium elegantè aditum, & recursum habet, sentiens, casum expressè in ea ad sui fauorem decimum, & determinatum esse per illa verba, de quibus ibi, & videtur finita esse pignoris obligatio, & à contractu recessum, immò utilis ex empto accommodata est, obscuram tamen, quam omnes agnoscunt, huius legis definitionem, nullatenus dicendum est, tot iurium contra illam apertam, & claram dispositionem oppugnare, & destruere voluisse. Verum quia omnes, quoquot hucusque viderim, nullam

probabilem huius *legis sententiam* excogitare potuerūt, qui communem sequuntur, pristinam actionem pignoris extintam, sublatamque constanter affirmant per eadem verba nuper enunciata, quæ, si recte attendantur, neutquam eorum intēcum probant, propterea quod illa reguntur ab illo verbo, *videtur*, quod dubitantis, & hæsitantis magis, quam affirmantis, & respondentis vim, & sententiam appetit, ut notat *Faber d. corr. 8. alia verò, quæ subiiciuntur de utile ex empto pariter non refragātur, cum utrumque scriptum sit in d. l. si *prædium*, & utrumque simul stare, & concurrere posse, suprà cum eodem Fabro, & alijs abunde comprobatum extat.*

9 *Quinimmò eadem communis in specie nostri casus libenter agnoscit, nullam continere incompatibilitatem, quod pignoris obligatio subsistat, nouaque ex empto contrahatur, in euentu nimirum, in quo quis emit, vel in solutum accipit cum protestatione, quod à pristina obligatione recedere nolit; tūc enim omnes unanimiter admittunt, pristina iura conferuari, ita *Surdus d. decis. 266. num. 6. Castillo Siculus d. decis. 5. nu. 5. D. Gars. Mastrill. decis. 10. & 120. num. 3. cum alijs, de quibus latè per Anton. de Amat. variar. resolut. hb. 1. resolut. 50. nu. 10. quod admitti nullatenus possit supposita incompatibilitate, ut generaliter agnoscit post alios idem Amat. ibi. num. 27. punctimque ad casum nostrum *Dominus Merlin. ubi suprà num. 27. ac propterea num. 35. vers. ex quibus ita dicit, non esse necessariam in presenti quæstione distinctionem illam, quam communiter faciunt Pragmatici nostri, quos coacceruat *Hodierna in addit. ad Surd. d. decis. 266. num. 13. an creditor reseruauerit sibi priora iura, vel ne; nam si extincta sunt, non est quid reseruetur, si autem adhuc durent, necessaria non est reseruatio. hactenus ille.****

10 *Mirandum tamen est de Viro hoc*

doctissimo, ac Regente dignissimo, qui postquam num. 20. generalem firmauerit conclusionem per hæc verba, quod ubique per actum nouiter gestum à contrahentibus, siue sit emptionis, & venditionis, siue permutationis, siue dationis in solutum, liberationem omnimodam non consequitur debitor, quia res tradita non omnino facta est accipientis, semper primæ uiru integrare manent, & exerceri possunt, quæd cumq. ipsius intererit; tandem num. 25. cum seqq. pro satisfactione præfactæ l. elegantè respondit, nam vera resolutio est (inquit, & sunt verba formalia illius) quod in casu illo per imputationem dominij facta à Cæsare, videtur id à creditore actum, ut debitor sit omnino liberatus à priori obligatione, quid ex vi propria pactionis resultat, ad text. in l. soluitur. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. cum concordantibus, nec enim poterat simul dominum fieri, & creditorem remanere, quia hæc duo pugnant inter se. Nec quod pignus. ff. de reg. iur.

Hæc, inquam, ego sua pace (quem admodum Senatui etiam nostro placuit) nullatenus inter se, sed potius contra Authorem pugnare; propterea quod si resolutio ista ultimò ab illo relata veritate nitatur, funditus euertere, & demoliri conclusionem illam, quam antea sub dicto num. 20. firmauerat, necessum sit, nullaq; magis vis propriæ pactionis insit in uno, quam in altero casu, nec ille differentiæ rationem assignat, cur in priori casu emptionis, permutationis, & in solutum dationis liberationem omnimodam non consequatur debitor, in posteriori vero d. l. elegantè omnino liberetur, cum perquæ in utroque eadem militet ratio, concurratq; pactio, & consensus creditoris, in quo potissimum fundatur dispositio d. l. soluitur, quam citat Dom. Reg. Merlin. ad hoc ut ex pactione, & consensu creditoris remissa, & sublata censeatur hypotheca.

Hæc enim non ita planè procedunt in casu nostro, in quo creditor non simpliciter id egit, ut creditorem liberaret, sed ita demum de illius liberatione tractauit per emptionem, permutationem, seu dationem in solutum, seu etiam per dominij imputationem à Cæsare (ut omnes casus comprehendamus, & pariformiter declaremus) media scilicet re, quam in solutione, & satisfactionem sui crediti consequi sperauit, si cum effectu res apud ipsū maneret. Vnde postquam spes hæc frustrari, & res illa euinci contigerit, nulla ratione, propterea quod tunc ad irrum reducetur pactio, & deficit consensus, quasi sub conditione præstitus, pignus remissum, sublataq; hypotheca dici potest, quia solutum non videtur, quod euincitur, & affertur, ut probat l. nec enim, ff. de pign. ori. verumque est, non esse satisfactum, ut in propria facti specie scripsit Iuris consultus ad l. ex sextante, §. latinus, ff. de except. rei iudic.

Nam et si ibi in §. ultim. post dominium quæsitum pignus perseverare, non posse statuatur, id tamen tunc obtinet, & locum sibi vindicat, cum dominium perfectè, & reuocabilitè quæsitum est, l. debitor, §. remans, ff. ad S.C. Trebell. nequè consensus creditoris in remissione pignoris, qui licet citur, & colligitur ex illo actu emptionis, dationis in solutu, seu imputationis dominij à Cæsare, debet aliquid operari, nisi rebus sic stantibus, & in eventu, quo rata maneat venditio, & in solutu datio, aliter isti actus, per quos creditor meliorem conditionem suam efficere fategit, deteriorem illam redderet, contra ipsum mētem, & intentionem, ex quibus (multis alijs consulto prætermisso) cœrtauit prorsus responsio Dom. Reg. Merlin. ad d. l. elegantè.

Ad eam tandem alij alias dedere, ineptas equidem omnes, omniumque ineptissimam, seu verius temerariam, qua vtitur Faber in ea parte, in qua

huius

huius legis sententiā ( propterea quod veram penetrare, aut aliam probabilem absque textus corruptione inuenire, aut excogitare nequieverit ) *Triboniano* potius, quam *Vlpiano* adscribit, quāuis aliās in multis, de quibus ubi suprà per eum circā intellec-tum huius totius receptae legis elegātē, ceterorumque omnium errores non obscurē demonstret, & patefaciat.

16 Inter quos ipse malū cum omnibus cadere potius, quam, ut meam in re jam graui sententiam, de qua maxime gloriā, præterea quod à Senātu nostro doctissimo assensum, beneplacitumq; meruerit, silentio inuoluere. Dīxi itaq; cum *Fabro* verba illa, nimirūn, & videtur finita esse pignoris obligatio, & à contractu recessum, non affirmatiū, sed dubitatiū pro ratione dubitandi adiecta, & apposita fuisse, decisionem autem ad quæsumum apud *Vlpianum* petendam esse, ex his, quæ sequuntur. Et primò ex dictione immo, quæ immediatè ad relata subsequitur, cuius quidem dictio[n]is ea est natura, ut antecedentia corrigat, & quod ultimum est determinet, ut latè cum multis comprobat *Augustin. Barbo*, *de dictio[n]i. vsu freq. dictio[n]i.* 151. ac propterea istius dictio[n]is virtute correctum resultat, quod anteriori loco dictum, & propositum fuerat, videri scilicet finitam pignoris obligacionem, & à contractu recessum, immo totum oppositum firmari, & definiri.

17 At hæc prætermissa ponderatione verbi accommodata est, quod sui natura idem importat, & significat, quod adhibere, adaptare, adjicere, apponere, & ad id, quod est, aliquid addere, ex traditis per *Ambros. Calepin.* in suo *Dictionar. ling. latine*, ad ea verba, quasi *Vlpianus* diceret, immo non est finita obligatio pignoris, nec à contractu recessum, sed amplius ei utilis exempto accommodata est, id est addita est.

Vltimum autem, quod in hac legi ad decisionem ipsius quæsumi oppositiū constat per hæc verba, & compensationem habere potest creditor, si forte pignoratitia, vel alia causa cum eo agatur, ex quibus non tantum habita ratione actionis pignoratitiae, quam contra creditorem intentari posse conceditur; quod fieri nullatenus posset, si finita fuisset pignoris obligatio, & à contractu recessum, ut benè *Faber* fundat *de error. 9.* contra communem Doctorum, qui diuinando preter quæsumum legis damnum per creditorem in pignore illatum, ad hoc ut pignoratione sit lœsus, supponunt, & fingunt, quod neutiquam congruere, nec ad aptari potest ad hæc vltima verba relata, super quibus *Faber* ipse valde insudauit, & quia verum eorum sensum capere, & deducere haud potuit, totum hunc locum *Vlpiani* à *Triboniano* corruptum iterum attestatur, & repeatit.

Sed humanius cum *Triboniano* agens, & melius incorruptum hunc textum agnoscens, ex eisdem vltimis verbis non obscurè dignoscitur, & devincitur, quæsumi decisionem in vera sui intelligentia uersari, atq; considerare, propterea quod in casu illo impetratio dominij à *Cesare* subsequuta illius euictione quæsumum fuerit, an creditor contrariam pignoratiam haberet, & licet visum fuerit, finitam esse pignoris obligationem, & à contractu recessum, elegantè respondit *Vlpianus* post verba intermedia, de quibus iam actum est, quod scilicet ultrà actionem utilem exempto, & compensationem habere potest creditor, si pignoratitia, vel alia ex causa cum eo agetur.

19 Quomodo autem augetur pignoratitia post impetratum dominium à *Cesare*, patet ex *I. 3. C. de iur. domin. impetr.* cum concordantibus, ubi habetur, debitori annum concedit ad luendum, & repetendum pignus, ac propterea intrà annū, absq; eo, quod

necessum

necessum sit suppositum commune de damno infecto pignoratitia agi posse apparet, atque tunc siue ea, siue alia causa cum creditore agatur, semper ipse habere potest compensationem, id est contrariam oppignoratitiam, de qua fuit principale quæliu, quamquam ipse creditor dedit, & remisit in compensationem dominij ab eo imperati pro satisfactione illius valoris, & pretij; proprieatate quod, ut firmat Petr. Paul. Paris quem sequuntur Pyrr. Maur. Aret. de solut. & Novat. de insolut. datio. quæst. 10. nu. 4. vbi alios citat, ex in solutum datione inducatur debiti, & crediti solutio, id est compensatione, quæ nihil aliud est, quam debiti, & crediti inter se contributio. I. ff. de compensat. cum similibus.

20 De hac itaq; compensatione, quam creditor dedit pro dominio impetrando, quæq; in remissione sui crediti contrariam pignoratitiam comprehendit, ad hoc ut ea vti, & habere possit post euictum dominium, Vlpianus pertractat, siue debtor ipse sit, qui intrâ annum pignoratitia agat, siue alij alia causa, cum quibus aliter id de compensatione verificari nullatenus potest, ita ergo planus, & clarus redditur sensus huius legis, & ipsius quesuum, an scilicet creditor habeat contrariam pignoratitiam, convertitur cum suo definito, eiq; correspondet, quod vtiq; habere possit compensationem, contrariam nimirum pignoratitiam ad recuperationem sui crediti, ut hactenus explanatum, & declaratum extat, & consequenter firmissima manet nostra conclusio.

Post eam autem nuperim ad meas manus peruenit Codex variar. resol. doctissimi D. Ferdin. Arias de Mesa in Sacro Neapolitano Consilio Collegæ, & Domini mei, in quo ad cap. 38. lib. 1. à num. 4. multos Doctores, rationes, & iura pro ea adducit, vindendus, & in capitibus seq. in quibus latè totam hanc materiam dilucidat,

& enucleat usq; ad cap. 42. ad quod plenius ex proposito de hac lege elecantur differit, & pertractat, nam etsi in eo contra conclusionem agat, præcipue n. 25. ex eadē lege soluitur, quibus mod. pign. & hypoth. soluatur, quanexus fuit Dominus Merlin. ubi supra; sed responsum datum ad istum, ad alterius Domini satisfactionem peræquè sufficiet.

## ARGUMENTVM.

Creditorem potiorem in censu ex l. interdum ff. qui potior. in pign. hab. esse quoquè potiorem in usuris, & pensionibus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Creditor potior in forte, & proprietate data ad censem pro domus refectione, potior quoquæ est in pensionibus ex eo censu decursis.
- 2 Opinio contrariorum conciliatur.
- 3 Tex. in l. si ventri S. in bonis ff. de privileg. creditor. & l. si hominem S. fin. ff. mandat. verus sensus tribuitur, & num. 4.
- 5 Conclusio corroboratur eisdem contrariorum argumentis, & rationibus augetur.

## D E C I S I O . LXXVIII.



Otiorem in sorte, & proprietate ad censem pro refectione domus data ex l. interdum ff. qui potior. in pign. hab. esse quoq; potiorem in pensionibus ex eo censu decursis.

Con-

*Conclusum, & decisum fuit die 11. mensis Octobris anni 1636. me referente ad fauorem Occonomi Conuenitus Fratrum Duae Mariae à Monte Carmelo contra Mariannam Setza, & Ca uaro. Actuario Hieronymo Gamboa. Per latè, & doctè tradita à Ioann. Franc. à Ponte decis. 34. à nu. 29. versi ex his, vbi similem proponit questionem in eo, qui pecuniam dedit ad comparationem. rei cum speciali hypotheca illius, iuxta terminos l. licet C. eod. an scilicet sicuti præfertur in re empta anterioribus creditoribus pro sorte, præferatur etiam pro usuris, & à num. 30. conteraria opponit, sed sub num. 36. pro vera, firma, & practicata conclusione firmat, in eo. casu potiorem in sorte esse quoq; potiorem in usuris, & tandem sub num. 51. in puncto nostræ cōclusionis eam admittit, ex eo potissimum, quod per pecuniam datam ad refectionem tota pignoris causa salua fit, ac propterea iura dant anterioritatem, sine qua creditores anteriores pignus amissent. Vndè cùm eadem sit ratio in hoc casu, quæ in eo, qui pecuniam dat ad rem emendam, eadem debet esse iuris dispositio, Ripæ autem sententiam, quæ sibi visa fuit contraria reiicit & dicit, Ripam non disputasse articulum, sed quod sic per transennam auctoritate Pauli de Castro hoc credidit, qui Paulus loquitur in pœna, non autem in interesse pecunia impensa.*

*Verum tamen Ripæ sententia non aduersatur nostræ conclusioni, cùm hæc in pensionibus censum, & interesse intrinsecè debito locū habeat; illa verò intelligenda, seū melius restringenda est iuxta auctoritatem Pauli, quæ nititur ad interesse extrinsecum ex mora debitum, sicuti pœna, de qua Paulus verba facit, ut quid extrinsecum iudicatur, & ita conciliantur contraria, & Negusantius, & alij, qui dictum Ripæ sequuntur, declarandi sunt, dempto Roderic. in*

- tract. de annuis, & membr. reddit. lib. 2. quest. 20. num. 13. cum quo transit D. Gars. Mastrill. in addit. ad Petr. Gregor. de cens. quest. 5. num. 56. vers. sed quid, qui in proprio nostro casu de pensionibus censum contra conclusionem firmant, ex text. in l. si versi. Sin bonis ff. de priuile. credito. & l. si bominem l. fin. ff. mandat. sed contra eos facit, quod in locis citatis ille nu. 10. & iste sub vers. sed in contrarium.
3. ad hæc iura respondent, procedere in privilegio reali hypothecæ expressæ, & specialis, sicuti est illius, qui mutuat ad rem acquirendam, vel cōseruandam, vt in d.l. licet, & l. interdum. Rursus, quod illa iura loquuntur in mutuante simplicitè, non autem in eo, qui expressè mutuauit pro rei acquisitione, vel refectione, & cōseruatione, vt in d.l. creditor ff. si cert. petatur.
4. Præterea si dicta iura ex d.l. si versi, & l. si bominem obstante conclusioni, vtq; nedum denegarent prælationem in usuris, sed etiam in sorte, de qua expressè iura illa loquuntur, & tamen vterq; quod ad proprietatem, non obstante dispositione ditorum iuriu, etiam data conuentione sub usuris in proprio casu concedunt prælationem, ille in vers. hoc autem limitandum, & alter d. vers. sed quid in fine.
5. Tandem contra illos facit, quod in alio consimili casu à principio proposito de eo, qui mutuauit pecuniam ad rem comparandam cum speciali hypotheca sub annuo censu esse præferendum tam in proprietate, quam in usuris, per plura probant, & Rodericus affirmat ita iudicatum, cùm eadem ratio militet in nostra conclusione, nec est vera doctrina, quam contra conclusionem ex Bartolo refert Rodericus sub d. vers. sed in contrarium, mutuantem ad refectionem idè præferri, quia gratis, & liberaliter mutuat, quia quidquid sit in privilegio personali, de quo Bartolus lo-

quitur,

quitur, quod attinet ad reale ex d. l'interdùm, vera illius ratio fundatur in eo, quòd per pecuniam mutuatam ad refectionem tota pignoris causa salua fit, ut Io. Franc. à Pont. à principio citatus dixit, & probat I. huius seq. ff. eod. qui potior. in pign. per hæc verba. Huius enim pecuniam saluam fecit totius pignoris causam. & cum alijs probat Amat. Rodrig. de concurs. credit. par. 1. art. 7. num. 17. quapropter iure optimo ipse à Pont. in dict. dec. 34. sub num. 54. contra Rodericum asserit, nullam verè constitui posse differentiam inter dictos casus emptionis, vel refectionis, eumq; in puncto nostræ conclusionis sequitur expressè Philipp. Paschal de vir. patr. potest. par. 2. cap. 7. num. 66. in fin. Anton. de Amat. variar. resolut. tom. 1. resolut. 3. sub num. 73. & D. Franc. del Castill. decis. 204. num. 10. cum seqq. qui alias citant, sed præ omnibus videndus Ioann. Baptista Thoro in suo Compend. decis. Neapol part. 2. in verbo Creditor, qui pecuniam, ubi bene in terminis ex prædictis, & alijs nostram conclusionem comprobat, contraria declarat, & decisionem refert, & cum alijs etiam sequitur Dom. Reg. D. Franc. Merlin. cōtrouers. forens. cap. 25. num. 2. & pro ornatu videnda sunt tradita per D. Franc. Anton. Costa conf. 63. à num. 19. & Donat. Anton. de Marin. quotid. resolut. cap. 76. & quando prælatio detur ex d. l. interdùm, videndæ Conclusion. Beneficio, Creditorem, & Muriu antem.

**ARGUMENTVM.**  
Creditorem hypothecarium ex donatione tempore priorē, cessante beneficio, deducto nè egeat, ad modum donatoris potiorem esse secundo creditore ex causa onerosa.

**S V M M A R I V M.**

- 1 Prior tempore ex donatione, & causa lucrativa cum hypotheca vbiq; cessat beneficium, deducto nè egeat, potior est iure aduersus secundum creditorem hypothecarium ex causa onerosa.
- 2 Exceptio, & limitatio donec probetur, iuris regulæ standum est; ex eo, quòd nos non debemus distinguere, quod lex non distinguit.
- 3 Opinio contraria explicatur, & ad conciliationem reducitur. & n. 4.
- 5 Beneficiū illud, deducto ne egeat, personale est, nec prodest creditoribus pro exclusione.
- 6 Afferta per Rouit. in dec. 48. num. 25. declarantur.
- 7 Donator licet per hypothecam non amittat dominium, & possessionem, & possit bona donata secundo creditoris obligare, & tradere, attamen hæc secunda obligatio, & traditio non tollit primam, sed cum suo onere transit, & causa.
- 8 Nemo potest plus iuris in alium transferre, quam habet ipse.
- 9 Creditor posterior non potest habere plus iuris, quam debitor, à quo habuit causam.
- 10 Habens actionem ad rem, rem ipsam habere videtur.
- 11 L. fin. S. Lucius, ff. de donat. interpretatur, & n. 12.

**D E C I S I O LXXIX.**

Riorem tēpore ex donatione, & causa lucrativa cum hypotheca, vbiq; cessat beneficium, deducto, nè egeat esse potiorem iure aduersus secundum creditorem hypothecarium ex causa onerosa. Conclusum, & deci-

sum.

sum fuit die 9. mensis Februarij anni 1638. me referente in causa mota in Curia Regia Procurationis per viduam Franciscam Liperij, & Vaca aduersus Fisci Regij patrimonij procuratorem D. Benedictum Nater, & alios, decideranda cum votis Regia Audientiae in vim Capituli Curia. Actuario Paulo Concul Scriba dicta Regis Procurationis. Pet tex. in l. 2. 4. 7. & 8. C. qui potior in pign. hab. & in l. 2. 10. & 11. ff. eod. quia cum hæc sit iuris regula, quod prior tempore sit potior iure, de qua latè post multos per Simon. Vaz Barbos. in suis principijs, & locis communibus, in verbo prior, quæquæ generaliter, & indi-

stinctè loquitur, meritò generaliter, & indistinctè est intelligēda, quod enim lex non distinguit, neq; nos distingue re debemus, eiquæ iuris regulæ standum, & inhærendum est, donec exceptio, & limitatio probetur, vt hæc omnia per vulgata juris principia com probat idem Barbos. ibi in verbo lex num. 28. & 29. & in verbo regulan. 10. & ita per hæc, & alia iura, & concludentes rationes nostram conclusionē in terminis cum Hieronym. Gabr. Felician. Maur. Apicell. Pichard. & Amat. Rodrig. quos citat, probat recentēr Ioann. Domin. Gaito de credite. cap. 4. quæst. 11. à num. 1235. & voluit cum Anton. Gabr. Card. Mantica, & Statil. Pacific. Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 1. par. 2. num. 23. & sequitur Antonin. de Amat. var. resol. c. 26. n. 15. vol. 1.

Nam etsi ab eisdem alijs plures pro contraria opinione citentur; verūm hæc tunc obtinet, cùm de commodo donatoris tractatur, nè conueniatur vltra quam facere possit, deducto nè egeat. In hoc ergo potissimum beneficio Doctores contrarios se fundare constat ex plenè deductis in Conclus. Donatario, vbi eam conciliari cum nostra, cessante dicto beneficio, diquæ fuit, vt ex contrarijs Philipp. Paschal. de virib. patr. potestas. par. 2. cap. 9. sub num. 45. agnoscit, & pro indubitato

tenet, per hæc verba ibi, vel in casu, quo fortè huiusmodi beneficium cessa ret, iuxta plenè notata per Petr. Barbos. in l. maritum num. 77. cum pluribus seqq. ff. solut. matrimon. qui refert sex notabiles limitationes, in quibus hoc beneficium denegatur, & tunc si credito res posteriores ex causa onerosa cum anterioribus ex causa lucrativa con current, sine dubio iudicarem, eis sati sifieri debere iuxta temporis prærogatiuam, ita ut anteriores posterioribus præferrentur, nàm eo casu cessat ratio à lege considerata in beneficium donatis, quod deducto prius are alieno, ei relin quuntur, nè egeat. haec tenuis ille.

4. Meritò itaq; cessante dicto beneficio (prout in nostra conclusione supponitur) leges, & rationes pro contraria deductæ cessant, & firmissimæ remanent, quæ pro nostra considerantur, & adducuntur, præsertim per Gaito loco citato, non obstantibus his, quæ ad eum respondit Rouitus in appendice ad suam decis. 48. à nu. 34. siquidem quod attinet ad rationem illam, quod beneficium, deducto ne egeat, sit personale, & non profit creditoribus pro exclusione contrariae opinionis, tametsi non probetur in l. 4. S. si quis. ff. de priuil. creditor. allegata per Gaito, vt animaduereit Rouitus num. 35. sed bene probari per l. quia tale, ff. solut. ma trim. & locum habere cessante com modo donatoris, secùs si alijs, suffi cientē edictum fuit in dicta nostra Conclus. Donatario:

Præterea responsio data per Rouit. in sua decis. num. 25. ad l. fin. S. Lucius, ff. de donat. & ad l. l. C. de iur. Fisci libri 10. & in dict. append. d. num. 34. ad l. de rebus, C. de donat. ante nupt. & ad h. si quidem in 2. respons. C. de donat. inter vir. & uxor. in quibus cauetur, donatarium anteriorem in re donata esse preferendum secundo creditori, etiā ex causa onerosa, quod procedant ex eo, quod res donata iam erat tradita ante contractum secundum debitum, ac proindè cùm non fuerit in bonis

debitoris tempore secundæ obligationis, non potuit in ea venire, non tollit fundamentum in his iuribus iactum per *Gaius*, & alios pro nostra cōclusione, quin potius confirmat, tametsi supponatur, in his iuribus agi de donatione perfecta per traditionem antè secundam obligationem, quod dubio non caret ob varios intellectus ad ea per Doctores datos.

7 Sed quidquid de his sit, etiam cū dicto supposito argumentum efficacissimum indè resultat pro veritate nostræ conclusionis, quia si per traditionem rei donatæ anteriorem excluditur secundus creditor ex causa onerosa, ex eo, quòd cùm non fuerit res in bonis donatoris tempore secundæ obligationis, non potuit in ea venire; pari ratione per donationem anteriorem cum hypotheca excludendus est secundus creditor, etiam ex causa onerosa, quia licet per hypothecam non amiserit donator dominium, & possessionem, & potuerit bona donata nedùm secundo creditori obligare, sed etiam tradere, verum hæc secunda obligatio, & traditio non excludit, nec tollit primam obligationem, sed illa contrahitur, & transit cùm sua causa, vt dispositur in d. *S. Lucius*:

Quemadmodū ergò donator post factam donationem cum hypotheca non potuit se ab eo onere reali liberare, ita nec creditor ex causa onerosa per secundam obligationem librandus, aut præferendus est, cùm nemo plus iuris in aliud transferre possit, quām ipse habeat, vulgata l. ne-  
mpf. de reg. iur. quòd autem posterior creditor plus iuris habere nequeat, quām debitor, à quo causam habet, docuit *Anton. Faber de error. pragm. tom. I. decad. I. error. 4. num. 7.* vndè 8 possit, quām ipse habeat, vulgata l. ne-  
mpf. de reg. iur. quòd autem posterior creditor plus iuris habere nequeat, quām debitor, à quo causam habet, docuit *Anton. Faber de error. pragm. tom. I. decad. I. error. 4. num. 7.* vndè 9 cùm ex iuris regula habēs actionem ad rem, rem ipsam habere videatur, lrem in bonis. ff. de acquir. rer. domin. & in l. qui actionem ff. de reg. iur. vbi Doctores ad effectum, vt secundus

creditor non admittatur contra rem donatam cum exclusione. primi do-  
natoris, idem dicendum est de dona-  
tione facta cum hypotheca, prout il-  
la, in qua fuit facta dicta traditio.

11 Quòd si secunda obligatio, de qua in d. *S. Lucius* generaliter (prout di-  
sponitur) intelligatur, nedùm ex cau-  
sa onerosa, sed etiam ex donatione, &  
causa lucrativa, iuxta ea alias dicta  
in dicta Conclusione Donatori, vtiq; ex  
hoc textu evidentissimè comproba-  
tur nostra conclusio, cùm in illo sup-  
ponantur duæ obligationes: prima  
ex donatione, siue hypotheca, & se-  
cunda cum hypotheca, & nihilominus  
facta traditione rei donatæ primo  
donatario, secundus vti hypothecari-  
us præfertur, & transit cùm sua cau-  
sa, non obstante quòd in dicta ratione  
prima, sequuta traditione non consi-  
deretur amplius causa lucrativa, vt  
supponunt contrarij ad dicta iura, &  
agatur tunc de auferendo lucro ac-  
quisito, quod non amplius lucrum,  
sed dampnum est, vt bene per *Peregr.*  
*de iur. fisci lib. I. tit. 3. num. 3.*

12 Quòd si hæc non admittantur, re-  
gula saltim, quæ ex d. *S. Lucius* desu-  
mitur, quòd ex obligatione pignoris  
res transeat cùm sua causa, euitari  
non potest, & sufficit pro totali iusti-  
ficatione nostræ conclusionis, & ad  
eam maximè iuuat text. in l. 2. C. qui  
postor. in pignor. babeant. vbi præue-  
niens tempore, etiam ex causa lucra-  
tiva legati, seù fideicommissi præfer-  
tur posteriori ex causa onerosa, &  
nulla lex adducitur pro contraria  
opinione, per quam prælatio conce-  
datur creditoribus secundis ex causa  
onerosa in præjudicium anteriorum  
ex causa lucrativa, & differētia inter  
dictas causas constituenta non sit,  
præterquām in personalibus, & hy-  
pothecarijs creditoribus, qui æquali-  
iure, & tempore agunt, de quo in  
Conclusione Creditores, & in his regrē  
procedunt, quæ nouè post hæc scrip-  
ta visus tradit *Dominus Regens D. Franc.*

Mer-

*Merlin. controvers. iur. tom. 2. cap. 19.  
per totum.*

## ARGUMENTVM.

Ecclesiaz, & publicæ utilitatis fauore sustineri, & defendi præceptum de non alienando, nec meliorando rem, etiā sine clausula iustificatiua.

S V M M A R I V M .

- 1 Præceptum de non meliorando, & non alienando rem fauore Ecclesiaz, & publicæ utilitatis, validum, & legitimū est, deficiente etiam clausula salutari, & iustificatiua.
- 2 Tex. in l. i. C. de exequutio. rei iudic. declaratur.
- 3 Præceptum ex abrupto factum in iudicialibus nullum est, quando fit ab eo, qui ex abrupto procedere nequit.
- 4 Citatio partis, quæ defensionem continet, quamvis à iure naturali recipiat orum iusta tamen causa intercedente cessat respectu Principis, potest enim tam in ciuilibus, quam in criminalibus contra absentem, & inauditum procedere.
- 5 Citatio non facta actum non vitiat, sed citando nulla competit defensio.

## DECISIO LXXX.

**B**receptum de non meliorando, & non alienando rem fauore Ecclesiaz, & ex causa publicæ utilitatis per Dominum Proregeom factō verbo in Regia Audientia prouisum cum declaratione, quod facta

rei estimatione, & soluto iusto pretio res inseruiat pro transmutatione Collegij Societatis Iesu, & ampliatione Vniuersitatis, & Studij generalis istius Regni in loco alias in hac Civitate Galaris designato per personas electas à tribus brachijs in Comitijs generalibus habitis per Illustrem Comitem Delda, deficiente etiā clausula salutari, & iustificatiua, si senseris te grauatum compareas, validum, & legitimū esse. Conclūsum, & decisum fuit die 4. mensis Aprilis anni 1636. ad fauorem Oeconomi Patrum Societatis Iesu aduersus Procuratorem Archiconfraternitatis Sancte Catharinae istius Cuiusatis, relatore nobis D. Francisco Corts. Actuario Didaco Serra notario. Ex eo, quod etsi iuris regula sit, & recepta Scribentium opinio, à præceptis non esse inchoandum, l. i. C. de exequutio. rei iudic. l. i. C. commun. epistol. item præcepta si ne cognitione causæ facta etiam sine clausula iustificatiua esse ipso iure nulla, ut latè cum multis comprobatur Mar. Anton. Macer. variar. resolu. lib. 3. resol. 9. à num. 16. usq; ad 20. & Vincent. Caroc. decis 9. à num. 1. usq; ad 12.

- 2 Verum hæc declarantur, in primis locū habere in aëribus iudicialibus, & contentiōis, non autē in voluntariis extrajudicialibus, & qui spequant ad Iudicis officium, prout fuit factum præceptum, de quo in conclusione ex causa publicæ utilitatis per viam gubernij, quo casu validum esse probat Innocent. in cap. cum venissent, de restitutian integr. & sequitur Belluga in speculo princip. rub. 41. S. leges Regni, sub num. 15. cum alijs, de quibus plenè in locis citatis per Macer. num. 25. & Caroc. num. 6.
- 3 Maximè cùm à dicto præcepto nō fuerit reclamatum, nec appellatum, ut præsentit Caroc. ibi, & Macer. num. 21. ubi multos citat, præterea etiam in iudicialibus præceptum ex abrupto factum est nullum, ubi fit ab eo, qui

eo, qui ex abrupto procedere nequit, at Proregibus, sicuti & Principibus, qui Superiorem non agnoscunt, cum eorum locum teneant, ex abrupto procedere datum est, ut cum multis probat D.Gars. Mastrill. de Magistr. tom. 2. lib. 5. c. 6. à n. 78.

**4** Quàmuis enim citatio partis, ex quo defensionem continet, & à iure naturali prouenit, etiam à Principe tolli nequeat, ut ex text. in cap. suscep. tis. de caus. p. ff. vbi notant Doctores, & penè infinitos adducit ibi Barbos. in collectan. num. 7. sed statim n. 9. cum multis alijs limitat, & declarat, nō procedere stante iusta causa, nām ea existente posse Principem tam in civilibus, quām in criminalibus sine citatione contra absentem, & inauditem procedere, per rationem, quam tradit videndam apud eum, & licet mox num. 2. referat Doctores disputantes, an eo in casu iusta causa in Principe sit præsumenda, & negatiuam opinionem receptiorem dicat.

Verūm quidquid de hoc sit in casu nostræ conclusionis de iusta causa non est dubitandum, cum præceptū prouisum fuerit facto verbo in Regia Audientia, vbi non nisi cum magna iustificatione, & restitudine, maturo iudicio, & præmeditata deliberatione proceditur, & alijs de iustificatione causæ appareat ex eodem præcepto, per plura, quæ ex illius lectura resultant, & per ea, quæ firmata sunt in Conclus. Eccles., & tunc præceptū validum indistinctè quoad omnes Iudices præsupponit ex alijs Farinac. in sua practic. criminal. tom. 1. quæst. 8. num. 54. & sequitur Caroc. vbi suprà num. 85. & cum eo remissiùe transit Ioann. Mar. Nouar. de grauam. vasall. grauam. 312. à n. 4.

**5** Facit etiam quod alijs probat Iason in l. ne quicquam. ff. de offic. Procons. nu. 7. limit. 2. ex l. equifffimum. ff. de v. su. fruct. præceptum sine dicta clausula valere, si fiat super re, de qua si præfens esset, non potuisset contradice-

re, sed eo inuito consideri deberet, ex regula l. qui potest, vbi DD. ff. de reg. iur. & quod alias dictum fuit in Conclusione Executionem de citatione nō facta, quod non uitiat actum, si apparet, nullam citando competere defensionem, & ex eo saltim quod periculum erat in mora de ualiditate præcepti, non est amplius dubitandum, per trādita ab eodem Caroc. ibi n. 97. post Marfil. singular. 848. & Borgm. Caualcan. dec. 23. nu. 13. par. 2. & probat Hieronym. Magon. dec. Lucen. 29. num. 5. & 6. & sequitur Mar. Anton. Thomat. decis. Macerat. 34. num. 13. & præceptum illud uicem sequestri obtinere firmat Math. Coler. de process. executi. par. 3. cap. 9. num. 10. ubi in terminis de illius ualiditate traquant, & probant alii, de quibus in Conclus. Alienatione.

## ARGUMENTVM

Prælationis ius pro eodem pretio ab alio oblato in licitatione ei competete, qui per restitutionem in integrum exclusus fuerat ab emptione, siue locatione perfecta.

## SVMMA RIVM.

- 1 Ius prælationis pro pretio ab alio oblato competit ei in licitatione, qui fuit ab emptione exclusus per restitutionem in integrum.
- 2 Opinio Bouadill. in sua politica lib. 3. cap. 4. tom. 2. n. 21. explicatur.
- 3 Text. in l. necesse, & l. licet, ff. de indiem adiectione, interpretantur, & n. 45. & 6.
- 7 L. item quod dictum, & l. si in emptionem, ff. de minor. verus conce-

ditur

- ditur sensus, & num. 8.
- 9 Substantia emptionis consistit in pretio.
- 10 Licitatio retenta etiam priori emptione fieri potest.
- 11 Emptor, si pretium augeat, non ut à priori emptione recedat, sed ut eam retineat, atq; confirmet, nouam emptionem non contrahit.
- 12 Tex. in l. licet ff. de in diem adiectione eruditè discutitur, & Fabri sensus ad huius l. intellectum, in rationalibus tom. 5. verus non censetur, & num. 13.
- 14 Vedor non potest posteriori adiçere, si ante prior emptor paratus sit plus adiçere, cum resoluta venditione rei dominus maneat, quousq; per retrotraditionem illam restituat.
- 15 Venditor meliori conditione altata priorem emptorem certiorem facere debet, ut si quid alius adiçiat ipse quoquè possit adiçere.
- 16 Certioratio cur sit necessaria in casu resolutionis venditionis respectu prioris emptoris, si resolutioni contractus contradicere non potest, tanquam legi contrabendo à se late.
- 17 Explicata nu. antecedenti habent etiā locum in omnibus contractibus bona fidei.
- 18 Veditio si cum lessone ultrà dimidiā iusti præjū sit facta, non statim rescinditur, sed datur emptori electio, an iustum pretium suppletat, & retineat rem, vel restituat rem recepto præcio, sic etiam viget in datione solutum, num. 19.
- 20 Fabri opinio in error. 1. decad. 7. assertis, supra firmata vindicare locū re integra, & ubi locus est actioni ex contractu bona fidei, sed non ratione cessante per traditionem, vel ait, exprimitur, & num. 21. distinguuntur, & declaratur, num. 22.

## DECISIO LXXXI.

1



Riorem emptorem, locatorē in venditione, siue locazione rei iure minoris rescissa per restitutionem

in integrum, si id, quod licitatione accessit, ipse offerat, posteriori prærendum esse. Conclusum, & dictum suū die 1. Octobris anni 1630. ad fauorem Gasparis Malonda contra Ioannē Canellas. Actuario Monserrato Vacca Secretario in ciuilibus. Per doctrinam Alberici in l. 2. C. si in causa iudicat. in fine, quam refert, & sequitur Greg. Lopez ad l. 5. tit. 19. part. 6. in glos magna, & firmant Rebiffus in compend. alien. rei Eccles. num. 62. Paul. Castren. cons. 4. nu. 6. vol. 1. latè Ludou. Roman. cons. 22. nu. 5. vers. contrarium ramen, vbi etiam Horat. Mandof. in addit. Alphonſ. Azeued. ad l. 2. tit. 1. lib. 2. nu. 15. Ioann. Guttierr. practic. question. lib. 1. quæst. 38: nu. 6. Lassarte de decim. vendit. lib. 2. in addit. ad cap. 18. num. 31. Hieron. Ceuall. practic. conclus. commun. contra comm. quæst. 75. 6. num. 63. cum seq. vbi tenendam in iudicando, & consulendo, & pluries vidisse iudicari, & ita obtinuisse testatur, & per plura comprobatur Ioann. Baptista Valenz. cons. 75. à num. 17. & num. 27. in fine dicit, ita determinatum fuisse cū sententia Iudicis Conchenlis, & deinde confirmatum in Consilio Regij patrimonij, tantorumq; Patrum fundamentum subnixum est in l. ultima C. de locat. pred. ciuil. lib. 11. in illis verbis ibi, si verò pro tali predio ab altero conductore offeratur augmentum, si in arbitrio conductoris prioris, cui res ad tempus locata est, ut si ipse, quod alter adiecit, absulerit, maneat penes cum temporalis illa conductio.

2 Solus Bonadill. in sua politica lib. 3.

cap. 4.

*cap.4.num.21.tom.2. in contrariam iuit sententiam, inquietans, fundamen- tum illud iure speciali, non nisi in rebus fiscalibus locum habere, per gl. s. in d. verb. mane at. Bartol. & Iason in locis ab eo citatis. Verum isti duo nihil de specialitate dicunt, & quod de ea notat gl. s. iuxta text. in l. congruit precedentis, quam refert vna cum l. ne cui, C. locati, quae contrariæ, & oppositiæ videntur, quartenus soluit per spe- cialitatem, in quibus terminis posset, procedere opinio Bouadill. quæ tunc esset magis communis, ex latè tradi- tis per Steph. Gratian. discept forens. cap. 357. nu. 8. tom. 2. per Mar. Giurb. decis. 69. & per D. Franc. del Castill. de- cis. 114. vol. 2. licet ea non sit satis tu- ta, cum ratio d. l. congruit videatur in æquitate, non in singularitate consi- stere, & ita multi contrarium gene- raliter si mant, ut per Mariam voto Pisano 35. num. 9. cum seq. & Valenz. vbi suprà à num. 17. usq; ad 21.*

**3** Attamen quidquid de hoc sit, de quo latè ad vtramq; partem nouissime per Nicol. Gizellarell. decis. 5. vbi Addentes, hoc vnum certum est, l. con- gruit factum valde diuersum conti- nere, cum in ea de conductione dis- soluta, & finita per lapsum agatur, at in d. l. fin. de conductione dissoluenda per oblationem augmenti, & præla- tionem, quæ in ista conceditur prioribus conductoribus, nil specialitatis continere, sed generaliter omnibus, & quibuscumq; non tantum conductoribus, verum etiam emptoribus competere, palam sit per l. necesse ff. de in diem adiectioni. quæ pariter loquitur de emptione resoluenda per adiectionem, in eaq; si prior emptor offerat, quod alter adiecit, præferendus est, vt nō obscurè colligitur ex illis ver- bis, quæ talia sunt, necesse habet ven- ditor meliori conditione allata priorem emptorem certiores facere, ut si quid aliis adiecit, ipse quoq; adiucere possit.

**4** Sed unus ex Dominis contrarium sentiens allegabat legem præcedentem

in hoc eodem tit. de in diem adiectionem. cuius sunt verba: licet autem vendi- tori meliori conditione allata adiucere posteriori, nisi prior paratus sit plus adiucere, & ponderabat hæc ultima verba, ad hoc ut dictam prælationem priori emptori in paritate oblationis denegaret, & dicebat, ita esse intelli- genda verba d. l. necesse, in eo, quod de adiectione prioris emptoris lo- quitus, ut non sufficiat offerre tantū dem, nisi etiam plus offeratur.

Alius tamen Dominus de directo contrarius aiebat, per l. necesse, in qua prælationem dari in paritate pretij priori emptori pro certo habebat, es- se declarandam legem antecedentem; ita quod plus, quod in ea exprimitur, sit intelligendum de illamet meliori conditione allata per secundum, non quod necesse sit plus, quam alter of- ferre, sed illud idemmet plus, quod alter obtulerit.

Ego vero dicebam, vnam legem ab altera nequaquam in eo, quod controvertebatur, declarationem re- cipere, sed primam de maiori obla- tione, secundam de æquali agere, li- cet per vtramq; prælationem priori emptori iuxta casuum diuersitatem in eis contentam dari, & quoad pri- mam pro maiori ipsius comprobatio- ne adducebam §. vlt. l. antecedentis: cuius sunt verba, Si quis existiterit, qui meliorem conditionem afferat, deinde prior emptor aduersus eum belligatus sit, & penes eum emptorem mäserit, dubi- tari poterit, utrum fructus ipse habeat, quasi nulla meliori conditione allata; an vero venditoris sint, licet eadem sit persona, quæ meliorem conditionem at- tulerit, quæ ratio facere videsur, inter- erit tamen, quid acti sit, & ita Pom- ponius scribit, & præcipue ponderauit verbum illud licitatus est, cuius pro- prium est premium in subhastatione, augere, ut probat Rebiffus ad ll. Gall. tit. de precon. & licitation. num. 7. & Alphons. Azeued, ad ll. nou. collection. lib. 9. tit. 13. in rubr. vbi ita intelligit

textum

textum nostrum, sicquè consequens fit, tam in eo, quam in lege subsequenti respectu prioris emptoris non agi de illo plurim, quod aduersarius obtulit, sed de proprio auctionem pretij continente.

6 At quoad l. necesse citabam l. si in emptionem ff. de minoribus, cuius sunt verba, si in emptionem penes se collatum minor in adiectione ab alio superetur, implorans integrum restitucionem, audietur, si in eius interessè emptam ab eo rem fuisse approbetur, veluti, quod maiorum eius fuisse, ita tamen ut id, quod licitatione accessit, ipse offerat venditori. Ex quibus verbis evidenter resultat, minorem restitutum non plus, sed tantundem offerre debere, nec in hac re minor priuilegium per restitucionem consequitur, præterquam quod Iesus restituitur, sed non restituitur etiam in quacunque læsione, nisi ad illud idem, quod antè læsionem competebat, alioquin plus iuris haberet post restitucionem, quam antè læsionem, quod absurdum est, ut optimè probat ibi Anton. Faber in rational. som. 1. in ratione dubitandi, licet in decisiva in principio non bene se explicet, nec soluat contraria ex d. l. licet, de in diem adiectione cum seqq. in quibus maiorem oblationem prioris emptoris necessariam præsupponit, contra id, quod ipse met agnoscit ex eadem l. si in emptionem, in qua deinde dicit, nimirum si non cogatur minor plus offerre, sed tantundem, quoniam ita assequitur, ut non melior cōditio ab alio allata dici possit, & ut nihil videatur interesse venditoris, cui satis est meliorem cōditionem, quæ allata fuit, non perire, quæ quidem verba inconuertibili- ter comprobant, idem dicendum, & respondendum esse in casu d. l. necesse, nè alias ineuitabilis, & inexplicabilis detur antonomia inter has leges.

7 Sed quarè non idem dicendum sit in casu aliarum duarum memorata-

rum præcedentium in d. sit. de in diem adiectione, de quibus affirmavi, contrarium visum fuit alteri ex. Domini conteradiceti, irrationabile valde, & maximam inde consurgere antinomiam superioris, non inferiorem. Verumtamen respondi, faciliter earū legum conciliationem, & declaracionem haberi ex diuersitate facti in eis propositi, siquidem in dicto l. vle. litem quod dictum ideò de licitatione prioris emptionis, & maiori ipsius oblatione fit mentio, quia casus restitucionis, vel restitucionis fructuum proponitur, qui quidem casus staret oblatione prioris emptoris esset de indubitabili, & in superioribus iam decisus, nisi illa facta fuisse per licitationem cum auctione pretij. Quoties etenim in venditione adiectionis in diem existit quis, qui meliorem conditionem afferat, si primus emptor tantundem offerat, verum est, quod suprà cum Fabro probauit, non videri ab alio meliorem conditionem allatam, quia cum nihil ad utilitatem venditoris pertineat, pro meliori conditio- ne haberi non debet, argumento l. quidquid, ff. eod. ac proinde subsistente adhuc priori emptione, iudicium est, ubi ipsa fuit purè contracta, fructus ad emptorem pertinere, iuxta text. in l. 2. S. 1. eiusdem tit. & expressius declaratur in eadem l. item quod in princip. & pro maiori intelligentia obseruandum dixi, quod ibi propo- nitur, fructus interea captos emptorem priorem sequi, toties verum esse, quoties nullus emptor existit, qui meliorem conditionem afferat, non tantum procedere, ubi nullus emptor existit, qui meliorem conditionem afferat, ut ibi dicitur, sed etiā si alius emptor existat, qui meliorem conditionē non afferat, quia tunc peræquè dicendum erit, perindè haberi, ac si non existeret, ut deciditur in l. r. b. autem, s. cum igitur in fin. eod. sit. ut sic cognoscatur, per eadem iura satis, superquæ decisum fuisse casum liqui-

dationis

dationis fructuum, ubi existentre aliquo, qui meliorem conditionem affert, prior emptor tantundem offerat, cùm cessante interesse venditoris oblationis posterioris pro meliori cōditione haberri non debeat.

8 Quapropter, quod deinde in dicto §. si quis de retentione, seu restitutio- ne fructuum inter priorem emptorē, & uenditorem deciditur, necessarium erat proponi in casu, quo prior emptor licitatus fuerit per adiectionem pluris cum auctione pretij, & dubitatio tunc erat maxima, quia ubi emptor offert tantundem, quod alter obtulit, ut in casu præcedenti per quam manifestissimè apparet, de intentione ipsius fuisse, nè à priori contraētu discedatur, cùm non ob aliam causam illius oblationem factam dici queat, at vbi emptor aduersus alium oblatorem licitatus est, ex duplice causa factum esse potest; primò, ut retenta eadem emptione aduersarium prorsus excluderet, quali nulla meliori conditione oblata, ut ibi in principio proponitur, quo casu fructus emptoris essent eadem ratione, de qua suprà. Secundò autem, ut resoluta priori emptione, tanquam alias ad emptionem accederet, & nouam cōtraheret, quo casu fructus ad venditorem pertineret, quæ ratio facere videtur, ut ibi inferiùs dicitur, & huius rationis vis consistit in eo, quod licitatus fuerit, quia nisi à priori emptione discedere voluisset, satis erat ei offerre tantundem, & non licitari, vndē exlicitatione in dubio præsumenda est resolutio contractus.

Quia tamen, ut dixi, licitatio retēta etiam priori emptione fieri potest, si id expressè actum sit, ideo Vlpianus istius responsi auctor sententiam Pomponij insequēdo resoluit, interesse, quodd acti sit, & istum esse verum huius §. sensum existimauit, quidquid alias ad illum in suis rational. d. tom. 5. dixerit Faber, & omissis pluribus ab eodem adductis, quod attinet, ut hāc

meam defendere rem declarationem, à veritate aberrare dixi, quod ille pro constanti ibi ponit, fieri non posse, quin discedatur à priori emptione, & noua emptione contrahatur, cùm prioris pretio aliiquid additur, ex quo 10 substantia emptionis consistit in pretio, per l. pacta conuenta, ff. de contrahend. empt. nām, ut hoc illius dictū refellerem, obiectio ab eodem proposita iustam præbuit causam, itā demum fieri nouam venditionem, si aliiquid addatur pretio, rebus omnibus adhuc integris, per notata ibi in ea- dem l. pacta, secūs autem si alias, ut expressius traditur in l. si quam rem, ff. de rescindend. vendit. licet enim pro certo admiserim, quod ipse Faber subiicit, nō facere traditionem, quin integra sint omnia, cùm idem est primus, & secundus emptor, cui ex se- cunda venditione tradi rem oportet, si non dūm esset ei tradita; ac pro- indē nulla sit opus retrotraditione ad resoluēdam uenditionem, & mul- tò minus ad retrotransferendum dominium, quod penes eundem emptorem manere necesse est, mutata duuitaxat causa translationis, & re- tensionis dominij.

11 Sed hoc itā uerum est, si concurrat uoluntas ipsius emptoris, quod & sen- tit Faber, cùm successiū adiungat, hunc uerum esse casum, in quo nuda uoluntate, ac sine traditione trāsfer- tur dominium, atq; itā presupponit concursum uoluntatis, undē ea ces- sante nullo modo res integra dici ua- let, & per consequens si emptor, non à priori emptione recedat, sed ut potius eam retineat, & confirmet, pre- tium augeat, nequaquam nouam emptionem contraxisse dicēdum est, prout euénit in casu L. C. de rescind. vendit. in quo si emptor elegerit iu- stum pretium supplere, Faber ipse de error. pragmatic. tom. 1. decad. 7. error. 7. colum. 3. agnoscit, fieri non posse nisi subsistente, & salua uenditione, extrā cuius causam dicit, de preti-

num.

nunquam disputari; quapropter defensata hac veriori declaratione ad *s. ultim. d. l. item quod dictum*, subscitur, summa ratione conceptum fuisse de licitatione prioris emptoris, ut sic casus ille maximè dubitabilis, & non adhuc decisus quād retentionem, & restitutionem fructuum, clara, & certa lege definiretur.

12 Quod etiam factum contigit in casu sequenti. *L. licet*, in quo proponitur, an liceat venditori meliori allata conditione posteriori adjicere, & dūtaxat de priori emptore, qui paratus est plus adjicere, sit mentio, non ut per hoc ille excludatur à facultate tantundem offerendi, sed quia ita offerendo casus propositus nullam patetur dubitationem, cùm tunc ex superiorius probatis nulla melior conditio allata videri possit: quarè merito vt casui dubitabili prouideretur, non nisi de priori emptore, qui plus adiecit, actum fuit, cuic etenim cùm prior emptor plus adiecit, saltim in dubio, vt in superioribus firmaui, credendum est, ipsum ab emptione iam contracta resilire, & ad secundam peruenire maluisse, ac proinde resoluta priori emptione, videbatur eo casu licere venditori meliori allata conditione adjicere posteriori, etiam si prior paratus sit plus adjicere, quē admodum in *l. seq. Sabinus* scribit, licere venditori meliorem conditio nem oblatam abiijcere, sequique pri-  
mam, quasi meliorem.

13 Nihilominus tamen contrarium deciditur in *d. l. licet*, & ratio non est illa, quam ibi reddit *Faber* in *ratio- nalibus*, dūm inquit, nec debet esse in potestate venditoris facere, vt inuito priori emptore plus offerente, resoluatur venditio, quam placuit resolvi non posse, nisi eo casu, quo melior conditio afferretur, nam nec melior conditio allata videri potest, quādiū paratus est prior emptor adjicere, pretio posterioris venditionis, ista etenim recte procederent, vbi adie-

cio pluris eo animo facta esset à priori emptore, ne ab ea emptione discederetur: quē admodū eo casu, vt dixi, sufficeret tātūdem oblatio, neq; iste casus talis est, vt dubitari de eo posset, an liceret venditori meliori allata cōditione, adjicere posteriori, cùm certum sit, non licere, quasi nulla meliori conditione allata, per disposita in *legibus* præcedentibus, de quibus supra, sed vbi melior cōditio verè allata est, quod tunc sit, cùm prior emptor præcedente denunciatione, de qua in *l. seq. necesse*, credens, conditionem illam falso suppositam fuisse, vel ex alia causa, ve bis expressis oblationi cesserit, vel etiam tacitè per adiectionem pluris simplicitè, nequaquam subsistere possunt adducta per *Fabrum*, quia tunc non inuito priori emptore, sed potius eo volente venditio resoluitur.

14 Vera itaq; ratio, propter quam in *d. l. licet* disponitur, licere venditori meliori allata conditione adjicere posteriori, nisi prior paratus sit plus adjicere, in eo versatur, quod prior emptor etiam resoluta venditione rei possessor, & dominus manet, quo usque per retrotraditionem illam restituat, vnde si autem paratus sit plus adjicere, non licebit venditori adjicere posteriori, nec aliás damnum, & iniuriā priori ratione possessionis, & dominij inferat, & ideo merito hic sit mentio de priori emptore, qui paratus est plus adjicere, ne aliás ea lex sit de indubitabili, sed totum contra-  
rium est in casu *l. seq. necesse*, cuius ea fuit dubitatio, an necesse haberet venditor meliori conditione allata priorem emptorē certiorem facere, vt si quid alius adjicet, ipse quoquā adjicere possit, & responsum fuit affirmatiuē, summa ratione, ne scilicet ignorans emptor priuaretur iure, quod per emptionem acquisiuit, quē ratio principaliter respicit resolutionem venditionis, non amissionem dominij, & possessionis, cùm de hac

certum sit, dari non posse, ni per retrotraditionem, ad quam scientia, & factum emptoris omnino requiritur, atque ita lex haec esset de indubitate, si certiorationem necessariam supponeret ratione possessionis, & dominij, propter quod teneretur emptor plus adiucere, iuxta in superioribus firmata.

Sed in iure resolutionis venditionis pro dubitatione faciebat, quod emptor ea lege emit, & semel voluit, ut allata meliori conditione resolueretur venditio, unde videbatur, quod cum resolutio tunc fiat ipso iure, accedente venditoris approbatione, non erat amplius necessaria certioratio emptoris, cum etiam certioratus, si velit, nequeat impedire, nec contradicere venditionis resolutioni, tanquam legi a se ipso contrahendo dicta, quam seruare oportet, l.i. *S. si conuenierit. ff. de pac. contrarium* tam fuit decisum in d.l. *neesse, ratione prænarrata, ne per ignorantiam priuaretur* emptor iure acquisito cum dicta emptione, nam & si allata meliori conditione cum consensu venditoris subsequatur resolutio ipso iure, etiam in iusto emptore, nec eo respectu necesse habebit editor illum certiores facere. Attamen allo respectu id facere adstringitur, nempe ad hoc ut emptor certior factus de illa meliori conditione, possit ipse adiucere tantundem, sicque facere, ne illa conditio melior dici possit, quod non obscurè colligitur ex verbis in hac eadem lege expressis. ibi, ut si quid alius adiicit, ipse quoque adiucere possit, in quibus verbis obseruandum est, nullam pluris, aut licitationis mentionem fieri, sicuti in *legibus præcedentibus*, ut cognoscatur sufficere oblationem eiudem pluris ab alio oblati, quod expressius resultat ex d.l. *si emptionem, in qua dumtaxat dubitatum fuit de restitutione minoris,* sed ea cōcessa tanquam quid certum supponitur sufficere, si quid licitatio-

ne accessit ipse offerat, a quē ita cessat contrarietas, & repugnantia inter dicta iura.

17 Nequè hoc nouum, aut peculiare in venditione cum pacto adiectionis in diem videri debere dixi, quin potius generale, & commune, non tantum venditionibus, & locationibus; sed etiam omnibus contractibus bonæ fidei, in quibus pro regula constitutum est in l. *maioribus. C. commun. utriusque iudic.* quod si in aliquo casu rescissio concedenda est propter fraudem, & dolum incidentem in contractum (quia si alias dolus causam contractui dedisset, vtq; contraetus esset ipso iure nullus, ut in l. & elegā ter ff. de dol.) vel etiam propter iniusticiam pretij, & ratione lassonis in eo, modo aliquo contingentis, in primis, & antea omnia, inquit lex, quod in bona fidei iudiciis, quod in æquitate factum esse constiterit, in melius reformari oporteret, de qua optimè per *Fabru in decade 7. de error. pragmat. tom. I. error. 7.*

18 Hinc est, quod in casu d.l. 2. & in l. *si voluntate in fine. C. de restind. ven dit.* si venditio cum lassione ultra dimidiam iusti pretij facta fuerit, non statim rescissio conceditur, sed elecio emptori datur, an iustum premium supplere malit, & rem retinere, subsistente venditione, an potius recepto pretio rem restituere ibi in d.l. 2. *Humanum est, ut vel premium te restituente emptoribus fundum venundatum recipias, auctoritate Iudicis intercūniente, vel si emptor elegerit, quod deest iusto pretio recipias, & in d.l. si voluntate, ibi elezione iam emptori præfita seruanda: & idem constitutum est in venditione, locatione, & permutatio ne in fraudē patroni in l. 1. S. si quis in fraudē ff. si quis in fraud. patron. cuius sunt verba, Si quis in fraudem patro norum rem vendiderit, vel locauerit, vel permutauerit, quale sit arbitrium Iudicis, videamus, & in re quidem distracta deferri conditio debet emptori,*

*verum*

*virum malit rem emptam habere iusto  
pretio, an verò à re discedere pretio re-  
cepito, nequè omnimodò rescindere de-  
bemus venditionem.*

19 Sic etiam in datione in solutum dicit Iurisconsultus in l. si quis aliam rem in fine ff. de solut. ibi, sed & si quis per dolum pluris estimatum fundum in solutum dederit, non liberatur, nisi id, quod decet, replicatur, sed melius, & clarius in proposito facit l. si res estimata §. 1. ff. de iur. dot. cuius sunt verba. Si mulier se dicat circumuentam minoris rem estimasse, utputa seruum: siquidem in hoc circumuenta est, quod seruum dedit, non tantum in hoc, quod minoris estimauit in eo acturam, ut seruus sibi restituatur; enim verò si in estimationis modo circumuenta est, erit arbitrium mariti, utrum iustum estimationem, an potius seruum prestat, & paulò inferius in individuo nostri casus dicitur, quod idem in minore circumuento Marcellus probat. vbi Glos. & DD. idem firmant, & eis non citatis agnoscit Faber d. error. 7. col. 1.

20 Graue tamen obtulit se mihi dubium ex traditis ibi per eum remissiuè ad error. 1. decad. 7. vbi subtiliter suo more docet, prædicta procedere re integra, & vbi locus est actioni ex bonæ fidei contratu, sed non illa cessante per traditionem, vel aliter, quia tunc etiam si vis, vel dolus intercesserit, restitutio in integrum dumtaxat competit ad rescissionem ex capite editi de dolo, vel quod metus causa, sicut & ex capite minoris aetatibus, si minor fuerit is, qui læsus proponitur, de qua quidem restituzione peculiariter dixit Faber ead. decad. 7. error. 9. in princ. quod minori restituta ipsa res, quæ aliquando minoris fuit, restituenda est præcisè, nec auditur emptor, si iustum pretium supplerere malit.

Ex quibus cum in casu nostro non per actionem ex bonæ fidei contra-  
tu agatur, sed per restitutionem in-

integrum sit iterum res licitationi exposita, rescissa priori venditione videbatur, nullo modo esse audiendū dictum Malonda, vt allata meliori conditione per dictum Canellas, si tantum offerret, illum excluderet. Verum enim verò re mature attenta, & considerata votum dicto Malonda dare iustius, & equius iudicauit, ex eo, quod si in contractibus bonæ fidei concurrente ipsius contractus actione, sola iudicij æquitate, quæ maximè in eo exuberat, & officio iudicis res reducitur ad æqualitatem, absque vlla gesti, & actus destructione, si lædens elegerit, quanto magis hoc ipsum dicendum, & fatendum est in restituzione in integrum, præsertim si iure minoris (prout in casu nostro) concedatur, cum illius editum Prætor naturalem æquitatem sequutus proposuerit, ut habetur in l. 1. ff. de minor.

21 Nam & si verum sit, per restitutio-  
nem rem in eum statum reduci, in  
quo erat prius, quam contractum es-  
set. l. quod si minor §. restitutio ff. eod.  
attamen hoc ipsum certissimum est,  
quod verissimum arbitratur in l. 3.  
§. sed utrum eod. sit. filium familias  
minorem annis in integrum restitui  
posse, ex his solis causis, quæ ipsius  
intersint; quapropter si minor læsus  
fuerit in venditione, ex eo, quod non  
expediebat vendere, & tunc restitu-  
tio in integrum præcisè danda est ad  
ipsam rem, & reducendo ipsam in  
sum pristinum statum cum rescissio-  
ne cuiuscunq; contractus, & in his  
terminis expressissimè loquitur Fa-  
ber vbi supra d. decad. 9. quod si mi-  
nor læsus dumtaxat fuerit in pretio,  
& estimatione, cū alias ei expediret  
vendere (sicuti in casu nostro) & tunc  
restitutio eatènus ei concedenda est,  
quatènus intersit, non ut statim ven-  
ditio rescindatur, sed sub conditione,  
nisi scilicet emptor iustum pretium,  
& estimationem supplere malit; alias  
enim si rescissa simpliciter venditione

restitutio præcisè ad rem daretur, daretur utique præterquam interfit, cuius nihil absurdius dici, aut exco-gitari potest, imo nec iniquius, argumen-to eorum, quæ in simili de reme-dio d.l. 2. de rescind. vend. notauit Faber de error. d. tom. 1. decad. 8. error. 3. sic eleganter dicens. *Quid enim effe iniquius noua illa Imperatorum consti-tutione, quæ venditionem bona fide perfectam iubet rotractari ob immodi-cam solam lesionem, & quodammodo rescindi, si non electionem iusti pretij supplendi daret emptori at quia in em-ptoris arbitrio, & potestate relinquit, an quod iusto pretio deest, supplere ma-lit; atquæ ita efficere, ut venditioni sta-re in iustus & enditor cogatur, & quissima esse creditur constitutio, quæ in iusto em-patore sic revocat contractum ad suam equitatem, ut tamen venditionem ip-sam, in iusto etiam venditore tueatur, si eam stare empor velit; nam si nolit, si est, si rem a se emptam malis recepto pretio reddere, quam iustum pretium supplere, tum verà ipsius quoq; volun-tas accedit ad votum & edituris, ut com-muni utriusq; consensu venditio resolu-uatur, in quo nihil est absurdum, aut ini-quum.*

Eadem igitur ratione dicendum est, inquit Faber in suo casu, (& non incongruè ego retuli ad nostrum ca-sum, cum nulla iusta differentia rereddi possit) cur non idem in nostro, quod in illis, & alijs suprà memora-tis, in quibus vel actione ex lege, vel ex contraetu propter iniquitatem, & 22 lassionem in pretio non simpliciter rescissio conceditur, sed data elec-tione emptori, nam si in eis aequitas id-suadet, & in restitutione in integrum idem ipse expostulat, & exclamat, re-stitutioque ipsa cum sit ex Prætoris iurisdictione, denegari & potest, & debet, quoties aequitatem aliquam in contrarium facere Prætor vider, ut tradit idem Faber ad l. minor annis §. 1. col. 3. in ration. tom. 1. & ideo in proptijs terminis ubi minor Iesus est,

non in venditione, sed in quantitate pretij, quod restitutio in integrum ei dada sit, ad hoc dumtaxat, ut emptor, vel suppleat iustum pretium, in quo fuit Iesus, vel quod à tota emptione discedatur, & rem ipsam restituat, data emptori electione, tradiderunt Glosa, Bartol. Bald. & ceteri Doctores ad l. siquidem C. de pred. min. non alie-nand. & ad l. si res. §. mulier. ff. de iur. dot. & est magis communis, & recepta opinio, ut plures referens testatur, & comprobant Sforzius Oddo de restitu-tion. in inscr. gr. quæst. 57. art. 4. nu. 16. cū seqq. & cum his omnibus benè per-pensis, & examinatis transfuit Sena-tus, & fuit pronunciatum, uno tamum ex Dominis contradicente, & ad cō-probationem videndus est Ioan. Petr. Fontanell. decis. 520. à num. 4. tom. 2. nouè in lucem editus.

## ARGUMENTVM.

Pecuniam etiam bona fide cō-sumptam auocare ex priuilegio creditori anteriori licere contra secundum simili-ter priuilegiatum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Creditores priuilegiati, quibus concedi-tur pecuniam posterioribus soluta, & bona fide consumptam auocare, non excluduntur persimiliter priuilegiatos.
- 2 Regula illa, priuilegiatus nō utitur suo priuilegio cōtra aliū priuilegiatum, sed quod conquiscentur, habet locū, si in utroquè militet eadem ratio, & fauor.
- 3 Lassidus C. qui potior. in pign. ha-beantur, declaratur, & num. 4.

D E-

## DECISIO LXXXII.

**P**riuilegiatos credito res, quibus datum est, pecuniam posterioribus solutam, & bona fide consumptam auocare, non excludi per similiter priuilegiatos. *Conclusum, & dictum fuit ad fauorem Hieronymae Nin, dotem maternam repetensis, contra beredes Eulaliae Baccallar, cui dos ex posteriori matrimonio fuit soluta, refente D. Francisco Corts. Scriba Petro Perez notario. die 15. mēsis Septembbris anni 1633.* Ex eo, quod prima dos vlt̄a priuilegium habebat maius ius ex tempore, propter quod magis priuilegiata dici debet; ac prioratē non prohibetur suo priuilegio vti, quan-  
doquidē regula iuris contraria, quod priuilegiatus non vtatur suo priuilegio contra aliū priuilegiatum, sed quod priuilegia (vt dici solet) conquiscentur, procedit, si in vtroq; militet eadem ratio, & fauor, secūs si aliās, vt in simili fuit dictum in Re-  
gno Siciliæ, & per plura docet *Dox Garſ. Maſtrill, decif. 280. à num. 90.* &  
in terminis de auocatione pecuniae ex priuilegio, quod non permittatur contra priuilegiatum, si creditores sint pares in actione personali, vel vti non constat de anterioritate hypothecæ, firmant *Petr. Barboſ. ad l. 1. ff. fol. 1. matrim. 6. par. num. 21. vers. reten- ta bac opinione, & Gaspar Anton. Theſaur. quæſt forens. lib. 2. quæſt. 16. nu. 6.* sentientes contrarium, si de priorita- te appareat.

Expressius autem, quod magis priuilegiatus posuit auocare pecuniam, tradit ex alijs *Ioann. Domin. Gaito de credito cap. 4 quæſt. 1. num. 13 & 5. idq;* in proprio calu dotis contra dotem deuincitur, & comprobatur per id, quod auocationē illam concedi propter tacite hypothecæ priuilegium, & istud non tolli, sed pro prima dote contra secundam dari, dictum fuit in

hac eadem met causa in *Conclusione Pecuniae, & in Conclusione Dotis,* & li- cēt fuerit instatum pro parte dictoru heredum per *Lassiduis. C. qui. potior. in pignor. bab.* primæ doti contra se- cundam non dari priuilegium præla- tioñis, postquam enim de illo egit, excipit filios primi matrimonij con- tra nouercam, ibi *exceptis videlicet contra nouercam anterioris matrimo- nij filijs, sed ex tempore prærogatiuam competere, ibi duabus enim dotibus ab eadem substantia debitiss ex tempore prærogatiuam manere volumus,* quæ quidēm prærogatiua priuilegia- ta dici nullo modo potest, cum detur ex regula iuris communis, qui prior est tempore, potior est iure, & cessante priuilegio auocationem cessare debere.

Attamen dictum fuit, per illa verba primo loco relata, *exceptis videlicet, non priori doti, respectu secundæ damnum, & præiudicium, sed potius beneficium, & commodum conferri;* si quidēm idēcō excipiūtur filijs ex pri- mo matrimonio, ne contra illos no- uerca potiatur priuilegio prælationis per illam legem contra creditores anteriores concessa. Et verba illa *exceptis videlicet relationem habent ad id, quod anteà dictum fuerat de mulieribus vlt̄a beneficium actionis ex stipulatu, & tacite hypothecæ po- tiora iura contra omnes habere ma- riti creditores, licet anterioris sunt temporis priuilegio vallati, per ratio- nes, quæ subsequuntur ibi, cum enim in personalibus actionibus, usque ad ibi hoc ei priuilegium indulgemus, & statim subiungitur illa exceptio de filijs anterioris matrimonij, declara- ta per dictioñem videlicet, ad effectū, ne contra illos ex eo priuilegio no- uerca agere possit, & quod dicitur contra nouercam, intelligi debet re- spectu nouercæ, seu exceptis filijs co- tra nouercam, si illi cum nouerca co- tendant de prælatione, & ita Accur- sus explicat textum sub illo verbo*

exce-

exceptis, & sequuntur. Scribentes com-  
munitè, nec est unus, qui per illa  
verba dixerit, denegari filijs pro pri-  
ma dote priuilegium contra secun-  
dam, sicuti nec dici potest, cùm agēs  
deinde Imperator de isto casu, refe-  
rat, filijs pro dote matris suę iam qui-  
dèm dedisse hypothecam contra pa-  
ternas res, & eius creditores, & ulteriū  
eos priuilegiando, cùm ea lege  
addit verba satis clara ad fauorem  
primæ dotis contra secundam, quæ  
tergiuersari nequeunt. ibi in præsentis  
autem similem eis prærogatiuam ser-  
uamus, ne ius, quod datum est uxori,  
hoc anteriori denegetur, sed sic maneat  
eis ius incorruptum, quasi viuente ad-  
buc matre corū. Duabus enim dotibus  
ab eadem substantia debitibus ex tempo-  
re prærogatiuam manere volumus.

Quæ quidèm verba, tantum abest,  
ut probent, prælationem dari ex iure  
communi (ut contendunt heredes)  
quin potius cōtrarium expressissimè  
ex eis deuinatur; cùm prælatio de-  
tur ex tempore cum prærogatiuā,  
idest cum priuilegio tacita hypothecæ,  
quas omnes priuilegiatas esse  
constat, cùm à lege inducantur, &  
tempori referantur, tempus priuile-  
giatum dici debere deprehenditur  
ex illis verbis in eadem lege suprà  
relatis ibi, licet anterioris sint tempo-  
ris priuilegio vallati, & in auth. ut  
exactio instan. dot. nouel. 91. clarissimè  
disponitur, quòd prima dos contra  
secundam ex tempore non solùm ha-  
beat proprium robur, sed etiam pri-  
uilegium. ibi, sed quod antiquius est tē-  
pore, amplius manere, proprium robur  
babens, & priuilegium, quæ omnia si-  
cuti ponderata fuere, adducere pla-  
cuit pro exclusione contrariorum, &  
intelligentia d.l. assiduis, de qua late  
agit Anton. Faber in suis coniectur.  
lib. 8. cap. 13. & eum sequitur Franc.  
Ferrer. ad Confit. Cathaloniae, quæ in-  
cipit Hac nostra 11. declar. ad primum  
tempus. num. 7.

## A R G V M E N T V M.

Donationis inter viuos substā-  
tiæ nullatenus officere reuo-  
candi facultatem per dona-  
torem in ea reseruatam, ac  
propterea inter viuos, non  
mortis causa dijudicari de-  
bere.

## S V M M A R I V M.

- 1 Substantia donationis inter viuos, re-  
seruata reuocandi facultate, nullatenus corruit, eaq; non obstante in  
ter viuos, non mortis causa cīsetur.
- 2 Donatio inter viuos per pænitentiā  
reuocari non potest, postquam ad per-  
fectionem est reducta, secūssius do-  
natario nondū est quæsum, cùm  
possit in donatione per eum facienda,  
& modum, & cōditionem adycere,  
& reuocabilem facere, absq; eo, quòd  
eius natura euaneat.
- 3 Oppositiones Fabri de error. pragmat.  
tom. 2. decad. 42. er. or. 3. sub nu. 3.  
& aliorum diluuntur, & num. 4.

## D E C I S I O LXXXIII.

- I
- 
- Euocandi facultatem in  
donatione, quæ expre-  
sè inter viuos facta  
fuit, reseruatam, ipsius  
substanciæ neutiquam  
repugnare, eaquè non obstante inter  
viuos, non mortis causa iudicandam  
fore. Conclusum, & decisum fuit die  
18. Ianuarij 1638. me referente in fa-  
uorem nobilis Angelæ Scarchioni, &  
Santijust contra Nicolaum Scarchioni.  
Actuario Ioanne Antonio Polla. Per  
text. in l. si unquam, & in l. fin. C. de-  
re uocand. donation. & in cap. vii. extra  
eodem, in quibus varij reuocandæ do-  
nationis inter viuos modi recensem-  
tur, absq; eo, quòd illius substantia  
immu-

immutetur, de quibus latè post alios per *Camill.Borrell.* in sua *summa decis.* *totius Orbis tom.3. tit. 12. à num. 2.*

2. Quamvis enim ex eisdem liqueat, donationem inter viuos sui natura per pénitentiam reuocari non posse; id est verum, postquam perfecta est, ut tradunt Doctores in eisdem iuribus, & constat ex *I. perfecta C. de donatione que sub modo, & I. Aristo ff. de donatione.* & cum multis probat *Borgn. Caualc. decis. 42. num. 2. par. 1.* & latissimè prolequitur *D. Ioann. Castill. Sotomaior. quotidian. controv. cap. 10.* ferè per totum. *tom. 3.* sed à principio antequam ius donatario sit quesitum, potest donator in donatione per eum facienda pactum, modum, & conditionem adiucere, & eam ad tempus, & reuocabilem facere, absq; eo etiam, quòd donationis inter viuos substantia immutetur, quia sicut lex hoc facere potest ex post facto, ut in dictis iuribus pro conclusione ciatis, ità & donator à principio, cùm legē quisquè, quam velit, poterit rei per se dandæ iniungere, & ità in terminis nostram conclusionem admittunt, & probant *Bald. conf. 168. col. fin. vol. 3. Ruin. conf. 182. num. 7. vol. 1. Hieron. Gabr. conf. 3. num. 2. vol. 1. & latius Sigism. Loffred. conf. 5. à num. 6.* & sequuntur post multos *Caualc. & Castill. in locis relatis.* ille *num. 34.* & iste *num. 55.* *Amat. decis. March. 51. num. 20. Monach. decis. Bonon. 71. num. 65.* *Ioann. Petr. Fontanell. de part. nuptial. tom. 1. claus. 4. glof. 26. num. 2. vbi ex Cardin. Mantica decacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 47. num. 4. tom. 2.* dicit, donationem habere effectum in casu, quo donator ea facultate nō vtatur, & firmant recèter, alios quoque citantes *L. Franc. Anto. Costa conf. 12. num. 70.* & *D. Mar. Cutell. de donatione tract. 1. discurs. 2. parti. 8. num. 34.*

3. Nequè aduersantur traditæ per *Anton. Fab. de error. pragmatic. tom. 2. decad. 42. error. 3. sub num. 3. vbi agēs de donatione inter viuos,* affirmat,

valere irreuocabilitè; ità quòd, si eius reuocandæ potestatem sibi donator retineat, nō possit dici donatio inter viuos, per *I. r. ff. de donatione.* & *I. vbi ità donatur ff. de donatione. caus. mortis,* nec non & per *Martam voto 77. num. 2. authoritate Decij cons. 470. nu. 4.* & *Mantica de coniectur. ultim. voluntat. lib. 1. tit. 13. num. 8.* & per *Io. Anton. Bellon. conf. 8. à num. 24.*

4. Siquidèm hi omnes, & si alij sint, intelligi debent in dubio, vbi clarè non apparet, donatum fuisse inter viuos, quinimodo nequè hoc sufficeret, cùm in dubio ità præsumatur, & ex illa reseruatione maximè arguitur, nam alijs frustè fieret, ut optimè tradit *Carol. Ruin. d. conf. 182. num. 7.* & sequitur *Cardin. Mantica d. tit. 13. num. 20.* conferunt euam tradita per *Vincent. Caroc. decis. 84. num. 23.* cum alijs, de quibus per *Menoch. de presump. lib. 3. presump. 35. num. 35.* per *Anton. Amat. decis. March. 46. nu. 43. vers. quando donator per Fontanell. d. tom. 1. claus. 4. glof. 3. num. 7.* per *Iacob. Gallum conf. 6. num. 13.* nili etiam cum dicta reseruatione facta fuerit mentio mortis in substantialibus, & nil aliud obstaret, prout in terminis loquitur *Decius d. conf. 470.* & tenet etiam cum *Rebuff. Paul. Christin. decis. 193. num. 6. tom. 4.* & tunc reseruatione reuocādi in donatione causa mortis operabitur effectus, de quibus latè, & docè per eūdem *Fabrum de error. pragmatic. d. tom. 2. decad. 45. error. 1. à num. 7.*

### ARGUMENTVM.

Possessorium iudicium ex *I. fin. C. de acquir. poss. ex eo solo intentatum censi, quòd ad possessionis petitionem ex constituto, & precario addita fuerit clausula, ius, & iustitiam, vel similis.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Remedium l.fin. C.de acquir. possess. censetur intentatum, etiam si de eo expressè non fiat mentio, ubi ex cōstituti, vel precarij clausula agitur ad rei possessionem, & clausula adiicitur, ius, & iustitiam, &c.
- 2 Remedium d.l.fin. non dicitur intentatum quād retinendam possessionem, sed quād recuperandam.
- 3 Clausula illa, ius, & iustitiam, etiam si fuisset adiecta in retinenda possessione, nihil operaretur, producere t.n. effectum quād recuperandam.
- 4 Conclusio quot modis limitetur, & nos.

## DECISIO LXXXIV.

- R**emedium l. final. C. de acquir. possess intentatum, censeri etiam si de eo expressa mentio neutrum quād fiat, ubi ex cōstituti, vel precarij clausula ad rei possessionē agitur, & adiicitur clausula, ius, & iustitiam, vel similis. Cōclusum, & decisum fuit die 15. mensis Nouembris anni 1634. me referente ad fauorem Saluatoris Acori Ciuitatis Safferis contra Augustinum Vila I.V.D. Actuario Ioanne Baptista Maffidda notario. Per decis. Anton. Tbesaur. 215. num. 6. vers amplia, ubi ait, remedium illius legis locum habere, etiam si non sit specialiter intentatum, sed generaliter adiecta clausula, ius, & iustitiam sibi ministrari, per ea, quæ citat, quæ quidem intelligenda sunt, ubi de cōstituto expressè fuit actum, seu de precario, cum ex vtraquè causa remedium illud æquè dari doceat Anton. Faber in Cod.lib.7.tit.7.definit.15. & hæc conclusio ab omnibus istius Regni Tribunalibus admissa, & quotidie obseruata, & practicata est.
- 2 Eamque veriorem agnoscit Anton.

Faber in eod. Cod.lib.8.tit.24.defin.13. & licet in fine alio iure uti dicat, & contrarium decisum referat d. tit.7. definit.12. verū, vt ex eis, & ex allegatis in vtraquè resultat, id factum non incongruē dici potest, quod ex constituto actum fuit de retinenda possessione, & ex sententia eiusdem Fabri relata in definit.1. istius tituli num.14. quam Menoch. probasse ibi affirmat, remedium dictæ l.fin. non retinendæ, sed recuperadæ possessionis est, quamq; idem Faber latius comprobauit de errorib pragmatis. tom.1. decad.4. error.2. num.14. & error.3. num.13. supponendo, communem sententiam esse in contrarium, sed aliam esse communem, post Menoch. testatur, & alios adducit Ioann. Dominic. Gaito de credito. cap.4. quest.7. num.799. & num.913. & in append. à num.75.

Vnde meritò detracta clausula constituti ad retinendam possessionē non potest dici intentatum remedium d.l.fin. quod ad recuperandum datur, quin immò etiam si eo casu adiecta fuisset clausula illa, ius, & iustitiam, vel similis, nihil operaretur, ex eo, quod in iudicio reintegrandæ per illum non sustinetur libellus, ubi fuit intentatum possessorum retinendæ, vt post Ripam, Menoch. & Surdum, qui alios citant, tradit Statil. Pacific. de saluian. interdict. inspeccio. I. cap.3. num.24. & sequitur Augustin. Barbos. de clausul. vsufrequent. claus.76. sub num.16.

Idem quād dictum remedium decisum refert Faber in d. defin.1. ubi fuit actum hypothecaria, quia si agens iuuari contendat ex illo, dicit, quod non est audiendus, cum non possit beneficium illud cum quasi Seruiana concurrere, iuxta Pragmaticorum sententiam, quam is iuribus, & rationibus fundatissimis impugnat d. dec. ad 4. error.6. affirmans, cum remedio retinendæ cumulari posse hypothecariam, & contrarium afferere,

esse

esse ridiculum, & ineptum, & hoc ipsum voluit in *d. definit. num. 12. vbi in fin.* amplius dicit, posse remedium illius legis multò magis competere ad recuperandam possessionem, per *dict. decis. Thesaur.* superius relatam, & aliam, quam citat, quæ quidem est *53. num. 5. vbi habetur*, non sufficere hoc casu (id est, vbi fuit actum expressè ex remedio *d.l. fin.* sed tantum hypothecaria, ut in *num. 4.*) huiusmodi remedium implorantem ut illa clausula, *ius, & iustitiam ministrari;* sed debet specificè constitui clausam proponere, ut obtineat, & ita iudicatum dicit.

Idquè ex eo est, quod clausula illa circa non expressa nihil operatur, ut ex alijs probat *Filius Gaspar Anton. in addit. & sequitur Horat. Barbat. de assis. præstand. in prefation. num. 47.* & ita sunt intelligenda, & declaranda, quæ in terminis ex quadam *Cataloniae Constitutione* deducit *Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. tom. I. claus. 4. glof. 18. par. 2. num. 65.* quia illius Constitutionis vis, & dispositio-  
nis iuris Canonici, de qua per eum ibi *num. 66.* non alia est, nec absimilis ab ea, quæ tribuitur dictæ clausule, *ius, & iustitiam ministrari,* & similibus, quibus omnibus illud est commune, quod circa non expressa, nec deducta in facto nihil operentur, & alijs pluri-  
bus modis limitari, & declarari cōstat ex latè congestis per *Ioann. Petr. Surda. conf. 273. à num. 22. vol. 2.* quem sequitur *Steph. Gratian. decis. 193. à num. 7. Stat. Pacific. vbi suprà à num. 56.* & est plena *decisio Joseph. Sese 27. tom. I.* sed latius prosequitur *Barbos. d. claus. 76. & 95.*

## ARGUMENTVM.

Originarium Gallum, qui patriam deseruit, ut Hispaniā habitaret, nullatenus subijci, nec contineri sub mandato repræfaliarum contra Gallos indictarum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Originarius Gallus, qui ut Hispaniam habitaret, deseruit patriam, non continentur sub mandato repræfaliarum contra Gallos indictarum.*
- 2 *Repræfalia cur de iure Casareo interdicantur.*
- 3 *Repræfalia valida sunt, quando superioris auctoritate conceduntur, & ex iusta causa, & intentio iusta ad sit, & recta.*
- 4 *Repræfalia tamen in foro poli, quam in foro furi licite sunt ad vlciscendas iniurias, quas iniuste subtinuit subditus unius Domini sub alieno domino.*
- 5 *Repræfalia sunt odiosæ.*
- 6 *Mentio de ciuibus intelligitur de subditis in materia repræfaliarum, & subditus dicitur respectu domiciliū, non originis.*
- 7 *Originarius alibi commorans, & onera in patria non subtinens, non potest dici subditus.*
- 8 *Conclusio rationibus augetur.*
- 9 *Locus originis, & locus domiciliū quando in eadem persona concurrunt; debet inspici quod illi prodest, non quod nocet, si quod prodest est favabile, & secundum ius commune.*
- 10 *Mandatum de repræfaliis non comprehendit eos, qui sub Regia protectione adjunt per habitationem, & multiò magis per priuilegium.*
- 11 *Princeps in columem scruare acbet eū, qui pro subdito admittitur.*
- 12 *Princeps in dubio non præsumitur, quod*

- priuilegium, & concessionem semel factam reuocare velit.
- 13 Reuocatio priuilegiorum nō inducitur ex verbis generalibus, nisi de ea specifica sit facta mentio.

## DECISIO LXXXV.

- 1 Epræfalias contra subditos Regis Gallie de mandato Domini nostri Regis indicatas nō comprehendere, nequè exequendas esse contra originarios Gallos, qui munera in patria nequitam subeunt, sed habitatores effeci sunt Regnum Hispanie per priuilegium eiusdem Domini Regis. Conclusum, & decisum fuit die 26 mensis Iunij anni 1635. me referente in fauorem Tolsants Catala contra Fiscalem Patrimonialem. Actuario Ioanne Francisco Fontana. Per doctrinam in proprijs terminis insignē Bart. in l. provinciales 190. ff. de verb. signif. & in tractat. de reprefal. in 2. quest. 7. question. princip. num. 3. vbi in primis dicit, quod reprefaliæ concessæ contra Florentinos, sive homines de Florentia, non comprehendunt eum, qui alibi moratur, ex eo, quod ille non fuit in culpa, & hæc est ratio, propter quam reprefaliæ, & pignorationes de iure Cesareo interdicuntur in auth. ut non siant pignor. colla. 5.
- 2 quia impium est, ab uno exigi, quod ab alio debetur, essequæ illas, ut plurimum iniustas, & regulariter prohibitas, constat ex Angel. Ancharan. Bologn. & alijs relatis per Cardin. Domin. Tuscb. practicar. conclus. tom. 6. in verbo reprefaliæ, conclus. 194. à n. 1. latè defendit Marta de iurisdiction. par. 4. casu 41. per totum, & post alios Ioann. Paul. Balzaran. ad Constitut. utriusq; Sicil. fol. mibi 118. num. 15. & fol. 120. num. 8. item Mar. Mut. ad cap. Regni Sicil. tom. 1. cap. 16. num. 8.

- 3 Licet enim de iustificatione concessarum per Dominum nostrum Regem dubitandum non sit, & esset remerarium de ea disputare, cùm alias in foro conscientiæ, & de iure gentium, naturali, & diuino, validas dicat Bologn. idem Tuscb. ibi num. 11. ac propterea num. 22. idem affirmat, quando sunt concessæ authoritate Superioris, & ex iusta causa, & intentione est iusta, & recta, ex Bartolin d. tractat. de reprefal. q. 1. in princip. vbi allegat Diuum Thomam, vnde ex eodem Bartol. in vers. ad secundum cum communi opinione testatur Tuscb. num. 22. quod concurrentibus predictis sunt multò magis permittæ de iure civili, & esse omni iure licitas, tam in foro poli, quam in foro fori ad vlciscendas iniurias, quas subditus unius Domini in alieno dominio iniuste substinuit, plures citans tradit Petr. Caball. resolut. crimin. cent. 2. casu 122. num. 1. & cent. 3. casu 191. nu. 24. nouissimè multos cumulans probat Pater Anton. Diana in suis resolut. moralibus part. 4. tract. 4. resolut. 9. et. tom. 2. vbi pro satisfactione rationis contrariæ ait, quod reprefaliæ æquitati naturali nullo modo repugnat, cùm is, qui grauatur in eis sit huic grauamini obnoxius ratione Republicæ, cuius est pars, & cui bona sua obstricta sunt.
- Nihilominus tamen omnes unanimiter admittunt, reprefalias esse odiosas, subsidiarias, & exorbitantes, & ideo stricte intelligendas, ut per Guid. Pap. conf. 209. num. 3. Franc. Marc. decis. 769. num. 5. part. 1. Hartham. Pistor. obseru. 50. num. 2. Tiber. Decian. conf. 24. num. 69. vol. 4. Ioann. Baptista Cost. de remed. subsidiar. remed. 17. num. 12. & multos alios citans cum communi, de qua testatur Fræc. Bursat. conf. 138. num. 13. vol. 2. & firmat recentè Carol. Tapia in decis. Ital. 22. num. 14.

Quapropter pro resolutione nostræ conclusionis Bart. in loco à principio citato num. 3. circa finem, quod

ad repræsalias concessas contra Florentinos, sive homines de Florentia, sic distinguit, aut Florentinus, si alibi moretur, munera in patria subit, & Florentinus est, & in eum repræsaliae execui debent, aut alibi moratur, nec subit munera, & non dicitur propriè Florentinus, nec pro repræsaliali tenetur, iuxta nostram conclusionem, & quod repræsaliae sunt odiosæ, Bartolum sequuti sunt Abbas in cap. quoniam. num. 2. de offic. ordin. I mol. Alexand. & Socin. sen. in rub. ff. solut. matrim. Martin-Laudens. de repræsal. num. 22. & Cardin. Tusch. ubi supra in conclus. 198. num. 9. & ceteri Doctores communiter, ut de communi testantur loco citato Alex. in conf. 200. num. 12. vol. 2. & post eum Carol. Ruin. conf. 200. num. 12. vol. 2. & conf. 120. num. 7. vol. 4. Roland. à Valle conf. 79. num. 20. vol. 3. Iacob. Menoch. conf. 1060. num. 33. vol. 1. & conf. 1129. num. 49. vol. 12. Tiber. Decian. respons. 71. nu. 23. vol. 2. cum quo transit Alphonſ. Azened. ad leg. Reg. Hispan. lib. 8. tit. 12. leg. 6. num. 6. sed latius idem Decian. d. conf. 44. num. 57. vol. 4. Ioann. Cephal. conf. 451. num. 90. vol. 4. Ioann. Petr. Surd. conf. 313. num. 60. vol. 3. & Ioan. Baptista Valenzuel. conf. 37. num. 18. tom. 1. & ante eum eleganter Petr. Greg. Tholos. in syntagm. sur. uniuers. part. 3. lib. 38. cap. 8. num. 16. per hæc verba, Repræsalias contra alicuius Regni, vel Ciuitatis, vel Republicæ personas, intelliguntur de ibi habitantibus, non autem si nati inde in Regno, qui indixit, inhabitent, quia is non videtur eius prouincia, in qua non habitat, sceleris esse particeps, nisi post indicias repræsalias desipisset esse eius Ciuitatis, contra quam indicata, ciuis.

Quamvis enim post multos Decian. d. conf. 44. num. 58. contendat, ciuitatem in iure, non in facto portandi onera consistere, ac propterea posse esse ciuem, tametsi onera non substineat, & à nu. 66. ad dictam do-

ctrinam Bartoli respondeat, locum habere in dispositione, in qua sit metio de Florentinis, sive de hominibus de Florentia, non autem de ciuibus, quia inter istos longam esse differentiam assertit num. 68. à num. 76. post aliquos defendit, ciuitatem originis per mutationem domicilij, vel aliter amitti, vel renunciari non posse, sed contrarium de directo tenet, & probat cum multis Menoch. d. conf. 1060. & signanter num. 33. circa finem cum sequentibus, & Surd. d. conf. 313. num. 62. & per totum, & generaliter dispositionem simpliciter loquentem de ciuibus alicuius Ciuitatis, non verificari in originarijs, qui in ea Ciuitate non habent domicilium, ex alijs docet Petr. Barbos. de iudicijs ad l. heres absens. S. proinde in articulo de foro ratione originis. num. 115.

6. Quidquid autem de hoc sit, de quo latè in Conclus. Origonis, quod attinet ad nostram, in qua solummodo agitur de repræsaliali indictis contra Regis Gallie subditos, Cephal. d. conf. 451. num. 137. ex mente Ruin. d. conf. 120. num. 9. animaduertit, quod in materia repræsaliarum mentio de ciuibus intelligitur de subditis, & statim pro iustificatione nostræ conclusionis num. 138. cum Glos. Felin. & Decio probat, subditos intelligi respectu domicilij, non originis, & ad hoc plures alios citat Surd. loco citato nu. 66. & post eum, & alios cum communi, de qua testatur, docet August. Barbos. in collectan. ad lib. 2. decretal. tit. 2. cap. 1. num. 4. & ante eum Petr. Barbos. ad l. heres absens. S. fin. tit. de foro ratione originis. num. 36. & tenent Iacob. Menoch. conf. 692. num. 1. Ioan. Franc. Capiblanc. de offic. Baren. tom. 2. cap. 60. num. 10. Ignat. del Villar. respons. 7. pár. 5. lib. 1. num. 36. & est decisiō Rota Romana apud Ludouī. 255. num. 5.

Conferunt eradita per Martā vo- zo 186. num. 1. cum seqq. & de origina- rio, qui alibi domicilium transtulit

- & onera in patria nō substinet, quod  
7 nō sit, nec possit dici subditus, tamet-  
si non dicatur forensis, ex alijs probat  
*Marc. Anton. Peregr. decis. 86. num. 6.*  
cum duobus sequentibus, quinimmo  
isto casu de originario, qui onera in-  
patria non substinet, quod sit habé-  
dus pro forense, voluit cum *Castrensi.*  
*Cephal. & Roland. Steph. Gratian. di-*  
*scept. forens. tom. 1. cap. 181. num. 21.* &  
ita firma manet nostra conclusio, que  
quidem à fortiori tenenda; & asser-  
uanda est in eo, qui domicilium, &  
habitationem contraxit in Hispania-  
rum Regnis, in eisque factus est ha-  
bitator per priuilegium Domini Re-  
gis, iuxta ea, que per plures iuridicas  
rationes videndas comprobant idem  
*Bartol. in eod. tract. de repræsal. in 3.*  
*quaest. 7. question. principal. nu. 4.* quem  
sequuntur *Bald. in auth. sed omnino*  
*num. 41.* C. ne vxor pro marito, & in-  
conf. 104. lib. 4. *Philipp. Corne. conf. 177.*  
*nu. 6. lib. 4.* & post eos *Cardin. Domin.*  
*Tusch. practic. conclus. tom. 6. in verbo*  
*Repræsalie conclus. 198. num. 1.* & con-  
clus. seq. nu. 3. sequuntur etiam *Jacob.*  
a *Canib.* in tract. de repræsal. par. 1. nu.  
34. & *Jacob. Menocb.* conf. 244. nu. 54.  
vol. 3.
- 9 Facit quod alias consuluit *Petr. de*  
*Ancharan. conf. 37.* quem refert, & se-  
quitur *Gregor. Lopez. ad l. 5. tit. 24. glos.*  
son quattro. circa medium, quod cùm  
in eadem persona concurrit locus  
originis, & locus domicilij potius in-  
spicitur quod sibi prodest, quā quod  
nocet; quando id, quod prodest esset  
fauorabile, & secundum ius commu-  
ne, & non odiosum, & contra ius cō-  
mune, prout in casu, in quo ille con-  
suluit, & idem dicendum est de re-  
præsalijs in terminis nostris conclusio-  
nis, cùm per probata liqueat, eas  
regulariter esse odiosas, exorbitates,  
& contra ius commune.
- 10 Eoquē maximē cùm in proposito  
de eis decimum constet apud *Papon.*  
lib. 5. tit. de iure repræsaliarū arresti. 2.  
quem remissiū sequitur *Arism. Tē-*

pat. receptar. sentent. ium. 2. tit. 369.  
mandatum de repræsalijs non com-  
prehendere, nequē fore exequēdum  
contra eos, qui habent saluum con-  
ductum, & sunt sub saluaguardia, &  
protectione Regia, sicuti sunt subditi  
per habitationē, & multò magis per  
priuilegium; siquidem eo ipso, quod  
quis efficit subditus, & Princeps  
per priuilegium in ciuem, habita-  
rem, & subditum admittit, statim eū  
sub sua fide, tuitio, & protectione  
recipere censeretur, eumquē saluum,  
incolumem, & illæsum seruare tene-  
tur, ut in authent. de questionibus ibi  
in principio, Dei auxilio, ut subiecti ab  
eius clementia nobis traditis illæsi ser-  
uentur, & in l. 1. vers. item autem ff. de  
eniu. ibi spectat autem ad nos iniuria,  
que ei fit, qui vel potestati nostræ, vel  
affectioni subiecti sunt, cum alijs, de  
quibus latè per *Hier. Caueall.* in suo  
tractat. de cognit. per viam viol. glos. 5.  
à num. 21. & latius *D. Franc. Salgado*  
de Regia protection. par. 1. cap. 1. per to-  
tum, quod quidem deinde in cap. seq.  
nu. 28. cum tribus seqq. remissiū sub  
compedio redigit, ita de subditorum  
protectione asserens, ad proprium of-  
ficium Regis pertinere, ut sit attribu-  
tum naturale, inhærens visceribus Re-  
giminis, & qualitas infixa offibus, &  
substantia Diademati inseparabilis, &  
indivisibilis, ita ut protekti, & regimē  
vnum, & idem iudicetur indissolubile,  
quod à Rege tolli non potest, nec à Re-  
gimine separari, nisi Regnum tollatur,  
cum protectio, & defensio subditorum  
simul cum Regno creata sit, immò pro-  
tectione obiectum est, & causa finalis Re-  
gni. Regnum enim propter protectionē,  
non protectione propter Regnum, aut Re-  
gem datum est à Deo Supremis Princi-  
pibus. hæc ille.

11 Quod si ea communia, & propria  
quod ad omnes Reges iudicantur, vti  
propriissima, & veluti peculiaria de  
Domino nostro Rege prædicti, & præ-  
dicari possunt, cùm de eo, & suis Se-  
renissimis progenitoribus, à debita

pro-

protectione, & fide semel data, recefisse inauditum sit; & per indistinctiōnem illam repræsaliarum cōtra Gallos non est dicendum, derogare voluisse priuilegio habitationis, in suis Regnis. Gallis concessō, tām ex eo, quōd non est præsumendum, Principem priuilegii suum, & concessiōnem semel factam velle reuocare, ut refert Jacob. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumps. 37. tom. 2. tūm etiam, quia ex quibusuis verbis generalibus nū 3 quām inducitur reuocatio priuilegiorum, & particularium concessiōnum per Principem factarum, si non adest specifica eorum derogatio, iuxta notata per Alexand. conf. 122. vol. 4. cum alijs, de quibus per Vtūm in communi opinione 641. num. 4. sed plēnē de his omnibus per Philipp. Pasch. de viribus patriæ potestat. par. I. cap. 2. à nu. 96. Vndē cessante reuocatione priuilegij, & stāte Regia protectione debita huic in ciuem, habitatorem, & subditum recepto, non debet in eum mandatum de repræsalijs, exequi; & est vna ex validissimis rationibus, quibus nititur doctrina Bartoli in principio pro fundamento nostræ cōclusionis citata, vbi in puncto dicit, quōd concedens repræsalias, tenetur ciuem, vel incolam suum defendere ab iniurijs, quæ inferuntur per alium, ergo non debet ciui suo inferre violentiam, licet sit ciuis alterius Ciuitatis, argumento L'vindicantem, ff. de euiction. cum alijs, de quibus per eū, sed de his satis. Atq; latiū ad materiam repræsaliarum videnda, quæ nouē, & doct̄e, vt afflolet post hēc scripta tradit Dominus, & Collegamus D. Ferdinand. Arias de Mesa varior. resol. lib. 2. cap. 2. 1. cum tribus sequentiibus.

Digitized by Google

## ARGUMENTVM.

Donationem ex parte donatoris validam, cuius antē acceptationem ius reuocandi ei competebat, ab heredibus nullatenus reuocari posse.

## S V M M A R I V M.

1. *Ius reuocandi donationem, donatori competens, antē donatarij acceptationem, extinguitur per eius mortē, ad eius heredes non transit, & bona ad donatarium spectant.*
2. *Ius si donatario per stipulationem Notarij, vel aliter ex donatione irreuocabiliter quæstum fuerit, ratibabilitate donatarij in vita, vel post mortē donatoris superflua est: ex eo, quōd si non poterat reuocare donator, eo fortius heredes.*
3. *Conclusio num. 1. firmata habet locum, si ius donatario sit quæstum reuocabilitē, sive per stipulationem Notarij, vel aliter.*
4. *Acceptatio donatarij in quo casu deneretur post mortem donatoris.*
5. *Ius non transfertur in donatarium absentem simpliciter.*
6. *Donatio post mortem donatoris, in quo casu acceptari valeat.*

## D. E. C. I. S. I. O. LXXXVI.



Euocandi ius donatori antē donatarij acceptationem competens, in ea vide licet donatione, quæ ex sui parte validitatem supponit, per eius mortem extingui, nec ad heredes transire, ac proinde bona donata, non ad eos, sed ad donatarij post mortem acceptam pertinere:

Con-

*Conclusum, & decisum fuit die 22. mensis Decembris anni 1636. me referente ad fauorem Oeconomi, & Procuratoris Collegij Societatis Iesu Ciuitatis Bona contra heredes Reuerendissimi quod Melchioris Pirella Episcopi Vselensis. Actuario Ianne Antonio Serracarta. Per decisionem Vincent. de Franch. 339. vbi Flauj. Amendol. & Horat. Viscont. in addit. plures alios citant, facit similis decisio Ioann. Petr. Surd. 111. vbi Ioann. Bap. Hodicerni in addition. alios recentè refert, firmat etiam ex alijs Jacob. Cancer. variar. resolut. par. 1. in nouissima editione cap. 8. num. 41. Francisc. Anton. Costa conf. 7. plures etiam citat, & signantè à num. 12. cum multis nostram conclusionem probat.*

*Licet enim ex eis, & alijs passim in hac materia per Scribentes adducuntur resultet, varias, & nonnullas invicem contrarias fuisse sententias circa illam quæstionem, an donatio absenti facta mortuo donatore per donarium acceptari valeat. Verum tamen quodlibet in suo casu vera est, & à sua facti circumstantia declarationem recipit, siquidem si talis supponatur donatio, ex qua ius donatario per stipulationem Notarii, vel aliter irreuocabilitè fuerit quæsitum, & tunc frustè queritur de ratificatione donatarij in vita, vel post mortem donatoris, cum tunc verissima, & indubitate sit sententia, quæ denegat heredibus reuocationem, & ex eo, quod si donator reuocare non poterat, à fortiori id de heredibus affirmandum est, prout ita tradit ex alijs Surd. dec. 206. & Ioann. Francisc. à Ponte rons. 120. & signantè num. 11. volum. 2. & Steph. Gratian. disceptat. forens. cap. 531. num. 44. volum. 3.*

*Quod si ex donatione ius dumtaxat reuocabile fuerit donatario, quæsitum, siue per stipulationem Notarii, siue per iuramentum, vel aliter, ita quod donatio ex parte donatoris*

*valida sit, tametsi reuocabilis antè acceptationem donatarij, ex sententia nonnullorum, & tunc habet locum conclusio nostra, prout de ea in hoc particulari casu nupèr relato sunt decision. Card. Seraphin. 1184. tom. 2. Anton. Thesaur. 70. nu. 5. Anton. Fabr. in Cod. lib. 8. tit. 8. definit. 19. & Paul. Christian. 87. part. 1. & firmant vtrà citatos suprà alij, de quibus per Ioann. Bapt. Thor. in suo Compend. decis. Neapol. tom. 1. in verb. Donatio facta absenti fol. 160. per Patr. Molfes. ad Consuet. Neapol. par. 4. de renunciat. quest. 1. à nu. 71. cum seqq. & in sua summ. moral. tom. 2. tract. 12. de contract. cap. 17. nu. 40. in fin. Ioann. Petr. Fontanell. de paci. nupt. tom. 1. claus. 4. gl. s. 8. à num. 4. & Ioann. Castill. Sotomaior quotid. controvers. tom. 4. cap. 37. num. 45. vbi ex alijs, & præcipue ex Patr. Sanchez de matrimon. lib. 1. disput. 6. num. 5. dicit veram conclusionem indistinctè, siue Notarius illam acceptauerit nomine absentis, siue non.*

*4 Quamvis ad hoc ultimum Sanch. in vers. verius pro ratione fundamente, prius supponat, donationem citra stipulationem Notarii ex parte donantis esse validam, & perfectam, tametsi reuocabilem, per nec ambi. gi. C. de donation. ac propterea in vers. necessario amplius declarat, tunc obtinere, quando donans antè mortem nuncium, vel epistolam ad intimandam donationem misisset, secùs si alias, quia tunc expressè dicit, clarum esse, post mortem acceptari non posse, & ratio est, quia cum nulla supponatur validitas ex parte donantis, voluntas illa donandi in absentem, per mortem finitur, & ideo postea acceptari non potest, & in his terminis rectè procedit opinio, quæ post mortem donatoris denegat acceptationem donatario, de qua latè per Ioann. Cephal. cons. 440. à num. 30. volum. 3.*

*5 Näm etsi ibi agat de donatione,*

*cum*

cum stipulatione Notarij; at in primis ex sententia *Castrensis*, quam refert, supponit, ex tali donatione nullum ius transferti in donatarium absentem, atq; ita in illa negat validitatem, etiam ex parte donatoris, & ita etiam sunt intelligenda tradita pro eadem opinione per *Camill. Borrell.* in sua *summa decis.* totius Orbis tom. 3. tit. 10. de donation. à num. 169. cum alijs, de quibus vlt̄rā suprà relatōs per *Ioann. Baptist. Valenzuel.* conf. 168. num. 19. volum. 2. & per *Iacob. Cancer.* d. cap. 8. num. 42. atq; ita cessat contrarietas inter istas opiniones.

Meritò itaq; cùm queritur, an donatione post mortem donatoris acceptari valeat, hoc unum potissimum uidendum est, an illa valida sit; aliter quod ius ex ea donatario absenti queratur, quia muis reuocabilitè, quia tunc indubitanter admittenda est conclusio nostra. Quod si ex donatione absenti nullum ius quæratur antē acceptationem, tenenda est alia opinio, quod post mortem donatoris acceptari nequeat, ut bene suo more hęc omnia præsentit, & firmat *Anton. Faber de error. pragmat.* tom. 2. decad. 47. error. 4. circā finem. Verūt quia ex sententia eiusdem *Fabr. de iure nouissimo* sola uoluntas donandi quoquo modo declarata per donatorem sufficit, ut ex eadetur ius quæsumum donatario, quantumvis absenti, opinio ultimo loco relata rei cienda tali casu ueniret, & indistincte firmando conclusio, sed de hac *Fabr. sententia* querēda est *Conclusio Absenti.*

## ARGUMENTVM

Donationem inter viuos alicui simplicitè factam, ad titulum etiam maioratus, & primogeniture, si excedat summam legitimam, absq; insinuatione nullatenus valere.

## S V M M A R I V M.

1. *Donatio inter viuos simplicitè alicui facta, ad titulum etiam maioratus, & primogeniture, si summam legitimam excedat, absq; insinuatione non valeat.*
2. *Insinuatio non est necessaria in donationibus ob causam, etiam si causa sit de futuro.*
3. *Donatio ad titulum maioratus in casu conclusonis nostrae cur ex causa non dicatur facta.*
4. *Differentia constituitur inter maioratus Hispaniae, & alias exterarum Nationum.*
5. *Conclusio corroboratur, & augetur num. 6.*
7. *Donatio non dicitur ob causam, si causa generaliter sit expressa, cùm presumatur impulsua, non finalis.*

## D E C I S I O LXXXVII.



Vram, & simplicem donationem alicui, & suis inter uiuos factā, ita quod orde primogeniture in eis, successione afferuetur, masculusquè feminæ, & maior minori præferatur, ubicunq; quingentorum auri solidorum excedat, absq; insinuatione inuaidam esse. *Conclusum,* & *decisum fuit die decima octaua Ianuarij 1636. me referente in favo-*

rem.

rem nobilis Angelæ Scarchioni, & Sæt-  
justæ contra Nicolau Scarchioni. Actua-  
rio Ioanne Antonia Polla. Per text. in l.  
sequis pro redemptione. §. ceteris. C.de  
donation. vbi Doctores, & alibi passim,  
de quibus latissimè per Camil. Borrell.  
in sua summa decisionum tom. 3. tit. 11.  
à nu. 3. n. s. & si per eodem, & alios  
relatos per eundem Borrell. ibi num.  
139. cum seq. limitetur in donationi-  
bus ob causam; etiam si causa sit de-  
futuro, & donationem, de qua in con-  
clusionē tanquam factam ad titulum  
majoratus, ob causam iudicandam  
esse contendebatur, per tractata à Lu-  
dou. Molina de Hispan. primogen. lib. 2.  
cap. 8. num. 12. cum quo transit Franc.  
Molin. de rit. nuptiar. & pacif. in ma-  
trim. conuent. lib. 3. q. 6. num. 107. atta-  
men pro conclusione consideratum  
fuit, in ea deficere conditionem, in  
qua principaliter se fundat Molina,  
vt scilicet donatarius nomen, & insig-  
nia donantis deferre deberet, & li-  
cet num. 18. vers. ex quibus idem re-  
neat in alijs majoratibus, etiam ab s. p.  
dicto grauamine institutis.

Verum tamen, vt ex illius lectura  
constat, & tradit alter Molina de iu-  
stitia, & iure tom. 1. tract. 2. dispu. 279.  
vers. verum vero, aperte loquitur de  
majoratibus Hispaniæ, qui ex Regia  
facultate instituuntur, & in eis tam  
instituentis, quam totius suæ familiæ,  
& Reipublicæ honor, & utilitas ver-  
satur, pluraquæ alia grauamina ex  
sui natura continentur, quæ omnia  
cessant in donatione proposita, & fa-  
cta in nostro Regno, in quo leges  
Regnum illorum non seruantur;  
sed dumtaxat ius commune, & pro-  
prium municipale, à quo natura illo-  
rum maioratum prorsus distat, & de  
his ad alios non est licita argumen-  
tatio, prout agnoscit idem Molina  
lib. 1. cap. 1. num. 6. in fine, & num. 17.  
afferens, ea, quæ dicuntur de Hispani-  
orum primogenijs non posse iuri  
primogenitorum exterarum Nationū  
omnino adaptari, & comprobant in si-

mili Vincent. Hondele. conf. 45. ex nu.  
17. & conf. seq. per totum, & lignantur  
sub num. 36. tom. 2.

5 Nec quod in nostra donatione  
successio secundum ordinem primo-  
genituræ cum dicta prælatione fuerit  
disposita, & ordinata pro causa vr-  
get, cum ea donatori non fuerit one-  
rosa, nec illius utilitatem concernat,  
quod est per quam maximè necessa-  
rium, ad hoc ut donatio ex causa de-  
futura, ob causam censeri debeat, &  
valeat sine insinuatione, vt ex alijs  
probat Franc. Aret. conf. 17. num. 9. &  
late cum communi Alexan. conf. 113.  
num. 22. vol. 6. quem sequitur Cardin.  
Domin. Tusch. practic. conclus. tom. 4.  
conclus. 199. num. 26. cum alijs, de  
quibus in proposito per Hieron. Ga-  
bri. conf. 57. à num. 9. vol. 2. per Peregr.  
de fideicommiss. art. 51. num. 67. Rot.  
Roman. apud Caualer. decis. 257. n. 8. &  
in punto insinuationis dec. 354. n. 7.

6 Maximè cum nulla alia legitima  
causa fuerit in donatione expressa,  
nec ex sui generalitate deprehensa,  
& coniecturata sufficiat, ex quo do-  
nator illam puram, & simplicem vo-  
cauit, & uti talem fecerit, & dispolue-  
rit, quo in casu causa etiam generali-  
ter expressa præsumitur impulsiva,  
non finalis, & donatio ob causam di-  
ci non potest, per doctrinam Oldrad.  
conf. 5. approbatam per eandem Rotā  
Romanam apud Seraph. decis. 181. nu. 8.  
& sequentiam per Vincent. Caroc. decis.  
86. num. 19. Iul. Cæs. Minad. allegat. 3.  
post decis. Salernitan. num. 11. & per  
Franc. Schenard. conf. 35. num. 20. qui  
alios citat, & firmat etiam Joseph Sese  
decis. 405. nu. 10. tom. 4. vbi ex Corneo  
conf. fin. lib. 1. dicit, multum repugna-  
re, quod scilicet pura, & ob causam  
sit, & constat ex iuris regula relata à  
Molina d. quæst. 6. num. 105. donatio-  
nes ob causam factas simplices nul-  
latenus fore. I. hoc iure. I. fin. ff. de do-  
nation. sed an si illa donatio fiat post  
donantis mortem, insinuatione indi-  
geat, videnda est Cœclus Insinuatione.

## ARGUMENTVM.

Debitorem non esse soluendo quandocumq; doceatur, sufficere ad exclusionem excussionis nō factæ cum sententia contra debitorem latæ ex aduerso oppositæ.

## S V M M A R I V M .

- 1 Sententia non est necessaria, ut præcedat aduersus debitorem, qui non est soluendo, ad hoc ut creditori agere liceat contra cedentem tertium possessorem, qui lite contestata opponit de excusione non legitimè facta.
- 2 Doctrina Bartoli in l. stipulatio, s. habet autem num. 4. ff. de nou. oper. nunciat. afferentis, sententiam declaratoriā necessariam esse, tñc debitoris inopia notoria sit, antequam contra tertium agi permittatur, perdoctè explicatur, & tam Bartoli suprà allegati, quām Baldi doctrina in l. cum testamento, vers. item nota, ff. de manumiss. testament. conciliantur num. 3. 4. & 5.
- 3 Sententia declaratoria Iudicis superflua est in notorio facti permanentis, cum nulla indigeat probatione.

## DECISIO LXXXVIII.



Ententiam neutiquam esse necessariam, ut præcedat aduersus debitorem, qui non est soluendo, ad hoc ut creditori agere liceat contra cedentem tertium possessorem, vel fideiussorem, qui post item contestatam opponit de excusione haud legitimè facta. Cœlsum, & decisum fuit die 22. Decembris 1635. referente Magnifico Doctore Michae.

le Bonfant in fauorem Salvatoris de Accoti, & Dominici Casula contra D. Antiochum Ponti, & Pacificum Natero fideiussores Iosephi Porcella. Actuario Hieronymo Martis. Per doctrinam Baldi in l. cum testamēto vers. item nota ff. de manumiss. testament. vbi firmat, ad excusionem sufficere, si frat in eadem causa, quæ agitur cōtra tertium, absquæ eo, quod necesse sum sit aliam item anteriorem cum obligatis primo loco pertractare, cui se subscriperunt multi, quos refert, & sequitur Ludouic. Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 7. num. 36. cum sequente. vbi ex alijs veriorem, & communem opinionem profitetur.

2 Quamvis enim in contrarium vrgat doctrina Bartol. in l. stipulatio. s. habet autem num. 4. ff. de nou. oper. nunciat. sequuta etiam a multis, qui de veriori, & communiori testatur apud eundem Molin. ibi num. 37. quod scilicet requiratur sententia declaratoria, quæ præcedat aduersus debitorum, lieèt ipsius inopia notoria sit, antequam contra tertium permisum sit agere, tenet etiam alijs, quos refert Jacob. Menoch. cons. 1187. num. 13. vol. 12. placuit quoq; Pirrho Maur. Aret. de fideiuss. 2. par. principi. sexta sectio. cap. 3. num. 18. cum seq. & post Scaoc. de cambi. s. 2. glos. 5. num. 255. tradit nouè Marc. Anton. Thomat. decif. Macerat. 29. num. 19. sequitur nouissimè post hæc scripta vñus Francisc. Mar. Prat. discept. forens. cap. 2. 1. num. 75.

3 Verùm tamen à firmata conclusione nullatenus est recendum, non tantum ex eo, quod contrariā Bartoli opinionē neutiquā iudiciorum usus asseruat, ut post Guido. Rap. decis. 42. num. 3. affirmat Andr. Gay. practic. obseruat. lib. 2. cap. 27. num. 11. propè finem, & constat de receptioni pro conclusione ex pluribus additis ad Meo-Annam ubi suprà, cum alijs congetulis per D. Petr. Noguerol. alleg. 29. num. 164. & alleg. 35. num. 26. nouè post hæc scripta vñsum, vñ cum Octavi.

*Caracciol. dec. 34. num. 8.*

Sed melius, quia vtraquè opinio in suo casu vera est, *Bald* scilicet pro conclusione iuxta casum ipsius, quādo de excusione opponitur post litem cōtestatam in vim peremptorij, *Bartoli* verò quando antē litem vigore dilatoria exceptionis, ita ergo concordari, & conciliari possunt ad mētem *Petr. Barb. in l. si constante. num. 60. ff. solut. matrim. quem sequitur Io. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glof. q. part. 5. num. 49. tom. 1. vbi te-*

*nēt, quod licet exceptio discussionis tanquam dilatoria opponi nequeat post litem contestatam, tamē propter interesse partis tanquam peremptoria poterit opponi in quacunq; parte iudicij; sed per contrarium in qua- cūq; etiam iudicij parte, si actor probauerit, principalem non esse soluēdo, obtinebit. Concinunt pariter tradita per *Iacob. Cancer. videndum lib. 2. variar. resol. cap. 5. num. 176. cum seq. vbi hanc conciliationem ex alijs tra- dit, & asserit, esse de mente Bartol. & Bald. & cum Cancerio transit Aloys. Ricc. in collectan. decis. part. 5. collect. 2003. conferunt quoquè tradita per Maur. d. cap. 3. à num. 189.**

*Vnum tamen adhuc prænotandum est quoad opinionem Bartoli super eo, quod vult, esse necessariam sententiam declaratoriam, quamvis notoria sit inopia debitoris, recte procedere in notorio, quod ex actis, & probationibus devinci contendit; propterea quod acta, instrumenta, & confessiones nunquam inducunt notarium, quando aliquid contra obij- citur, ut dicit *Anton. de Burrio in cap. super literis. extra de rescript. & ibi Felin. cumulat, vt refert, & sequitur Marin. Freccia de presentation. in- strum. part. 8. quest 1. num. 21. ac pro- pterea in his terminis sanè intelligi debent ea, quæ statim in quest. seq. à num. 18. prosequitur, & comprobant per multa iura, necessum esse, quod præcedat sententia declaratoria lu-**

*dicis, cum alijs, & quibus passim per Doctores.*

*6 Aliud autem firmiter constituendū est in notorio facti permanētis, de quo est optima decisio *Mattbei de Afflīct. 318. cum alijs, de quibus per Pyrr. Maur. vbi suprà num. 180. ac propterea ita planè declarari oportet, quæ latè in materia congerit à num. 177. v. sq; ad 186. vbi ex alijs re- petit, necessariam esse sententiam declaratoriam Iudicis, quia, vt dictū est, restringi, & limitari debet in no- torio facti permanentis, propterea quod tunc rei satis demonstratæ de- monstrationem addere frustrè præ- tenditur, iuxta tex. in l. 1. §. si quis vox- ri. ff. de dot. prælegat. quod autem no- torium facti permanentis nulla indi- geat probatione, constat ex traditis per *Cardin. Dominic. Tuscb. practic. conclus. tom. 1. in verb. notorium cōclus. 105. num. 5. & conclus. 107. num. 4. per Steph. Gratian. discept. forens. cap 312. num. 18. tom. 2. & in his terminis vendicant sibi locum nouitè visa ex D. Caracciol. vbi suprà à num. 7. de no- torio non soluendi, alijs prætermisssis.***

## A R G U M E N T V M .

*Pascendi ius in prædio alieno  
Vniuersitati debitum, esse  
seruitutem realem.*

## S V M M A R I V M .

- 1 *Ius pascendi Vniuersitati competēs fer-  
uitus realis est.*
- 2 *Text. in L. Mela 1. 4. ff. de alim. & cibar.  
leg. subtiliter exprimitur, & de eius  
intellec̄tu longè differit num. 3.*
- 4 *Seruitutes pascendi, lignandi, piscandi,  
&c. in quo casu dicantur reales, &  
in quo casu dicantur mixte.*

- 5 *Propositio illa, seruitutes sunt reales, quæ à re rei debentur, duplicitè intelligitur, & de eius intellectu apud DD. & num. 6. & 7.*
- 8 *Ius pascendi frequentè queritur Vniuersitati per præscriptionem, in qua necessarium est tempus immemoriale.*
- 9 *Confuetudo est optima legum interpres, & in seruitutibus dominatū habet.*

## DECISIO LXXXIX.



Eruitutem realem esse pascendi ius Vniuersitati, & habitatoribus suis competens. Conclusum fuit in Regia Audientia

super dulij contentionis coram Domino Cancellario concitate inter Fisci Regis Procuratorem, & Promotorem Fiscalē Curia Episcopalis Bosanensis die 20: mensis Septembris 1633. & iterum me referente decisum die 28 Nouembris 1634. in favorem Sindici Ciuitatis Ecclesiarum contra Franciscum Geffadomicellum. Aetuario Ioanne Baptista Maffidda. Non tantum ex eo, quod pascendi ius in alieno prædio semper est seruitus realis, siue à re rei debeatur, quod extrà controversiam dicit Anton. Fernand. de Otter. in tratt. de pascuis, & iur. pascend. cap. 18. num. 9. siue etiam, vt ille ibi affirmat, quando absquè contemplatione alterius prædij tale ius competit, & mouetur ex eo, quod de iure pascendi leges loquentes, & seruitutem realem illud appellantes, nullam prædij dominantis mentionem faciunt, & reprobat contrarium existimantes, vt Aym. Public. in Cōsuetud. Aluernie tit. 25. art. 2. Crauett. cons. 4. num. 5. vol. 1. qui de trato prædio dominante eam amplexi sunt sententiam, quæ negat, seruitutem eo casu dari, non tantum realcm, sed neq; personalem, & dum taxat pactum, tñ obligacionem per-

sonalem esse appellandam.

2 Quæ quidem opinio originalis fuit Accursij in l. ut pomum. 8. in verbo non potest. in fine ff. de seruitut. communiter recepta, vt testatur Cepoll. de seruitut. prædior. urban. cap. 2. & Vdalric. Zas. singul. respons. lib. 1. cap. 11. antè num. 1. eamquè amplexus fuit Anton. Faber in rational. ad l. pecoris. 4. ff. de seruitut. rustic. præd. in fine. per l. Mela 14. §. fin. ff. de alim. & cibar. legat. vbi legendum dicit, nam & bau-  
stus aquæ, & pecoris ad aquam appul-  
sus est seruitus, personæ tamen eius,  
qui vicinus non est, inutiliter relinqui-  
tur, quam lecturam probauit etiam  
Hug. Donell. tom. 1. lib. 11. cap. 7. sed  
Ottero d. cap. 18. postquam admisit  
num. 10. ius pascendi posse queri  
obligatione personali, ex glo. vbi su-  
præ, & Doctoribus, quos citat nu. 11.  
ad d. l. Mela §. fin. aliter illum textum  
esse legendum dicit ex Longohard. in  
l. Imperium num. 273. ff. d. q. iurisd. omn.  
iudic. & sequitur Alex. Raud. decis. Pi-  
san. 5. num. 72. sed latè de lectura il-  
lius textus agit Osuald. Hilliger. in  
enucleat. Donell. d. cap. 7. prima tamen  
lectura ex Fabro, & Donell. magis co-  
sonat cum l. ergo. §. 1. ff. de seruitut. ru-  
stic. præd. vbi disponitur, nec haustum  
pecoris, nec appulsum, &c. ius posse  
in alieno esse, nisi fundum vicinum  
habeat. Ex his ergo corruere videtur  
sententia Otteri, cùm ad haustum pe-  
coris, & appulsum requiratur prædiū  
vicinum, vt seruitus realis constituatur,  
& de seruitute pascendi, de qua  
agit, tam in l. 3. & 4. istius tituli,  
quam in l. testatrix. §. plures ex muni-  
cipibus. ff. si seruit. vñdic. per illum al-  
legatis vbi suprà num. 8. expressè fit  
mētio de prædio dominante, nempè  
in l. 3. ibi boues, per quos fundus colitur  
in agro vicino pascatur. in l. 4. ibi si  
prædij fructus maxime in pecore con-  
sistat prædij magis, & in d. §. plures ibi,  
qui diuersa prædia possidebant.

3 At doctissimus Ludovic. Casanar.  
relatus ab Ottero d. num. 9. in fin. in-

*conf. 42. nu. 12.* dicit, quod licet non nulli Antiqui tenuerint, ius pascendi, lignandi, piscandi, &c. esse iura personalia, tamen verius, & communius semper fuit, esse seruitutes, pro quibus confessoria, vel negotoria competit. ex *Bald.* & alijs per eum citatis, vnde *num. 13.* dicit, quod si seruitus pascendi, & similes respiciat principaliter utilitatem alicuius praedij, & etiam respiciat diminutionem alicuius praedij, dicitur merè reales, quia tunc ad est prædium in utroque extremo dominante, & seruente, si verò in extremo dominante non ad sit prædium certum, & determinatum, cuius utilitatem principaliter seruens respiciat, vel in extremo seruiente non ad sit prædium certum, & determinatum, cuius diminutionem, & seruitum seruitus principaliter contineat, tunc non erunt merè reales, cum unum ex duobus extremis deficiat, sed potius erunt mixtae à re personæ, vel à persona rei debitæ, ex iuribus, & Doctoribus, quos citat, & inter eos sunt *Corne. Publi. Castrrenf. Paris. & Surd.* qui omnes loquuntur in proprio nostro casu, quando seruitus fuit acquisita Vniuersitati, ac propterea concludit *num. 34.* hanc esse veriorem, & communiores sententiam aduersus *Zafum.*

*5.* Attamen iste melius, & verius pro nostra conclusione aliam nouam cōstituit, & firmavit sententiam, assens, duplē recipere intellectum, qui per manus traditur, seruitutes esse reales, quæ à re debentur, potest enim seruitus realis rei singulari, idest prædio in specie deberi, quo casu omnia ferè iura de huiusmodi seruitutibus loquentia intelligi conveniet; potest etiam secundò seruitus realis intelligi, quæ rei vniuersali, idest alicui loco, & personis eo loco degentibus deberur, vt cum Communitati alicuius Ciuitatis, Villæ, Monasterij, habieatoribus Castri, ius pascendi, lignandi, piscandi, &c. de-

bitum est; ea seruitus etiam realis dici de iure optimo potest, quæ à rei, idest à prædio seruente loco vicino, & occasione loci personis illic habitantibus debetur, vt ibi probat, illumq; sequuti sunt quamplures relativi ab eodem Casanate cod. *conf. 42. num. 11.* & tenet post multos *Jacob. Cancer. variar. resolut. tom. 3. cap. 4. nu. 50.* vbi veriorem dicit, veriorem quoquæ, & receptio in testatur *Capiblanc.* ex alijs de offic. *Baron. ad pragmat. 11. tom. 2. cap. 76. numer. 11.* sentit *Ant. Faber in Cod. lib. 2. tit. 24. defin. 2.* & nouè post hæc scripta *vissus Joann. Decker. dissert. iur. lib. 1. dissert. 13. sub num. 4.* atquæ hanc esse magis communiter receptam sententiam, manifestum fieri ex dinumeratione Doctorum, maximè si à contraria deducantur *Surdus.* & alijs, qui te-  
*6.* nent, nullam dari seruitutem, si deficiat prædium in aliquo extremo; sed potius esse ius personale, quod Casanate impugnat, & eum sequitur *Rota Romana in ultimis. decis. 199. à nu. 2. par. 1. tom. 1. affirmans.* seruitutem pascendi esse personalem, mixtam, innominatam, & usui & equiparari dicit *Ioann. Griuell. decis. Dylan. 66. num. 9.* quæm etiam, quia pro opinione *Zafus.* vt optimè animaduertit *Dicac. Couarruicias variar. resolut. part. 1. cap. 17. num. 11.* est textus expressus in d. l. testatrix, s. plures, vbi in terminis seruitus pascendi dicitur realis, ex quo plures ex municipibus, qui diversa prædia possidebant, saltum communæ, vt ius pascendi haberent, mercati sunt, nec resistit, quod ibi fiat mentio de prædio dominante, quia vix poterit dari *Ciuitas, Villa, & Castrum,* quin municipes habeat prædia, & quod prædia habere soleant, dicit *Alex. Raud. d. decis. 5. n. 4.* quin itom ipsum *Castrum,* & *Ciuitas* sunt prædia, & fundi nomine cōtinētur, vt ex *Cicerone, & Gloss.* comprobatur idem *Zafus in S. et quæ, Instit. de action. num. 27.* & amplius dicit,

quod

## ARGUMENTVM.

Debiti instrumentum penes debitorem existens, solutionis presumptionem nullatenus inducere.

## S V M M A R I V M.

1. *Solutio non presumitur ex eo, quod instrumentum debiti penes debitorem reperiatur, nisi probetur, quod a creditore, veleius mandato sit traditum.*
2. *Opinio. Christophor. Mart. de Medic. ad dec. Senensi. exam. 53. num. 25. & Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 476. num. 6. volum. 1. impugnatur. Et earum obiectis. satisfit, & nu. 4.*
3. *Cancellatio instrumenti cum non fiat, nisi debito soluto, solutionis presumptionem arguit, sed non inducit pactum de non petendo, neq; probatum solutionis, si creditor voluerit probare.*
5. *Conclusio ampliatur, ac augetur.*

## D. E. C I S. I O. X.C.



Olutione neutiqua presumi, ex eo solo, quod debiti instrumentum reperiatur penes debitorem, nisi per eum probetur, illud sibi a creditore, vel alio de eius mandato traditum. Cöclusum, & decisum fuit die quinta mensis Septembris anni 1636. ad fauorem Illustr. Marchionis sa de Lacono D: Franciscæ Lanza, & Castelui contra D: Benedictum Nater referente Magnif. D: Michaeli Bonfante & iis.

& iterum in secunda instantia me referente confirmatum die 14. mensis Ianuarij anni 1637. Actuario Didaco Serra notario publico. Ex pluribus cōgestis per Iacobum Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumption. 140. num. 21. tom. 1. & voluit Petri Bellug. in Specul. Princip. rubr. 41. §. leges Regni. nu.

53.

- 2 Postpositis, & neglectis his, quæ in contrarium nouè adducit Christoph. Mari. de Medices ad decif. Senens. exam. 53. num. 25. ex Ioseph. Mascard. de probation. conclus. 476. num. 6. vol 1. siquidem distinctio, quam proponit inter liberationem per pactum de nō petendo, & solutionem, nec iure, nec ratione subsistit; quod enim dicit de iure, non præsumi donationem, quam deducit ex liberatione per pactum, obtinet etiā in solutione, neq; enim hæc de iure præsumitur; sed ab allegante est probanda, ut ex alijs docet idem Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 135. à num. 1. & comprobat Pyrr. Maur. de solution. cap. 3. & ratio illa, quæ excludit liberationem per pactum ex repertura instrumenti penès debitore, nisi à creditore traditum probetur, excludit pariter solutionē, cū nulla probabilis differentiæ ratio reddi possit inter casum, & casum, præterquam si agatur ex instrumento cancellato, qui est casus, de quo verba facit Mascard. ubi suprà, & super eodem facto facit decisio Vincent. de Fräch. 361. in qua num. 1. memorata distinctio inter pactum, & solutionem cum multis defenditur, per eam rationem, quod cancellatio instrumenti non nisi soluto debito fieri solet, & tunc cancellatio inducit quidem præsumptionē solutionis, ut tradit Anton. Fab. in rational. ad l. 2. S. & ideū ff. de pactis. lit. N. sed non inducit pactum de, non petendo, nequè probationem solutionis, si creditor manifestis probationibus sibi adhuc aliquid deberi probet, per l. sc. chirographum ff. de probation. niti probaretur à creditore ip-

so cancellatum, quo casu inquit Faber, cancellationem pro redditione esse, & pro plusquam redditione, quinimmo & in isto calu cancellati instrumenti adhuc esse necessarium ad præsumptionem solutionis, vt debitor instrumentum sibi à creditore traditum probet, ex alijs firmat Menoch. præsumption. 141. num. 7. cum seq. d. lib. 3. & sequitur Steph. Gratian. discept. fibren. cap. 593. num. 17. tom. 3.

4

Nequè retulit consideratio Medices ubi suprà, quod alijs restringeretur nimis iuridica illa præsumptio, & ferè ad nihilum reduceretur, nam, ut plurimum, esset impossibile probare, quod habuisset à creditore, cū alijs, de quibus per eum; quia talis consideratio, quam inepita sit, non obscurè deprehenditur ex d. l. Labeo, in qua præterquam quod generaliter, & indistinctè agitur de pacto de non petendo, tam ex causa donationis, quam solutionis; attamen etiam quod de prima dumtaxat loqueretur, nonnè præsumptio hæc iuridica nimis restringeretur, & ad nihilum reduceretur per dictam probationem faciendam à debitore, quam necessariam in casu illius legis notauit Faber, nec negat Medices, ac proinde sicuti tunc illius consideratio non relevat, ita de alio casu præsumptæ solutionis est dicendum, cū peræquè in utroque casu ratio illius legis militet, & locum habeat.

5

Ita ergò cessant contraria, & firma remanet conclusio nostra, ea quæ maximè admittenda venit hodiernis tēporibus, in quibus homines adeò cautiores sunt (ut agnoscit idem Medices loco citato num. 33.) ut vel cum difficultate soluant, vel quando soluant, antequam pecuniam cum effetu exbursent, non solum accipere instant legitimas quietationes, acceptationes, seu receputas (ut verbis illius utar) sed quamcunque etiam aliam possibilem satisfactionem. Unde credit, quod talis præsumptio so-

lutionis

lutionis non sit amplius ferè alicuius momenti, sed admodum fragilis, & leuis, nisi cum ea concurrant aliae cōiecturæ. (vt in casu *decis. 361. Vincet. de Franch.*.)

Quæ quidem in casu, super quo fuit sumpta nostra conclusio, nedum non extabant ad fauorem debitoris, quin verius cōtra eum vrgebat qualitas dictæ Illustris Marchionissæ creditricis, de qua pro illius dignitate, & probitate non erat credendum, debitum iam solutum repetere, & de nouo exigere velle, & in hac materia qualitatem personarum multū operari, tradit idem *Medices num. 34.* post *Franch. loco* citato, & alia concurrebant pro exclusione præsumptæ solutionis, sed de eis alibi.

## ARGUMENTVM.

Partem debiti per Administratorem solutam nullatenus principalem obligare, vt ad residuum teneatur.

## S V M M A R I V M.

1. *Pars debiti per Administratorem soluta non obligat principalem, ut ad residuum totius summae teneatur.*
2. *Objectiones Pyrr. Maur. de solution. cap. 24. contrarium afferentis solvuntur.*
3. *Conclusio non procedit in debitore principali agnoscente bonam fidem cautionis, secùs autem in Administratore, & Procuratore, & num. 4.*



## DECISIO XCI.



1. *Olutionem partis debiti per Administratorem, Procuratorem, vel alium pro principali debitore factam in dubio non incucere obligationem, vt ad residuum totius summae compelli valeat. Conclusum, & decisum fuit ad fauorem Angeli. Regesta mercatorum inter Ambrosum Fino militem, merito die 31. mensis Augusti anni 1637. Actuario Antiocho Brundo. Per l. fin. vbi glof. & D.D.C. ne uxori pro marito. glof. in l non dubium. in verbo agnouerit. vbi Bart. & alij. C. de testam. post multos probat Ioann. Petr. Surd. cons. 212. num. 25. vol. 2. & cons. 522. num. 16. vol. 4. sequuntur Jacob. Cancer. variar. resolut. part. 2. cap. 6. de solution. num. 213. & Rota Romana apud Farin. in postibum. decis. 766. num. 6. par. 1.*
2. *Nil refragantibus in contrarium deductis ex Pyrr. Maur. de solution. cap. 24. vbi post Magon. & alios nu. 1. firmat, quod soluens partem debiti cum agnoscat bonam fidem, fatetur se debitorem, & potest adstringi ad solutionem refidui, & nu. 2. hoc etiam in dubio (de quo loquitur conclusio) obtinere sentit. cum Natta, quem sequitur, reiecta sententia Saliceti in contrarium; siquidem haec Saliceti sententia approbata fuit per Rotam Florentinam apud Magon. pro contraria citatum decis. 142. num. 15. cum seq. vbi à num. 8. conclusio nostra per plura comprobatur, & cum eo, & Natta pro contraria quoq; citato, & cum Stephano Gratiano decis. 146. nu. 10. doctrinam contrarium declarat Horat. Viscont. conclusiur. in concl. soluens partem debiti, vt procedat in debitore principali agnoscente bonam fidem cautionis; secùs autem in herede, in quo dumtaxat supponitur obligatio pro sua parte, & eam agno-*


uisle censetur, & multò minus in Administratore, & Procuratore, in quo nulla supponitur obligatio; præterquam respectu debitoris pro redendis rationibus sue administratio- nis. Vnde solatio partis quartænus pecunias penes se haberet, non potest inducere obligationem ad residuum.

Accedat, quod etiam in soluente nomine proprio *Surdus* ultimo loco relatus à *Visconti* in *decis. 33. nu. 12.* per optimè declarat, contraria procedere, vbi procedit contractus factus nomine soluentis, & pendet validitas ab eius consensu, tunc enim non posset pro parte contractus valere, & pro parte non, & ideo soluens partem, videtur totum debitū agnoscisse, & ad residuum compelli potest, ut post *Jacob. Menoch.* tenet nouissimè *Christophor. Mart. Medices* *decis. Senensis. 58. num. 40.*

4 In his ergo terminis loquuntur iura, & Doctores in contrarium; at quādo agitur de contractu, & obligatione alterius (prout in conclusione) atq. ita de celebrando nouum contractum, non autem de confirmando iam factum, tunc dicit *Surdus*, sicuti nouus contractus potest expressè pro parte fieri, ita & tacite, & aliud est, quod confirmetur iam factus; aliud, quod nouus fiat, & hanc *Surdi* decisionem sequuta est *Rota Romana* *decis. 575. num. 4. in fin. d. par. 1.*

### ARGUMENTVM.

Vxori sponsalitium, nō ex causa lucrativa, sed onerosa de- beri.



### S V M M A R I V M.

- 1 Sponsalitium vxori per maritum promissum, non ex causa lucrativa, sed onerosa debetur.
- 2 Dotalitium cur reseruetur per mulierē transiun. em ad secundas nuptias alij prioris matrimonij.
- 3 Opinio P. Thom. Sanch. de matrimon. lib. 6. disput. 41. num. 5. declaratur.
- 4 Donatio contemplatione iuuentueis, & nobilitatis si fiat antè matrimonij, ex causa onerosa debetur; cùm pars, & portio contractus matrimonij ceseatur, & num. 5.
- 5 Donatio sauro matrimonij, & propter nuptias, quae fit propter dotem, causam lucrativam habet.
- 7 Conclusio ampliatur in pacto lucranda dotis, in contractu adiecto, quod titulo oneroso, non lucrativo acquiratur.
- 8 Tex. in *I. assiduis C. qui potior in pig. hab.* declaratur.

### D E C I S I O X C I I .



Ponsalitiū vxori per maritum in contra-etu matrimonij pmissum, nō ex causa lucrativa, sed onerosa deheri. Cōclusum, & decisum fuit die 9. mēsis Februarij anni 1638. me referente in causa inter Fisci Regij Patrimonij Procuratorem, & viduam Franciscam Liperi. Actuario Paulo Conco Scriba Regiae Procurationis. Vbi ea ducebatur decidenda cum votis Regiæ Audientiæ in vim Capituli Curia. Non tantum ex eo, quod in nostro Regno, sicuti in Principatu Cathalonie, multisquæ alijs Mundi Regionibus sponsalitium, vulgo di-ctum, *Escreix*, seu quocunque alio modo

modo pro diversitate locorum nuncupatum ob peculiarem causam admissionis virginitatis constituitur, ut latissime cum multis docet Ioann. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. glos. 1. part. 1. ex num. 7. per hanc rationem num. 80. concludit, deberi ex causa onerosa post D. Garsiam Mastrill. decis. 212. ex num. 3. lib. 3. abunde conclusionem comprobantem, & infinitos ad eam cumulat D. Mari. Cusell. in tract. de donation. inser. patr. & fil. tract. 1. discursi 3. par. 3. a num. 5.

Licet enim num. 18. non nullos in contrarium referat, attamen nullus ex eis id firmat, praeter Patr. Tbam. Sanch. de matrimon. lib. 6. disput. 41. num. 5. qui ait, pudicitiam, quā vxor viro prostituit, non esse consideratione dignam, vt remuneretur, quia frustraneum esset matrimonium, nisi vxor pudicitiam viro prostituta esset; ac propterea negat arrharum constitutionem, de qua loquitur, deberi ex causa onerosa; sed omnes alii in ea dumtaxat fuerunt opinione, qua crediderunt, dotalitium per uxorem transfeuntem ad secundas nuptias reseruandum esse filiis prioris matrimonij, non ex eo, quod dotalitium debeatur ex causa lucrativa, quod maximē cum conclusione pugnaret, sed quia omnia, quę obueniunt uxori ex causa, & contemplatione matrimonij, cuiuscunq; generis sint, reseruari debent, vt post Mastrill. ubi supra num. 30. & alios, quos citat, agnoscit idem Cusell. num. 19. quantum is contrarium in hac controverbia sentiat num. 22.

Sed quidquid de ea sit, non officit conclusioni, quam præter Mastrill. hoc citato ex contrarijs probavit expressè Ioann. Gutierez. practic. quæst. lib. 3. quæst. 43. num. 21. & quod attinet ad sententiam Sanch. declaranda est, vt procedat in arrharum constitutione, & sponsalitio facta, & promisso constante iam matrimonio, tunc

enim verum est, pudicitiam remunerationem non mereri ex post facto, cùm veniat ex natura contractus, ex quo enim mulier suum corpus tradidit viro suo, eo ipso ad eius voluntatem claustra sui pudoris liberauit; prout ita ex post facto iam matrimonio declarat, & tenet Franc. Ferrer. ad Constit. Hac nostra resp. 3. declar. 1. num. 282. Sed antè matrimonium negari non potest, virginitatem in muliere esse estimatione, & remuneratione dignam, sicuti de iuventute, & nobilitate agnoscit idem Sanch. eod. lib. 6. quæst. 8. num. 2. ubi donationem sub hac contemplatione antè contractum matrimonium factam, ex causa onerosa deberi fatetur, & nulla legitima ratio diuersitatis saltim tūc, sūm est in fieri, dari, nec assignari potest inter virginitatem, nobilitatem, & iuventutem, cur donatio ex ultima contemplatione debeatur ex causa onerosa, & non ex prima.

Quinimodo ratio illa, quam presentit Sanch. in loco nuper citato super donatione contemplatione iuventutis, seu nobilitatis facta, vt debetur ex causa onerosa, si fiat antè matrimonium, quod alias contractum non fuisset; de qua etiam post aliós in eisdemmet terminis agit Ferrer. ubi supra num. 286. cum seqq. seclusa etiam virginitate, iuventute, & nobilitate mirificè cōclusionem nostram reddit verissimam; eamque ampliat in omni alia donatione, & promissione ex causa certi, & determinati matrimonij contrahendi facta, cùm talis promissio, & donatio in capitulis matrimonialibus facta, pars, & portio teneatur esse contractus matrimonij, cuius causa sit, & cum toto ipso contractu confunditur, vt considerabit Gurd. Pap. quæst. 145. cum alijs, de quibus per Martin. Monier. dec. Aragonio. num. 7. & facit pulchra decis. Vincent. de Franch. 205. num. 5. ubi cenit, quod huiusmodi donationes censentur prius tractatae, & pactatae

- interdique ioculos, & generos, nec non contanguineos utriusque ex contrahentibus matrimonium, & quod propterea patrimonia suorum, ener- uantes a filiis doles dant, & consti- tuunt filiabus suis, quia videt has donationes futuris generis a parentibus fieri, & e converso alias non daturis, aut saltim non est ita præsumendum, nec alias sine tali donatio- ne matrimonium effectum habitu- fuisse, & sequuntur *Ia. Petr. Fontanell. de pact. nupt. al. tom. I. claus. 4. gloss. 9. p. 1. n. 32. cum seqq.*
- 6 Ex ista ergo ratione, quam probat *I. si donatur, & ff. de conditio caus. dat. lib. I. tit. 1. ff. de iur. dot. l. 4. 8 sed etiam su- her, & l. 5. s. penult. ff. de dol. mal. & met. except. l. Nescius, ff. de re iudic. donatio ob. favore matrimonij ha- bere causam onerosam definivit Se- natus S. b. apud Anto. Fabr. in Cod. lib. 8. tit. 8. definit. 1. num. 2. & post eum vol. i. etiam *Fontanelle ad clau- sul. 4. gl. ff. 28. num. 11. & sequens noua Additio ad Molin. de Hispan. priuog. lib. 4. cap. 2. num. 7. & c. fin quid mate- ria, tenet etiam, & alios citat moder- ne D. Mar. Cutell. decis. 7. num. 27. & idem in specie de donatione propter nuptias firmat D. Francisc. de Castill. in addit. ad suam decis. 7. ver. quia tamen, *I. o. Francisc. à Ponte de portof. Pro reg. iii. 6. S. 1. num. 22. post Andr. de Basulo, & alios, & sequitur Antoniu. de Amas. variar. resolut. tom. I. re- solut. 39. sub num. 12. De eadem & q; donatione propter nuptias. & quae sit proprietas docem, quod non ex causa lucrativa, sed onerosa debetur, de- cilius fuit in *Ros. Roman. apud Lud- uis. decis. 5. 6. 3. num. 4. vbi Additio aor Beltram. ibi lit. B. alios citat.****
- 7 In fortioribus vero terminis de pacto lucrandæ docis in ipso contra- ctu adiecto, quod titulo oneroso, non lucrativo acquiratur, quia videtur dari in recompensationem querum matrimonij, per predicta, & alia iura firmat *Alex. conf. 162. num. 4. & ibi in*
- additione lit. I. multi alii citantur, se- quirur *Cardin. Domin. Tussh. practic. conclus. tom. 5. conclasi. 4. 49. nu. 6. cum multis etiam probat Francisc. Ferrer. ad Constat. deli. Imperb. gloss. I. vnum. 298.*
- 8 Neque obstar, quod in *L. assiduis, C. qui potior. in pign. hab. donatio propter nuptias appellatur lucrum, quia id sit ad differendiam damni, quod consideratur in dote, ex eo, quod cum iam fuerit acquitta, damnum de per- se est deperditioriam quælitatem, no- subiectorum casibus, ut docuit Bald. in cons. 1. num. 4. ver. secundò verò est damnum lib. I. sed in donatione, propter nuptias cum respectu uxoris nonquid fuerit acquisita, & augmen- tum, non diminutionem patrimonij conineat, summa ratione ad differen- tiap. damni lucrum appellatur, iuxta tradita per *Angel. conf. 9. num. 4. in- fia. etiam si ex causa onerosa debeatur, & alias ex contractu venditionis, quod onerosus quidem est, & corre- specius, lucrum fieri constat ex l. de illo, ff. pro soci. vbi Doctores, & tamen de tali lucro, non minus quam de damno ratio habenda est, præterquā in his, quæ speciali ratione constitu- ta fuerint, p. où in casu d. I. assiduis quodad. privilegium tacite hypothec- ex concessum doli, non autem dona- tionis propter nuptias, qui casus spe- cialis est, & vix ut alius in iure simili, qui differentiam constituat inter damnum, & lucrum ex causa onero- sa, reperierit.**

## ARGUMENTVM.

Vniuersitatis bona sine subha-  
stione diuendi nullatenus  
posse.

## SUMMARIUM.

- 1 Subhastatio necessaria est pro validitate venditionis, & distractionis bonorum Vniuersitatis, alias sine illa venditio est nulla.
- 2 Bona Ecclesiarum, Fisci, & Minorum non nisi in publica subhastatione exposita vendi possunt.
- 3 Respublica, Ciuitas, Ecclesia equipantur.
- 4 Consuetudo subhastationes respuens in alienationibus rerum Ciuitatis, validae est.
- 5 Forma à lege, vel statuto inducta, si non seruetur, omnia, que fiunt, ipso iure sunt irrita.

## DECISIO XCIII.



Vb hastationem esse præcisè necessariā pro validitate vēditio-  
nis, & distractio-  
nis bonorū Vni-  
uersitarum, alias

sine subhastatione distractionem fore nullam. Conclusum, & decisum fuit referente Magnifice Doctore Franci-  
fco Corts ad fauorem Ioannis Canellas contra Gasparem Malondam die 29. mē-  
sis Iulij anni 1630. Actuario Monti-  
ferrato Vacca Secretario. Ex eo, quod  
satis aperta iuri constitutione defi-  
nitum est, Ecclesiæ bona non nisi in  
publicam subhastationem exposita  
venundari posse in auth. boc ius por-  
rectum C. de sacrosanct. Eccles. ibique  
notant Doctores omnes, & Bartolin  
L. licitatio. ff. de publican. & vētigal.  
num. 2. & 3. idem & qualiter in rebus  
Fisci, & minorum obseruandum sta-  
tuit, & firmat post Glofin l. 1. in verb.  
omni ordine C. de fide instrum. & iur.  
baf. fisc. lib. 10. quam communi cal-  
culo receptam dicit Alphons. Azeued.  
ad l. Regias Hispan. tom. 3. lib. 9. tit. 13.  
l. 2. num. 10. in fine.

3. Ex his ergo cum Baldo conf. 204.

sub num. 1. vers. secundō, vol. 3. argu-  
mētum validissimum sumitur, ad hoc  
vt eandem subhastationis solemnita-  
tem necessariam esse in alienationi-  
bus Rerum publicarum, Ciuitatum,  
Castrorum, & omnium Vniuersitatū  
pro certo habeatur; propterea quod  
Ecclesiæ & equipantur, iuxta notata  
in Leuitas ff. si cert. petat. non secus, ac  
si essent pupilli, & minores, vt post  
alios tradit Steph. Gratian. discept. fo-  
renſ. cap. 196. num. 10. vol. 1. & in spe-  
cie subhastationem requiri in distra-  
ctione rerum Vniuersitatis probauit  
Nicol. Losæ. in tract. quem de iure ip-  
sius inscripsit part. 3. cap. 5. num. 9. &  
antè eum Roland. à Vall. conf. 99. num.  
19. cum seqq. vol. 1. Ioann. Petr. Surd.  
conf. 28. num. 81. vol. 1. Felici. de Solis  
de cens. tom. 1. lib. 2. cap. 3. sub num. 4.  
qui alios citant, & omnibus suo iudi-  
cio, esse in confessio dicit Iodoch. Bür-  
gen. in tract. de subhastat. cap. 1. nu. 38.

Quod autem bona Ciuitatis sine  
subhastatione vendi nequeant, tenet  
Paul. Christin. ad leges Melchiniens. in  
addit. tit. 7. num. 7. eamquè subhasta-  
tionis solemnitatem non leuem esse  
iactatur Baldus in l. ordo. num. 4. in fine  
C. de exequitio. rei iudic. & pro forma  
necessaria, & substanciali exigi placuit  
Muñoz de Escob. de ratiocin. administr.  
cap. 7. sub num. 4. adeò ut tanquam  
iuris publici nequaquam à partibus  
remitti possit, probat Hieron. Magon.  
decis. Florens. 131. num. 9. & in termi-  
nis, quod ab Vniuersitate renunciari  
nequeat, eomprobatur Losæ. d. cap. 5. à  
num. 14.

4. Quamuis enim subhastationes le-  
ues, & non substanciales profiteatur  
Albericus in d. auth. in fine. vers. hoc  
fortè posset esse verum. num. 21. vnde  
infert; validam esse consuetudinem  
subhastationes respuentem, ac pro-  
indè ibi magis communiter conclu-  
datur de consuetudine generali. to-  
tius. Orbis omissione subhastationis  
in dictis alienationibus vitiosas illas  
minime reddere, vt testatur Bertrād.

conf.360. num.4. lib.2. par.1. & post  
multos docent Io. Francisc. à Ponte,  
conf.1. à num.132. volum.1. & Steph.  
Gratian. d. scieptat. 479. à num.9. vnde  
num.15. in terminis post *Ruiniū*, &  
*Manticam* in rebus Ciuitatis subha-  
stiones non requiri affirmat.

5 Verumtamen consuetudine con-  
currente cum illa iuris dispositione  
(prout in hoc Regno) bonorum om-  
nium alienationes tam immobilium,  
quam mobiliū per Administratores  
non nisi cum publicis subhastationi-  
bus factas comprobante, dubitadum  
nō est, quin illius solemnitatis omis-  
sio nullitatēm insanabilem præse-  
rat, & contineat, cum alias forma à  
lege, statuto, seu consuetudine indu-  
cta, si non seruetur, omnia, quae fiunt,  
ipso iure nulla, & irrita sint, ut inquit  
Bald. in d. *lodo* num.7. & sequuntur  
in terminis de subhastatione. *Rebuff.*  
ad *ll. Gallic.* tom.2. tit. de precon. & lici-  
tatio. in princip. num.14. *Alphons.* Aze-  
ued. d. lib.9. tit.13. l.1. num.4. Steph.  
Gratian. d. sc. epi. forens. cap.7. num.2.  
tom.1. *Hieron.* *Magon.* d. decis. 131. à  
num.8. & *Cas.* *Manent.* decis *Mantua.*  
19. n.48. & in iudicio de alienatio-  
ne bonorum Vniuersitatis benè cō-  
probat Gabr. Berare in suo *Specul.*  
*Vistat.* tit.22. de desur. seu consili. Ciui-  
tat. sub num.50. & laeti de materia  
peragunt *Ioann.* *Anton.* *Mangil.* de sub-  
hastat. quest. 33. & *Anton.* *Niger* in si-  
mili tractat. cap.4. S. 18. *Paul.* *Staiban.*  
resolut. forens. cap. 20. à num.47. & *Io.*  
*Petr.* *Fontanell.* decis. 519. à nu.5. to.2.  
noue post hæc scripta visi.

## ARGUMENTVM.

Mortem ciuilem æquiparari  
naturali, ad hoc vt ex illa  
non minus, ac ex ista mulie-  
ri competat tenuta in bonis  
mariti.

## S Y M M A R I V M.

- 1 *Tenuta in bonis mariti, nondum com-  
petit uxori per mortem naturalem  
viri, verum etiam per ciuilem, cum  
ciulis naturali æqusparetur.*
- 2 *Mors ciuile naturali equiparatur,  
ubique eadem militat ratio, & eū-  
dem operatur effectum.*
- 3 *Constitutio Cathalonia in casu resti-  
tutionis dotis, & sponsaliū eundem  
operatur effectū in morte naturali,  
quem in morte ciuili.*
- 4 *Identitas rationis causa est, ut id, quod  
in uno cernitur, decernatur & in  
altero.*
- 5 *Opinio Franc. Ferrer. ad Constitut.  
Cathalonie Hac nostra const. in-  
3. declaratio. ad tempus 1. à nu. 10.  
declaratur, & soluitur, & num.8.*
- 6 *Bona condemnati si sunt publicata, tran-  
sit dominium ipso iure in Fiscum  
sed non possessio, nisi subsequitur ap-  
prehensione reali.*
- 7 *Bona mariti si publicentur, cur compe-  
tit uxori repetitio dotis, & donatio-  
nis propter nuptias.*
- 8 *Mors ciuile venit appellatione mortis  
naturalis ex rationis identitate & effectuum  
paritate, in casibus etiam  
a iure non expressis, etiam in disposi-  
tione conditionali, & num.10.*
- 9 *Exsenso in paenitibus fit de casu vero  
ad fictum ex identitate rationis,  
etiam in correctorijs, maxime in  
materia favoreabiliti.*

## D E C I S I O . X C I V .



Enuntiam ex Conſti-  
tutione Cathalo-  
nia, quæ incipie-  
Hac noſtra Con-  
ſtit. ſoluit murim.  
uxori in bonis  
mariti etiam vi-  
uentis; ſed ad  
mortem ex criminis laſſe Maleſtacis  
condemnati cum coſficatione illo-  
rum competere. Cœlum, & decisum

fuit

fuit facta relatione in Regia Audiencia per D. Antonium Canales de Vega, sunc affectorem Regij Procuratoris cum assistentia Magnifici Advucati Patrimonialis pro exequitione Capituli Curiae die 2. Maij anni 1635. apud acta Augustini Bonfanti Secretarij Regia Procurationis. Quidquid alias in contrarium sentire videatur in terminis Franc. Ferrer. ad eand. constitut. in 3. declaratio. ad tempus 1. à num. 10.

2. quandoquidem ex firmissima iuris conclusione vbi cunque eadem militat ratio, & eundem operatur effectum, mors civilis naturali æquiparatur, vt post multos, quos citat, agnoscit idem Ferrer. ibi num. 12. & addendi sunt alij relati per Mar. Giurb. conf. 65. num. 26. & per Ioseph. Mele in addit. ad decis. Gizzarelli 79. num. 4. & latè per Augusti. Barbos. de appell. verbis. utriusq; iur. appell. 156. nu. 3. & 4.

Quoad effectum autem restitutio-  
nis dotis, & sponsalitij, propter quem priuilegiorum ordinata fuit Constitu-  
tio illa, vt ex sui lectura resultat, &  
3. post alios notat Fontanell. de poët. nu-  
ptial. claus. 7. glas. 3. part. 1. num. 1. cer-  
cum est, eandem rationem, quæ in  
morte naturali militat, in ciuili per  
æquæ concutere, eundemque ope-  
rari effectum, vt constat ex plenè cō-  
gestis per D. Gar. Mastrill. decis. 283.  
cū alijs, de quibus per Horat. Viscont.  
in suis conclus. in verbo mulier regu-  
lariter. circa medium; vndē merito  
Constitutio illa, quæ datur vxori per  
mortem naturalem mariti, dabitur  
propter illius mortem ciuilem, sicuti  
statutum de lucro dotis, & sponsalitij  
per mortem coniugis obtivere, nedum  
in morte naturali, sed etiam ciuili,  
probant Narraciones 282. num. 8. Surd.  
conf. 90. num. 10. & alij relati per Fa-  
rinac. in fragmentis 2. part. in verb.  
mors. sub num. 369. cum seq.

4. Quinimmo plus voluit Sacrum  
Regium Consilium Neapolitanum  
apud Vincent. de Franch. decis. 562. in  
consuetudine illius Regni, quæ ex-

pressè disponit de morte naturali, nā  
licet eam extēdere nequeat ad mor-  
tem ciuilem, attamen propter iden-  
titatem rationis ex æquitate cōdem-  
nauit heredes. viri ad dores cum in-  
teresse, sequitur Mofes. ad. Consuetud.  
Neapol. 4. par. de succession. ab intestato.  
q. 47. à num. 23. notat etiam Mastrill.  
d. decis. 283. num. 71.

5. Nec officit, quod pro prima ratio-  
ne suæ opinionis asserit Ferrer. ubi  
suprà num. 13. per mortem ciuilem  
non posse causari effectum illum ne-  
cessarium ad translationem possessio-  
nis in mulierem, sicuti per mortem  
naturalē, ex eo, quod per hanc va-  
cat possessio, & ex vacatione causatur  
possessionis translatio; sed non æquæ  
per ciuilem, cùm per eam non vacet  
possessio, siquidem in casu proposito  
cum morte ciuili concurrebat consi-  
scatio bonorum, cum actuali seque-  
stratione facta ad instantiam Regij  
Fisci, per quam nedum dominium;  
sed etiam possessionem condemnati  
6. vacasse, indubium est; quamvis alias  
verissima iuris conclusio sit, publica-  
tis bonis dominium ipso iure in Fi-  
scum transfire, non item possessionem,  
nisi subsequuta apprehensione reali,  
de qua post multos per Peregrin. de-  
iur. Fisci lib. 4. sit 5. num. 15. per Fari-  
nac. de bref. questi 190. num. 85. & per  
Mar. Giurb. conf. 67. num. 18. ac proin-  
dè data vacatione possessionis con-  
demnaci causati translationem in  
vxorem per Constitutionem Hac no[n]ra.  
ex identitate rationis dicendum ve-  
nit.

In hoc ergo casu non meruit per  
Regium Fiscum allegari in contra-  
rium Ferrer. cùm de eo nō loquatur,  
sed de ea morte ciuili, per quam pos-  
sessionis vacatione non causatur, & pro  
nostra cōclusione facit, quod ex alijs  
probat Io. Peir. Surd. de alim. q. 34.  
7. à num. 2. per publicationem scilicet  
bonorum mariti uxori competere re-  
petitionem dotis, & donationis pro-  
pter nuptias, quoniam dicitur mari-

cus

tus malè incipere vni substantia sua, & expedit vxori, ut ipsa sit in tuto pro eius dote, & iuribus dotalibus, & nō tantum impedire incorporationem faciendam Fisco de bonis stabilibus in dotem datis, in quibus retinet dominium, sed etiam in alijs mariti bonis, unde cunquè acquisitis, propter hypothecam; cum vxori bona illa etiam propria autoritate capere licet, & sequitur Molfes. ubi suprà par. 6. de iur. dot. quest. 5. num. 11. cum duobus seqq.

- 8 Nequè etiam obstant aliæ duæ rationes, quas pro sua opinione adducit Ferrer. num. 17. 18. & 21. quod coadæquatio mortis ciuilis, & naturalis obtineat dumtaxat in casibus à iure expressis, & quod in dicta Constitutione de morte mariti agitur per ablativum absolutum. Vnde conditionem resultare, per quam æquipollentiam de morte ciuali excludi contendit; maximè in casu exorbitanti dictæ Constitutionis, in quo strictam esse faciendam interpretationem credit, propterea quod semper verissima sit conclusio illa à principio relata, quod ex identitate rationis, & effectu paritate, mortis appellatio venit ciuilis, etiam in casibus à iure non expressis, etiam in dispositione conditionali, ut constat ex traditis per Barbos. ubi suprà dict. nu. 4. circa fin.

Maximè cum conditio illa de morte mariti ad actum restitutionis doctis, & sponsalitij sit necessaria, quo casu cum producat eundem effectu mors ciuilis continetur, & venit appellatione mortis, ex doctrina Ioann. Bologn. ad l. Gallus, s. & quid sit anum, ff. de lib. & posth. per illum sextum, 10 ubi conditio illa, si filius meus viuo me morietur, trahitur ad mortem ciuilem, & etiam in conditione voluntaria dicit Bolognet. quod ad hoc ut excludatur extensio, & conditio verificetur in forma specifica, debet disponens cogitare, non de actu, sed de

ipsa conditione, & meritò concludit, non posse tradi firmam regulam, quæ seruiat in omnibus casibus, & illius doctrinam sequitur Io. Castill. Sotomaior controversialis. lib. 3. cap. 12. sub n. 32. tom. 3.

- 11 Quod verò attinet ad ultimam rationem etiam in materia correctoria, & exorbitanti, ea prorsus neglecta ex sui identitate venire mortem ciuilem, probat Castill. ibi num. 26. cum alijs per Giurb. ubi suprà num. 26. circa medium, & est decis. Rot. Roman. apud Seraphin. 1286. tom. 2. ubi quod etiam de casu vero ad factum fit extensio in penalibus ex identitate rationis, & per eam induci comprehensionem veriusquè casus, etiam in correctorijs, tenet Io. Franc. à Ponte de potestat. Pro reg. sis. de affens. reg. §. 3. num. 28. maximè in materia fauorabili, prout est casus restitutionis doctis, & sponsalitij; quia tunc etiam in exorbitantibus admittitur extensio, ut ex alijs in simili tradit Fontanell. ubi suprà claus. 5. gl. s. i. par. 2. nu. 95. & in materia fauorabil, appellatione mortis contingeri secundum communem opinionem, etiam mortem ciuilem, cuiuscunq; speciei sit, firmat ex alijs Alex. Rand. de analog. cap. 10. à num. 29. ubi ita judicatum refert, & sequitur Castill. dict. cap. 12. num. 2. in fin.

## A R G U M E N T U M.

Subhastationem ad distractiōnem bonorum legitimè factam nullatenus dijudicari, nisi terminus certus, & congruus cum præconizatiōne assignetur.

1. *Terminus certus, & congruus assignari debet cum præconizazione, ad hoc ut bonorum distractio legitimè facta dici possit.*
2. *Forma subhastationis in quo consistat.*
3. *Præconia fieri debent voce alta, cum sonotubæ, & præfinitione certi termini; & hoc inuiolabilitè obseruari debet, ita ut obscurè præfinitio fieri non debet.*
4. *Tex. in l. aut qui aliter s. i. ff. quod vi, aut clām interpretatur.*
5. *Præconizatio ad comparendum inconvenienti cur non valeat.*
6. *Distatio congrua concedenda est in admisione Cursorum per præconium, alias ex breuitate corrupta.*

## DECISIO XCV.

 Erminum certum, & congruum cum præconizazione debere assignari, ad hoc ut distractio per subhastationem legitimè facta dici possit. Conclusum & decisum fuit die 29. mensis Iulij anni 1630. referente Magnifico Dottore Francisco Carta ad favorem Ioannis Canellas contra Gasparem Malonda. Aluario Montiserrato. Vacca Secretario. Per doctrinam Bart. in Licitatio ff. de publican. & vestig. vbi formam subhastationis in eo consistere docet, quod voce præconis, vel publico edicto notum fiat cum quis emere volentibus, ut infra certum temporis spatium compareat coram tali iudice, seu Magistratu ad promittendum; ita quod plus offerenti dabitur, sequitur Ioann. Baptista Afin. de execuccion. s. 6. cap. 1. num. 18. & post. Cum. ad Rit. Reg. Siculi cap. 17. num. 16. tenet Cas. Manent. decis. 1. 9. num. 4. sed præconia fieri debere voce alta, cum sono tubæ, per loca, & quadriuia consueta, cum præfinitione termini, determinauit ex alijs Petr. Reby. ff. ad II. Gallie. sit. de præcon. & lic. ars. 7. gl. s. unica. num. 27.

3. Quod inuiolabilitè obseruatum, & hoc vliq; in omnibus venditionibus & locationibus, potissimum fiscalibus, & Rerum publicarum, Ciuitatum, & Vniuersitatum Regni experti sumus, siquidem antequam publicè distractio exponantur, præconizantur per Cursorem publicum ad sonum tubæ per totam Ciuitatem, ut omnibus ipso metu præconizazione, præfinitur terminus liberationis, quandoque & si in ea omittatur, sed iterum antea liberationem præconizatur cum illius termini præfinitione. Ea enim per quam necessaria est, ut habeatur vera certificatio ad licitandum, adeo ut si deficiat, aut obscurè fiat, non valeat, ut est tex. notabilis in l. aut qui abter. S. i. ff. quod vi, aut clām, cuius sunt verba, si quis se denunciaverit opus facturum, non semper nō videtur clām fecisse, si post denunciationem secerit, debebit enim, (& ita Labeo) & diem, & horam denunciatione complecti, & ubi, & quod opus facturus sit, neque perfundori, aut obscurè dicere, aut denunciare, neq; tam arctare aduersarium, ut intra diem occurvere ad prohibendum non possit. Nequè subliest, quod aduersus istū texum pro parte dicti Malonda opponitur, tantummodo procedere in noui operis nunciatione, cùm verius sit, ex generalitate illius obtinere in omni denunciatione, seu citatione, ut notat ibi Bartal. & ex illo dicit Vincent. Caroc. decis. 108. num. 7. hunc texum esse litteris aureis scribendum, & in citatione ad sententiam illum adducit, post multos firmans, quod nisi contineat tempus certum, & determinatum, sit nulla. Franc. Viu. decis. 154. num. 3. vol. 1. & sequitur Camil. Borrelli in sua summa. decis. 50. Orb. tom. 2. s. 1. 28. num. 25. & in proprijs terminis de subhastatione, quod assignari debeat dies certus, in quo adiiciatur res licitati, per illummet sex, tradit ex alijs Auct. dan. de execq. mandat. lib. 2. cap. 12. num.

num. 3. vers. tertium requisitum.

- 5 Nequè iuuat præconizatio ad comparandum in continenti, ex eo, quod talis terminus non est certus, cum varijs modis, prout subiecta materia expostulat, accipi valeat, & potissimum in casibus in iure non determinatis, arbitrio Iudicantis committatur, ut tradit ex alijs Menoch. de arbit. judic. lib. 2. casu 7. num. 13. & Ioann. Vincent. Handed. cons. 87. num. 143. vol. 2. & latè Cesar Argel. de acquir. possif. quæst. 2. à num. 90. arbitrium autem in casu nostro debet esse regulatum, quia cum admonitio fiat, ad hoc ut certiorientur omnes de dicta liberatione, & venditione perficienda, & si quis voluerit licitari, & meliorem conditionem offere, possit; terminus vniquè in continentii intelligentius est cum quodam temperamento, ut non illicet currere necesse sit, sed quantotius, cum congruitate temporis ad comparandum, per tradita à Nicol. Boer. decis. 235. num. 2. cum alijs in materia citationis latè cumulatis per Borrell. in d. sua summa decis. rom. 1. tit. 44. num. 56. cum seq.

- 6 Eoquè maximè, cum admonitio Cursoris per præconium non sit cito personalis, sed generalis, quasi per edictum, in quo congrua dilatio est concedenda, alijs ex breuitate corruit, & est nulla ipso iure, iuxta pulchram decis. Rot. Roman. apud Puseum 150. lib. 3. & faciunt tradita ab Ofasc. decis. 71. à num. 40. & à Vincent. Caroc. de except. contra præiudic. sentent. ex cap. 125. num. 57. vers. quod verum est, & Afin. d. 6. cap. 38. à num. 21. & num. 20. ex eodem Ofasco concludit, quod tempus breve dicitur, si in proclamatibus nec tempus unius diei ab hora publicationis datum sit.

## ARGVMENTVM

Indebitum vitiare transactio-  
nem, etiam cum iuramento  
firmatam.

### S V M M A R I V M .

- 1 Transactio etiam iurata supposita obli-  
gatione debiti, quod alijs erat inde-  
bitum, nulla, & inutilida est.
- 2 Transactio de falsa causa, vel erronea  
non valeat, cum error excludat con-  
sensum.
- 3 Transactio si non valeat, cum sit ex  
falsa causa, iuramenti absolutio non  
est necessaria.
- 4 Conclusio explicatur, & in quo proce-  
das, corroboratur, num. 5.

### D E C I S I O X C V I .



Ransacionem, seù conuentio-  
nem etiam iura-  
tam, supposita  
obligatione de-  
biti, quod alijs  
erat indebitum,  
tanquam ex er-  
ronea, & falsa causa factam, nullam,  
& inutilidam esse. Conclusum, & deci-  
sum fuit die 18. mensis Augusti anni  
1636. me referente ad fauorem Vida  
Sperançæ Soliueras, & Diaz conser-  
Procuratorem Excellentissimi Duci  
Gandia. Actuario Petro Joanne Sâna.  
Per decisionem in terminis Rot. Rom.  
apud Cardinal. Caualer. 304. in fine.  
vbi pro constanti supponitur, & desi-  
nitur, transactionem super indebito  
tanquam iniustum non tenere, & iu-  
stificatur conclusio ex eo, quod dicit  
Angel. cons. 94. num. 5. quod errans in-  
suo iure, transigere non potest, infe-  
rens, quod si mulier credidit, testa-  
mentum sui patris valere, quod erat  
nullum, & ob id confitetur, suum fra-

trem

trem esse heredem insolidum, cùm esset de iure communi pro dimidia, & transegerit, non nocet transactio, nec confessio, tanquam erronea, & pars non tam paciscitur, quam decipitur, ut inquit text. in l. qui cum tutoribus. s. qui & fallaciam. ff. de transactionibus cum alijs in simili traditis per Ces. Manent. conf. 149. num. 21. & per Ioann. Anton. Bellon. conf. 77. a n. 1. nec non per eandem Rot. Roman. apud Buratt. dec. 282. tom. 1.

2. Facit quod generaliter ex Romano, Ruino, & Riminald. senior. tradit ibi Manent. num. 84. transactionem de falsa causa, vel erronea non valere, nec etiam ut simplex pactum, & conventionem, quia error excludit consensum, & est decisio Rot. Roman. quam citat apud Ces. de Graff. 14. n. 3. est. de transact. vbi habetur, & huiusmodi errore remoueri consensum etiam a iuramento, & latius comprobatur post multos Steph. Gratian. discep. forens. tom. 4. cap. 788. num. 2. vbi ferè in terminis ait, stante falsitate, & errore cause, quod bona essent hereditaria, cùm tamen propria, transactionem esse ipso iure nullam, quamvis adfuerit iuramentum, tanquam non adsit consensus, quo deficiente non adest aliqua obligatio.

3. Nequè est necessaria absolutio, & insuper num. 3. transactionem, & iuramentum habere tacitam conditionem, nisi adsit error, vel falsa causa, cum alijs, de quibus in num. seq. bene etiam in terminis multos citans nouissime Christophor. Mart. Medic. in decis. Senensis. exam. 17. a num. 71. subdens n. 75. ex Crauett. & Seraphin. aliter fore decidendum, si appareat, contrahentem sciuisse, causam esse falsam, & nihilominus illam expressisse, quod etiam ex alijs voluit Io. Baptista Costa de factis scien. & ignor. centur. 2. dist. 6. num. 7. vbi a num. 1. post multos probat, falsam causam vitiare transactionem, etiam in unitate authoritate Principis, diuisionem, cessionem, confessio-

sionem, sententiam, vel aliam dispositionem, quando falsa causa per errorum, & ignorantiam fuit commissa secus. si scienter, & rursus nu. 9. aliam refert distinctionem, an falsa causa sit impulsua, vel finalis, ut primo casu non vitiet actum, secundo vitiet, & num. seq. ad cognoscendum, an causa sit impulsua, vel finalis, remissiuè citat Tiber. Decian. conf. 79. volum. 5. videndum, quia à num. 7. bene id declarat.

5. Sed in proprijs terminis transactionis ex errore, & falsa causa, est optima decisio Rot. Roman. apud Cardinal. Seraphin. 775. par. 1. vbi à num. 8. ex Fulgo. & alijs docet, causam finalem esse, quando causa, in qua erratum fuit, si fuisset vera, erat talis, quæ imponeret necessitatem illius dispositionis, & hanc decisionem sequuti sunt Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 26. tit. 8. num. 29. Ces. Manent. d. conf. 149. num. 5. & 7. & post eos Io. Baptist. Hodiern. in addit. ad dec. Surd. 176. n. 2..

## A R G V M E N T V M.

Seruitutem iuris pascendi in feudo personis de Vniuersitate debitam, per ipsius feudi venditionem nullatenus extingui.

## S P M M A R I V M.

1. Seruitus iuris pascendi in feudo, personis de Vniuersitate debita, per venditionem ipsius feudi non extinguitur.
2. Seruitus realis ad quemcunq. etiam singularem successorem actiud, & passiud transfi.
3. Seruitus pascendi Vniuersitati debita

T t per.

- perpetua est, quo usque Vniuersitas durat.
- 4 Seruitutes personales passiuè tñ reales iudicantur, & ad successores etiam singulares transeunt, nec dominij mutatione amittuntur.
- 5 Vsusfructus non ideo personalis est seruitus, quod à persona debeat, sed quia persona fructuarij, debetur enim à prædio ipso, eiusquæ onus realis est.
- 6 Conditio emptoris nō potest esse melior, quam venditoris in re vendita.
- 7 Opinio Fabri in rational. ad l. vltim. §. vltim. ff. de contrahend. emptio. soluitur.

## DECISO XCVII.



I Endito feudo seruitutē juris pascendi in eo legitimè præscriptam in favore eorum de Vniuersitate, qui prædia in ea habebant, nullatenus finiri, sed emptorem eam pati debere. Conclusum fuit in Regia Audientia super dubijs contensionis coram Domino Cancellario concite inter Fisci Regij Procuratorem, & Promotorem Fiscalem Curie Episcopalis Bosanensis die 20. Septembris anni 1633. Sumpcio motiuo non tantum ex eo, quod seruitus hanc realis censeri potest cum Vniuersitate Clericorum, prædia plura habentium, dicebatur acquisita, iuxta ea, quæ firmata fuerunt in alia Conclusione sub verbo Seruitus.

2 Scrutitatem autem realem ad quæcunq; etiam singularem successorem actiue, & passiuè transire, dubio caret, per multa iura, & signanter per l. testatrix, & plures. ff. si seruitus vindicetur, quæ expresse de iure pascendi loquitur, & firmant ibi Doctores communiter, post alios tener Ioann. Koppen decis. Germania quest. 17. n. 6.

& in specie de iure pascendi, quod persona debet ut, tradit Iacob Cancer. variar. resolut. vni. 3. cap. 4. nu. 50. facit quod in terminis dicit Affl. ad Constit. virtusq. Sicil. lib. 3. rub. 37. sub nu. 6 in fin. Quod si homines Vniuersitatis, & Vniuersitas ipsa sit in possessione palculandi, & aquandi in territorio Castris, in quo habitauerunt ipsis, & sui prædececessores, & Rex concedit nobili cuiusdam illud Castrum cum suis iuribus, & herbagijs, & aquis, ad possit prohibere eius vasallis, ne vivatur dictis pascuis, & concludit, quod non, & ita iudicasse cum alijs iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ affirmat.

Quam etiam, quia etiam si seruitus illa esset personalis, ita ut actiue, nec in singularem successorem, nec in heredem transire posset, cum extinguatur cum persona, s. finitur, Institut. de usufruct. l. v. sus aquæ. ff. de usu, & habit. & post multos comprobavit Anton. Fernand. de Ottero de pascuis, & iur. pascend. cap. 18. num. 7. 3 præterquam si debeatur Vniuersitati, quia licet quoad usumfructum, & legatum annum dissentiant Scribentes, de quibus latè per Io. Castill. Sotomaior. quotid. controvers. lib. 1. cap. 61. à num. 19. sed seruitus pascendi Vniuersitati debita, perpetua est, quo usq; Vniuersitas durat, ut agnoscit Petr. Paul. Paris. cons. 27. num. 153. vol. 1. & sequitur Ludouic. Casanat. cons. 42. num. 21. cum seqq. ubi ex illo dicit, hanc seruitutem isto respectu censeri realem, atq; huc spectare rationes Zasij, & Couarr. in locis ab illo refutatis, & sequitur Rot. Rom. in vltim. det. 199. n. 3. p. 1. som. 1.

4 Sed nihilominus passiuè seruitutes personales vi reales iudicandæ sunt, ut animaduertit Paris. d. cons. 27. num. 152. & in hoc sensu personales quoq; seruitutes iura prædiorum dici possunt, ut declarat Ant. Faber collectur. iur. lib. 19. cap. 15. in princip. & ideo passiuè personales seruitutes ad successores etiam singulares transeunt

transiunt, nec mutatione dominij amittuntur, ut est textus expressus in l. neque usus fructus ff. quib. mod. usus fructus amitt. & tradunt ibi Doctores omnes, & praecipue Anton. Faber, vbi in ratione decidēdi dicit, quod usus fructus non ideo personalis seruitus dicitur, quod à persona debeatur; sed quia persona fructuarij; debetur n. à prædio ipso, eiusquè onus reale est, ac proinde rē fructuariam sequitur, ad quemcunq; illa peruerterit, omnibus enim oneribus realibus id cōmune est, vt rem sequantur; quia nec alienatio fieri potest sine sua causa, vt ibi probat, & concludit in fine, absurdum esse, in te vendita meliorem esse causam emptoris, quām fuerit venditoris, per l. i. n. i. t. s. & plerunque, & l. aliud & absurdum ff. de reg. sur.

Nec resistit quod contra hanc rationem idemmet Faber in rationali ad l. ultim. S. vltim. ff. de contrah. empt. aliam admittat, ad hoc vt promissio, de qua in hoc textu de fundo suo cētum millia modiorum frumenti præstare prædij Caij non transeat in emptorem, quia, vt ille ibi declarat, promissio nō seruitutem, aut onus reale cōtinebat; sed tantum obligationem personalem, & in hoc decepti sunt Surd. & alij ab eo citati in decis. 236. num. 7. & 8. per istum S. & alia iura consimilia, dum tenent, seruitutem pascendi non transire in singularem successorem, quia in ea fuerunt opinione, qua crediderunt, sine prædio dominante non dari propriè seruitutem realem, nec personalem; sed parum quoddā, & ius personale, quod dicitur quidē seruitus; sed impro priè, vt ibi per eum, & hæc opinio sufficienter confutata fuit in alia conclusione superiōris relata, & in terminis quod seruitus pascendi debita Vniuersitati transeat in singulare, successorem, comprobat ex alijs Rota Romana d. dec. 199. n. 11. in fin. cum seqq. per plura iura, quæ citat.

## ARGUMENTVM.

Interesse tām damni, quām lucri propter moram regularem emptoris in solutione pretij, venditori debere.

S. V M M A R I V M.

1. Interesse tām damni, quām lucri venditori debetur propter moram regularem emptoris in solutione.
2. Aequalitas seruari debet in contractibus vltro, citrō, obligatorijs.
3. Conclusio probatur, & augetur.
4. Venditor potest agere ad interesse lucris cessantis propter moram emptoris.
5. Text. in l. fin. ff. le peric. & c. m. mod. rei vendit. sc̄ utilit̄, & longe u. interpretatur, & num. 6. 7. & 8.
9. Duplex est lucrum, unum proueniens ex re circa rem, & appellatur intrinsecum; alterum extra rem, & appellatur extrinsecum.
10. Dicitio, ex, denotat causam immediatam.
11. Pecunia licet ex se sit sterilis, & aliam pecuniam non gignat; tamen usus pecuniae lucrum affert.
12. Pecunia si conueneratur in emptionem prædiorum, mercium, vel alterius rei; lucrum, quod ex ista emptione prouenit, intrinsecum est.
13. Intellectus Fabri ad o. l. fin. ff. de pec. & commod. rei. vend. recūlitur, & num. 14.
15. Moraregularis ubi adsit, ienetur morosus vlt. à quantitate fructuum ad omne interesse moram passi, cum non debeat ratione fructuum, se ratione fidei nō implete, & perfida.
16. Interesse, quod debetur vltro quantitatē fructuum non perceptorum propter moram regularem, an debeat etiam & si nulli fructus sint percepti.
17. Text. in l. curabit C. de action. empt. examinatur, & num. 18.

- 19 Argumentum benè procedit de damno ad lucrum.
- 20 Fructus, & iuræ non tantum ex mora debentur, sed etiam accessiones.
- 21 Concordia traditur inter d.l.fin. & inter l.z.s.fin.ff.de eo, quod cert.loc:

## DECISIO XCVIIIL

- 1 Enditorem pretio non soluto propter moram regularem emptoris, etiam ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis agere posse. Cœlsum, & decisum fuit ad fauorem Bartholomæ Buer contra D. Petrum Pilo die 21. mësis Januarij anni 1634. me referente. Scriba Didaco Serra notario. Ex eo, quod in contractibus vltro, citròque obligatorijs, cuiusmodi est venditio, & qualitas seruati deberet, ut æquitas seruetur, nec debet deterior esse conditio vnius, quam alterius ex contrahentibus. l.s. vina, ubi Anto. Fab. in rational. tom. 5. ff. de peric. & commod. rei vendit. ac proinde meritò venditori ad interesse damni, & lucri actio competit, sicuti & emptori datur, namquæ venditor si rem non tradat, tenetur emptori ad omne id, quod interest emptoris. l. 1. ff. de actio. empti. l.s. traditio. C. eod. id autem, quod interest rei premium, pretijque viuras plerumq. egreditur. l. 1. & l. interdicto, ff. undè vi.
- 3 Id autem, quod interest non tantum damni emergentis, sed etiam lucri cessantis rationem concernit; l. 2. in princip. & l. ultim. ff. de eo, quod cert. loc. l. s. commissa, ff. rem rat. haber. ibi quantum mea interfis, id est quantum mihi abest, quantumcunque lucrari potui, cum similibus, per quæ generaliter lucri cessantis rationem fore habendam in eo, quod interest, tam de iure Civili, Canonico, & in conscientia tradunt post multos Jacob. Menoch. de arbitr. iudic. in adit. ad casum 119. nu. 4. Franc. Caldas

Pereir. ad typ. de empt. & vend. cap. 29. à num. 45 Horat. Viscont. conclusur. in verbo Interesse. Prosper Petrain addit. ad decis. 19. Capycij, & Petr. Ferdinand. Rebell. de obligat. iusti. lib. 8. quest. 7. nu. 1.

- 4 In terminis verò de venditore, quod agere valeat ad interesse lucri cessantis propter moram emptoris, ex multis firmat Franc. Burfat. in suo celebri consil. 68. num. 16. & per tot. vbi plures citat, & est dec. Iacob. Min-synger. obseruat. 56. centur. 4. & Rot. Genuen. 194. cum alijs per eos, & in discursu citandis.
- 5 Nequè obstat l. fin. ff. de peric. & commod. rei vendit. propter quam Anton. Faber in rational. ad eam postposita ratione illa superiùs notata, quā ille pro ratione dubitandi tradit differentiam, pro decisua constituit inter emptorem, & venditorem, sentiens, emptori propter rem non traditam licere agere ad id, quod interest, damni, & lucri ratione habita, sed venditori nequaquam, quia si id, quod interest ratione pecuniae præstaretur, facile ex crescere in infinitum, quod ius, & natura abhorret, nisi si loci, aut temporis utilitas interueniat, per l. 2. 3. & 4. ff. de eo, quod cere. loco, cum alijs, de quibus per eum.
- 6 Siquidem pro responsive fuit animaduersum, quod tantum abest, adiectionem loci in istis iuribus lucrum restringere, ut ille putat, quin, potius causam illius præbeat, nisi enim locus fuisset adiectus, non datur arbitaria actio, de qua in eis, ut Faber agnoscit in l. 1. & in in toto illo titulo, locus itaq. ibi in causa est arbitriæ actioni, sed actio hæc non sufficeret ad lucrum, nisi cum concurredet, quod ille creditor solebat merces comparare, ut in dicto S. dicitur.
- 7 Quod si adiectione loci sufficeret pro licita lucri exactione, liceret vtique in omnibus contractibus, in qui-

**B**us actio datur ad id, quod interest, cùm in eis etiam si de loco nū sit di-  
ctum, locus petitionis semper censem-  
tur adiectus. *I. fin. ff. si cert.*  
*petat. l. fin. ff. de condic. tritic. & nihil-*  
*minus in casu d. l. fin. de peric. & com-*  
*mod. rei vendit. concurrente etiam*  
*illa qualitate, quod venditor nego-*  
*tiator erat, lucrum denegari videtur,*  
*quapropter licet verum sit, quod hic*  
*Faber notat, quod nunquam debetur*  
*lucrum, quod excresceret in infinitum,*  
*& est ratio generalis, propter*  
*quam hic non curatur de lucro ven-*  
*ditoris.*

**V**erumtamen ratio specialis ex alio petenda est, quarè hic lucrum denegatur, & in *S. fin. d. l. 2. de eo, quod cert. loc. postposita ratione illa generali lucri cessantis in infinitum, con-*  
*ceditur, & nulla est constituenda dif-*  
*ferentia inter emptorem, & vendito-*  
*rem, cùm quod de isto disponitur in*  
*l. fin. idem obtineat in emptore, iuxta*  
*text. in l. si sterilis, s. cùm per vendito-*  
*rem. ff. de act. emp. vbi pariter de il-*  
*lius lucro, quod excresceret in infinitum*  
*nulla habetur ratio, vt idemmet*  
*Faber hic notat, & ideo repulsa, & re-*  
*iecta ea differentia inter emptorem,*  
*& venditorem, cùm par vtriusq; sit,*  
*& debeat esse ratio, & potissimum*  
*communis vtrique, atq. generalis in*  
*omnibus creditoribus, sed decisiva*  
*specialis dictorum iurium petenda*  
*est ex illa (vt in alia Conclusione in*  
*verbo Interesse fuit dictum) quam*  
*Petr. Barbos. ex alijs pro ratione de-*  
*cisiva d. S. cùm per venditorem tradit*  
*in l. de divisione. ff. solus. matrim. nū. 29.*  
*quod primum, & immediate lucrum,*  
*quod procedit ex re, quod circā rem,*  
*seū intrinsecum appellatur, debetur,*  
*non autē secundūm extrā rem, siue*  
*extrinsecum, & multiplicatum, quia*  
*sic excresceret in infinitum, facta*  
*ponderatione, quod in d. S. cùm per*  
*venditorem lucrum, quod denegatur,*  
*non est lucrum primum, circā rem*  
*consistens, & proueniens ex vino. vē-*

dito, quinimmo istud ibi permittitur,  
& conceditur in dicta Conclusione  
notatum fuit, sed est lucrum, quod ex  
negotiatione vini poterat prouenire,  
& sic secundūm lucrum, & in casu  
d. l. fin. idem contigit, quod lucrum  
petitum non erat primum ex pretio  
debito, quod scilicet acquirere po-  
terat, etiam per emptionem merciū;  
sed erat lucrum secundūm, proue-  
niens ex venditione, & negotiatione  
mercium, vt clare deprehenditur ex  
illis verbis ibi ex mercibus; dictio  
enim ex denotat causam immedia-  
tam, t. 1. 9. ex incendio, ff. de interdict.  
& tradit Alexand. cons. 144. num. 12.  
volum. 6.

**I**n casu autem d. l. 2. S. fin. de eo, quod  
cert. loc. lucrum, quod conceditur ex  
pecunia debita, non erat secundūm,  
ex negotiatione, & venditione mer-  
ciū resultans, sed erat primum ex  
comparatione, ibi, quod si merces sole-  
bat comparare, & hæc est ratio specia-  
lis decisiva dictorum iurium, licet  
enim pecunia ex se sit sterilis, quæ  
aliam pecuniam non gignit, sed pe-  
cunia vñus lucrum affert, vt agnoscat  
idem Faber ad l. quamuis, S. 1. sub lit. A.  
in ratione decidendi ff. de pign. & fa-  
cit quod dicitur de bonis mobilibus,  
quod per resolutionem, & implica-  
tionem in immobilibus percipiuntur  
fructus ex eis, iuxta notata in S. con-  
stituitur. Inst. de usufruct. vt optimè  
declarant Polyd. Ripa preceptor meus.  
obseruat. 72. & Mar. Giurb. decis. 72.  
quos refert, & sequitur Ioann. Petr.  
Fontanell. de pign. nuptial. tom. 2. claus.  
6. gloss. 2. par. 6. num. 15. & ideo si pe-  
cunia conuertatur in emptionem  
prædiorum, mercium, vel alterius rei,  
lucrum, quod ex ea emptione proue-  
nit, magis ex pecunia, quam ex ipsa  
re prouenire dicendum est, & inter-  
esse intrinsecum est appellandum,  
non extrinsecum, vt dicit Faber in  
d. l. fin.

**N**eque satis venditori consulitur,  
vt ille hic putat, vt ei usurpe pretij

propter

- propter moram ab emptore præstentur, siue agatur de usuris odiosis, & punitiuis, quæ quasi in pœnam, non tam propter lucrum petentium, quam propter moram non soluentium inflinguntur, de quibus *Faber* loquitur,
- 13** siue de recompensatiis ratione fructuum perceptorum, quæ etiam citra moram regularem conceduntur, *I.curabit*, *C.de actio.empt.* & propter eas *Franc.Cald.Pereir. d.cap.29.* sub num. 48. & 56. post *Rebuffum*, & *Corradum*, quos citat dicit in *d.l.fin.* denegari actionem ad interesse, quia etiam si nihil interesset vendoris, illud pro modo fructuum esset habiturus, ergo eo casu, quo adest interesse, debet illud perdere, per notata in *I.bona fides ss.de reg.iur.* quod etiam tenent nonnulli alij relati à *Barbos.d.l.de diuissone n.26.*
- 14** Siquidem propter quam quod intellectus iste ad *I.fin.* non tam diuinat, ut dicit *Barbos.* loco citato, quam repugnat; & contradicit verbis illius, nam usuræ recompensatiæ ratione fructuum debentur, licet nulla mora intercesserit, ut habetur in *d.l.curabit*, at in *I.fin* agitur de usuris post moram. ibi in soluendo pretio moram fecerit: & esset nimis restringere generalitatem istius legis, quæ de usuris indistinctè loquitur, ad usuras dumtaxat punitiuias, vel recompensatiuas,
- 15** ex alio capite subvertuntur illorum sententiæ, quia ubi interuenit mora regularis, tenetur morosus ultra quantitatem fructuum ad omne interesse moram passi, ut idem *Barbos.* ibi num. 25. post multos probat, nec enim ratione dumtaxat fructuum perceptorum debetur interesse; sed ratione fidei non impletæ, & perfidiae, & ideo etiam si nulli fructus percipientur, debetur, ut cum communi opinione probat *Anton.Gabr. commun. conclus.* lib. 3. tit. de emption. cōclus. 4. ampliat. 6.
- 16** Licet enim multi teneant contrarium, de quibus latè per *Cardin. Mantic.* de tacit. & ambig. conuent.

lib. 4. sit. 24. nu. 14. vers. neque obstat. Verum tamen, ut ipse ibi vers. sed adverte post *Corneum*, & *Socin junior.* declarat, haec ultima opinio negativa, quod non debeatur interesse, non perceptis fructibus, procedit, quando venditur res fructifera, quæ verisimilitè emitur proper fructus, sed prima affirmativa, quæ originaliter fuit *Baldi*, locum habet, quando venditur res sterilis, namq; tunc ratione fidei non impletæ debetur interesse, ut ex alijs firmat *Rota Genuensis.d.decis.194.* num. 3. & *Ioseph Ludou. commun. conclus.* 56. vers. ampliat, quos refert, & iequitur *Fontanell.* ubi suprà num. 16: & tenet *Cald. Pereir. ad typ. de empt.* & *vend. cap. 23.* num. 20.

Quidquid autem de his sit, quæ in casu *d.l.curabit* disputantur, & iuxta terminos illius sunt intelligenda, ubi nulla mora regularis interuenit, & ubi etiam vendor ex pretio sibi in continenti soluto nullum lucrum fecisset, ut ex mente omnium ferè Doctorum tradit *Couarru.variar.resolution.* lib. 3. cap. 4. num. 2. vers. 1. qui etiam subdit, quod si *d.l.curabit* ea ratione niteretur, quod vendoris intersit ex causa damni emergentis, vel lucrictantis, aliud esset dicendum, quia interesse lucri cessantis peri non potest, quando is, qui vult illud consequi, nihil esset lucratus, aut non sit solitus negotiari, ut ibi benè probat, & hanc omnium Doctorum sententiam profitetur, & sequitur *Mantica* ubi suprà num. 12. cum seq. & ideo in solito negotiari opinionem affirmatiuam, quod debeatur interesse, etiam si valorem fructuum excedat, admittendam dicit *Ioseph Ludou. decis. Perus. 53. num. 3.* & probauit ex multis *Rota Genuensis.d.decis.194.* circa finem, affirmans, quod cum agentes probuerint, se mercatores, & solitos dare cambio, succedit alia regula *d.l.curabit*, quod in solito negotiari debeatur interesse ad rationem lucri cessantis, etiam de iure Canonico.

18 Quamuis enim hoc implicitè nō admittat Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 35. per doctrinam Pauli de Castro, de qua in Conclusione Mercatoribus; at vbi lucrum est certum, eiusdem fore rationem habendam, non invitus fatetur ibi; sed hoc ita sanè est intelligendum in terminis nostris casus, vbi mora regularis concurrit, cùm aliàs irregularis non sufficiat, vt cum multis declarat Barboſa vbi supra num. 24. cum seq. quomodo enim tunc dici, aut ferri potest, quin statim æquitas non offendatur. Quòd si propter moram debitoris creditor damnum grande patiatur, valorem usuratum, & fructum excedens, non valeat petere damni interesse, stante quòd damni emendatio liberè, licitè, & validè exigi posse, omniq; iure non tam permitti, quam deberi, firmant omnes. vtriusq; Scholæ Doctores, sequentes Diuum Thomam 2. 2. q. 78. art. 2. ad primum, de quibus latè per Gaito de credito. cap. 2. tit. 7. q. 1. quòd si in damno hoc admittatur, in lucro pariter est concedendum, cùm ex sententia Iurisconsultorum, & Theologorum à principio relata, lucri etiam interesse debitum sit, & de damno ad lucrum argументatur Iurisconsultus Paulus in d. S. cùm per venditorem, & maximè obtinet in bona fidei iudicijs, in quibus ex mora non tantùm fructus, & usuræ debentur, sed etiam accessiones ceteræ, nimis id, quod interest, vt facetur, & probat Faber ad d. S. cùm per venditorem lit. A. in ratione dubitandi, & decidendi, vbi cum Iurisconsulto differentiam agnoscit inter interesse extrà rem, & circa rem, vt istud debetur, sed primum non ita, quod etiam dixit in d. l. fin. in quo, vt est dictum, consistit ratio decisua horum iurium, cum declaratione Barboſae superiùs relata, quamvis is ad hanc legem finalē alterum admittat intellectum vbi supra num. 27. ex Alber. Fulgoſ. & alijs, creditibus in specie

illius, lucrum ideo non deberi, quia erat incertum, & de futuro, & interesse lucri cessantis vt debetur, debet esse certum, & in potestate propinqua, ex sententia multorum, quos ibi refert.

21. Quæ & si vera sint, vt constat ex traditis in alia Conclusione Lucrum; at illa, quæ etiam fuit Ioann. Coraſ. lib. 3. miscell. cap. 13. num. 6. & 7. non adaptatur dispositioni d. l. fin. & illum reprehendit Faber ibi in fine, & continere diuinationem dicit Pereir. d. cap. 23. num. 28. atquè oppugnat ex eo, quòd in mercatore sufficit certitudo verisimilis, quæ ex conjecturis, & communis obſeruantia deprehenditur, vt in d. Conclusione Mercatoribus fuit dictum, aliàs si incertitudo sufficeret pro denegatione lucri in casu istius legis, quomodo eadem incertitudo non operatur idem in casu d. l. 2. l. fin. de eo, quod cert. loc. nulla etenim certitudo maior ex casu unius legis, quam ex alio deprehenditur, & tamen in prima denegatur lucrum, quod in secunda conceditur. Concludendum itaque est, rationem decisum horum iurium, nō in certitudine, aut incertitudine lucri cōsistere, sed in eo, quod primum lucrum, & interesse circa rem consistens est quod licitè debeti, & exigi potest, non autem lucrum secundum, & interesse extrà rem, vt ad d. S. cùm per venditorem firmat Barboſa. totiès citatus d. num. 29. vbi multos refert.

## A R G U M E N T U M,

Prælationis ius. Vniuersitatibus competere ad infringendas, & reuocandas locationes; per earum Dominos factas de iuribus ab eisdem soluendis.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Ius prælationis Vniuersitatibus competit ad revocandas locationes per dominos factas de iuribus ab ipsis Vniuersitatibus soluendis.*
- 2 *Vniuersitas equiparatur pupillo, & ideo aduersus quemlibet contractū, vel consensum tacitum, vel expressum in integrum restituitur in integrum.*
- 3 *Consensus in instrumento locationis respectu vnius anni, non refertur ad alterum, quia licet unicum sit instrumentum, tamen cum pro singulis annis pensiones singulae sint constituta, tot sunt contractus, quo pensiones.*
- 4 *Vniuersitas tacite consentire non potest, cum sit corpus ex multis personis collectum, idcirco omnibus vniuersitatem collectis innotescere aliquid debet.*
- 5 *Prælatio peti debet per Vniuersitatem communicato consilio, cum singularibus personis non competit.*
- 6 *Decisio Vincent. de Franch. 17. explicatur, & afferentium probpositio, quod restitutio in integrum post annum Vniuersitati conceditur, intellegitur de venditionibus perpetuis, non de locationibus, & n. 7.*

## D E C I S I O X C I X .

- 1  *Niuerstates admittendas esse ad prælationem sibi debitam in locatione facta per Dominum de iuribus per eas soluendis in quocunq; tempore, durante locatione pro annis, qui ad eam perficiendum supersunt. Cœlsum, & decisum fuit me referente die 9. Octobris anni 1637. ad fauorem Vasallorum Marchionatus Oristani contra Ioannem Franciscum Arialdo Arrendatorem Regiarum Salinarum dicti Marchionatus. Attuario Didaco Serra notario publico. Per tradita in proprijs terminis locationis à Marta in suo voto 240:*

- 2 *præsertim à num. 4. in sua prima illa ratione, quod scilicet Vniuersitas equiparatur pupillo, & ideo aduersus quemlibet contractū, vel consensum tacitum, vel expressum in integrum restituitur, vbi bene probat, & insuper alias duas rationes addit, quæ maximè iuvant ad conclusionem, quia, inquit, licet instrumentum locationis vnicum per plures annos factum fuerit, quia cum pro singulis annis singulæ pensiones constitutæ sunt, ideo quot sunt anni, & pensiones, tot sunt contractus, ac propterea consensus respectu vnius anni, ad alterum non extenditur, vt ibi etiam bene probat num. 5. ac propterea num. 6. dicit, quod Vniuersitas tacite consentire non potest, quia est corpus ex multis personis collectum, quibus omnibus simul vniuersitatem collectis innotescere debuit, vt Vniuersitas consensisse dicatur, cum scientia singulorum non sit scientia Vniuersitatis, vt ibi per eum, & ad hoc facit, quod dicit Ioann. Domin. Tasson. de antephato. vers. 3. obseru. 4. num. 7. 1. quod prælatio peti debet communicato consilio, alias non competit singularibus personis, vt decimus refert, & sequitur Ioann. Mar. Nouar. de grauam. vasall. tom. 1. grauam. 363. n. 6.*
- 3 *Sed quidquid sit de his duabus ultimis rationibus, quod attinet ad primam, de qua principaliter fuit habita ratio in conclusione, tametsi in hac materia prælationis, per iura, que citat, sentiat Camill. de Curt. in suo diuers. sur. seud. fol. 9. col. 3. sub nu. 55. annum dumtaxat dari, quod etiam voluit Vincent. de Franch. decis. 17. vbi Addentes, verum tamen præterquam quod hi loquuntur de venditionibus perpetuis, non de locationibus pro dicta restitutione in integrum post annum Vniuersitati concedenda decisum fatetur idem de Curt. ibi num. 57. nec dissentit de Franch. data lassione, quin immò n. 19.*

cure

*cum duobus seqq. probat cum multis, restitucionem in integrum non esse, specificè petendam, nec ad eam requiri speciale mandatum, quia eo ipso, quod minor petit, rem tibi restituere, si non potest aliter obtinere, quam per viam restitucionis in integrum, intelligitur ea petita, & ubi incidenter petitur, sufficit mandatum cum libera, prout in suo casu concurrisse dicit, & in nostro concurrere ex facto resultat, & licet in casu ex Frach. contra restitucionem fuerit decilum; at id evenit ex defectu lassionis, quæ in nostro supponitur, & tunc quod restitutio sit concedenda, faciunt etiam tradita per Camill. de Laracha cons. 84. à nu. 12. & quando prælatio competat Vniuersitati, videnda est Conclusio Praferendus, & an prælatio illa cedi possit, agitur in Cœclus. Cessionem.*

*Quis autem in concursu, ipsa Vniuersitas, an Baro præferrari debeat, tractat, & decisiones refert Dominus Regens Ioann. Francisc. Sanfelicius decis. 107 part. i. noue post hæc scripta vi-sus.*

## ARGUMENTVM.

Patrem post obitum sui filij pupilli nullatenus retinere vsum fructum, quem in bonis illius à matre habitis, quasiuerat, sed statim extingui per successionem in portione legitimæ, ex Constitutione Cathalonie de impuberibus ei delatam, tam attenta Vrbis Calaritanæ obseruantia, quam iuris communis dispositione.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Vsusfructus patri quasius in bonis sui filij pupilli habitis à matre, seu aliud, extinguitur post ipius pupilli obitum, ac devoluitur ad proximiores illius lineæ, unde bona prouenerunt, legitima reseruata patri. Attenta Constitutione Cathalonie, & Vrbis Calaritanæ obseruantia.*
- 2 *Consuetudo, & obseruantia ad hoc ut legitimè sit introducta, non requiriatur, quod in iudicio, vel extræ contradictione fuerit.*
- 3 *Testes, quod exprimant causas, & personas, in quibus obseruatum fuit, necessarium non est in probanda consuetudine.*
- 4 *Conclusio iustificatur, & eius sensus, ac Constitutionis Cathalonie dels impubers exprimitur.*
- 5 *Asserta per eos, quod ad legitimam consuetudinis probationem, testimoniū, personarum, & causarum expressio sit necessaria, locum sibi vendicant, quando statutum, vel constitutio adest iuris correctoria, & verba ad sunt clara, quorum obseruantia & iei dispositiva, & iuris correctoria existimatur.*
- 6 *Verba constitutionis quando non sunt clara, sed equiuoca, & ambigua, tunc obseruantia super eis interpretativa, & declarativa nuncupatur.*
- 7 *Relatio haberi debet respectu consuetudinis, & obseruantiae subsequente in interpretandis constitutionibus.*
- 8 *Obseruantia communis intellectus constitutionis est, à quo recedere non licet.*
- 9 *Obseruantia interpretativa unico actu accipitur.*
- 10 *Verba constitutionis quando non sunt clara, etiam si illius intellectus sit contra verborum proprietatem, obseruantia interpretativa atteditur.*
- 11 *Contraria in Principatu Cathalonie decisio corrigit, & nuo. 13.*
- 12 *Duo sententiarum exemplaria iudicandi consuetudinem inducunt.*
- 14 *Intellectus tacitus in sententijs non*

- admittitur, cum sine stricti iuri, & secundum verborum seriem intelligi debeant.
- 15 Expressum dicitur, & iudicatur quid quia sub expresso virtualiter coniunctur.
- 16 Non expressum in sententia non venit, quando in necessariam consequentiam non inducitur; secus si necessario interfertur.
- 17 Verba non solum in sensu directo accipiuntur, verum etiam in sensu contrario, quando aliquid per sententiam pronunciatur, cum & producunt etiam exceptionem rei iudicatae.
- 18 Pater propria auctoritate potest capere & sumfructum bonorum aduentiorum filij, cum per eandem legem, per quam conferitur filio dominium, conferatur & patri & susfructus.
- 19 Nemo ad agendum admittitur sine actione, & potest iudex reo etiam non opponente actorem repellere.
- 20 Agens ad rem ex causa indebita, si ex deducit, & elabiter appareat, rem ex alia causa deberi, etiam non pesita, debet obrinere actor, & in Tribunibus omnibus, in quibus sola facti veritas attendi debet.
- 21 Iudex super non petitis potest suum impartiri officium, maxime si in libellis clausula concurrat, que semper apponitur, ius, & iusticiam hibi ministrari petens.
- 22 Error, & juris ignorantia in dubio non presumitur.
- 23 Sententia Senatus legis habet vigorem.
- 24 Iudex ab obseruantia interpretativa moueri debet, quamvis communis opinio sit in contrarium.
- 25 Error communis ius constituit.
- 26 Verba constitutionis, vel statuti quando clara non sunt, sed ambigua, & dubia juris error non solum ad excusationem prodest, sed adstringit etiam ad obseruantium.
- 27 Intellectus constitutioni per obseruantiam datus, quamvis de iure non sisenendus, interpretatio ex obseruantia illa magis attenditur, quam in selectus contrarius iuri consonus.
- 28 Tolerantia alicuius actus, cum versatur circum titulum, in obseruantiam conueritur; & actus ille, si antea facultatus erat, necessarius efficitur.
- 29 Titulus praecedens derogat requisitis materiae facultatiue, & cur contrarius illius sententia efficiatur.
- 30 Constitutio, dels impubers explicatur, & de eius sensu differitur, & n. 32.
- 31 Illatio ex diversis neutiquam admittitur.
- 33 Conclusio rationibus evidenter augetur.
- 34 Opinio Fabri assertis supra ceteraria in Cod. com. 2. tit. 36. lib. 6. defuit, 14. examinatur.
- 35 Vox vindicare, quid significationis recipiat, & quid recinetur.
- 36 Verbum vindicare retentionem etiam comprehendere demonstratur, contra aliquos contrarium sentientes.
- 37 Dominium ut precedat, & sit quemcum, necesse est ad vindicationem.
- 38 Vindicatio competit indistincte & susfructuario nulla differentia data, inter & sumfructum quesum, & querendum.
- 39 Compensatio presupponit debitum iam creatum.
- 40 Susfructus patri debitus est debitum legale, & statim quod potest exiungi, extinguitur & corpore.
- 41 Dictio, pepitus, quid arguat, & quam recipiat naturam.
- 42 Varia Doctorum auctoritates conclusionem corroborando explicantur, n. 43. & 44.
- 45 Testator aliquis si disponat, ut filio aliquid detur, vel fatuatur, & susfructus de iure communi censemur prohibitus favore patris, etiam si legatum sit minimum.
- 46 Argumentum validum est a testatore ad legem, & statutum.
- 47 Potestas legis maior est quam testatoris.
- 48 Verbum, restituere, prolatum à lege, plenariam arguit restitucionem, secus si ab homine se possum.
- 49 Susfructus ceterarum rerum dene-

gatur

- gatur patri ob retenctionem unius eidem concessam.
- 50 **Oppositiones** Cardinalis Caualerij in dec. 442. & circa conclusionem eius distinctio inter usumfructum quae-  
stum, & querendum, dituntur.
- 51 **Opinio** Ioannis Baptista Costae de portione. ratæ quest. 248. circa con-  
clusionis sensum, pro eius subsistetia,  
& veritate distinguuntur.
- 52 **Asserta** per P. Molinam de iustitia, &  
iure tom. I. tract. 2. disp. 163. non  
obstat, demonstratur.
- 53 **Dispositio** conclusionis non solum vim  
obtinet respectu usumfructus qua-  
rendi, verum etiam & quæsiti.
- 54 **Ususfructus**, quem antea quæsitus par-  
ter antem mortem filij, extinguitur, si  
illi deinde cum alio filio succedit.
- 55 **Tex. in l. fin. ff.** ad Tertull. & auth. ite  
hereditas C. de bon. que liberis  
examinantur, & n. 56.
- 57 **Dispositio** tex. in l. si verò auth. de he-  
reditib. ab intest. eruditè interpreta-  
tur ad nostra conclusionis sensum,  
& fundamenta.
- 58 **Determinatio** una, plura respiciens  
determinabilitia, pariformiter ea de-  
bet determinare.
- 59 **Firmata** per Dominum D. Franciscum  
Merlinum controversi forens. cap.  
29. nu. 9. nostris non obstat decisio,  
ac pro eis aperte tueri, demonstratur.
- 60 **L. placet** ff. de acquirend. hereditat.  
& l. fin. C. de usumfructu exprimitur
- 61 **Constitutio** dels impubers quem con-  
tingat finem, & contra nonnulla ei  
opposita corroboratur.
- 62 **Oppositum** in opposito operatur idem,  
quod propositum in proposito.
- 63 **Opposita** per Fontanellam in decis.  
255. tolluntur, & nu. 66.
- 64 **L. si quando** C. de inoffic. testam. in  
quo casu procedat.
- 65 **Verbum** aliquod stare in aliqua dispo-  
sitione non debet, sine virtute aliquid  
operandi.
- 67 **Approbatio**, ac aliiius actus confor-  
matio arguitur, cum de illius aera-  
gatione non appareat.

- 68 **Ususfructus** patri iure patriæ potesta-  
tis debitus prohiberi potest per lega-  
tæ proprietatis, etiam in re modica,  
non solum expressè, verum etiam  
tacite per conjecturas.
- 69 **Testator** si bona vinculariā ut post  
obitum filij ad proximiores deve-  
niant, eius dispositio usumfructum  
derogat in præiudicium illius patris.
- 70 **Argumentum** validissimum est à di-  
spositione hominis ad dispositionem  
legis.
- 71 **Ius dantis** si resoluatur, resoluuntur &  
accipientis.
- 72 **Mater** si filium instituat, nullo adiecto  
vinculo, ex illa institutione arguitur  
voluntas deferendi bona ad cognatos,  
iuxta terminos constitutionis nostræ.
- 73 **Filiae impubes** si prædecodat patri, tota  
illius successio ad patrem spectat; si  
verò alijs prædefuncti fratres exi-  
stunt, omnes aequis portionibus succe-  
dunt. Propositione hæc validissima ad  
conclusionis probationem exprimi-  
tur.
- 74 **Proutio** hominis facit cessare prouiso-  
nem legis.
- 75 **Statutum** corrigens legem, vel disposi-  
tionem, ad omnia illa se extendit,  
ad que actus correctus extendeba-  
tur.
- 76 **Opinio** Regentis Merlini in contro-  
uersi forens. cap. 29. nu. 7. & 8. affi-  
rentis, repugnantiam adesse incer-  
successione, & usumfructum, qui  
retenctionis, non successionis iure pe-  
næ patrem remaneat, cum neque at-  
dari successio, ubi ususfructus con-  
ceditur, nec ex antecedenti renun-  
ciationis successionis ususfructus;  
explicatur, & de firmatis in illius  
affectione longè differitur.
- 77 **Aditio** nec animo potest fieri in bonis,  
qua; incertam est, an denolvantur.
- 78 **Renunciatione** iuri de futuro facta, in-  
tellegitur de iure, quod alius de-  
presenti competit, vel de præterito,  
nō de eo, quod ex noua euenienti causa
- 79 **Ususfructus** renunciatus conficitur, &

- si de eo in renunciatione expressa non fiat mentio, quando ex actu renunciatio infertur de necessitate.*
- 80 *Actus primus, id est potentia alicuius, qua voluntas dirigitur, est in dispositionibus attendendus, atq; omnino seruandus.*
- 81 *Conclusionis nostra dilucidantur asserta, & n. 82.*
- 83 *Statutum si exceptiuè, & præseruatiuè loquatur, cùm non inducat dispositionem, & exceptos casus sub iuris communis dispositione referuet, si iuri communi non detrahatur; ut ius commune valet, non ut statutum, & per consequens actio, quæ exinde o. itur, non ex Statuto, sed ex iure communi nascitur.*
- 84 *Titulus legitima sui natura delatione ex iure communi debitâ importat.*
- 85 *Portio à Statuto agnatis delata differt à legitima matri debita.*
- 86 *Verbum, succedat, à Statuto prolatu, quam constituat differentiam inter successionis delationem.*
- 87 *Ius querendum, & ius hereditatem adeundi, antequam adeatur, non veniunt appellatione bonorum, sed iam aditam, & quæstiam suppônunt.*
- 88 *Bonorum possessores utiles tantum habent actiones, non directas, cùm ha ad legitimum heredem, & successorem spectent.*
- 89 *Text. in lis, cuius ff. de legat. 2. & l. si legarum 2. §. fin. ff. de legat. 1. explicantur.*
- 90 *Conclusio euidentioribus argumentis corroboratur.*

### D E C I S I O C:



*Sumfructum patri quæsatum in bonis sui filij pupilli à matre, seu aliundè habitis post ipsius pupilli obitum neutiquam durare, sed mortuus extingui, & cum*

*proprietate confolidari, plenoquè iure deuolui, & pertinere ad proximiiores illius lineæ, vndè bona prouenerunt, legitima dumtaxat pauci reseruata, in terminis Constitutionis Cathalonie, quæ incipit los impubers sub titulo de pupillaribus, & alijs substitutionibus, quam in hac Calaris Vrbe vigere, & asseruari solitam, notum est. Decidendum proposui anno 1643. vti relator in causa, & lite mota per Iacobum Marti aduersus Vincen- tium Merca eius generum. Actuario Antonio Vacca. Ex eo principaliter, quod in præfata Vrbe Constitutionem illam longeuo vsu, continuaquè obseruantia, cuius non extat memoria in contrarium, ita ab omnibus intellectam, atq; in praxi receptam fuisse constat, tam per testes, quam per instrumenta, de quibus in processu.*

*Quāquam enim ex eis nullatenus apparere de contradictione judiciali, nequè etiam extrajudiciali, eamquè vti præcisè necessariam, ad hoc ut consuetudo, & obseruantia teneat, & obliget, studiosè pro patre prætēsum sit; præcipue cùm de priuatione usus fructus ex iure communi ei debiti, & per cōsequens de correctione ipsius juris communis peragatur, iuxta ea, quæ deducta fuere ex decisione Rot. Roman. apud Ludouis. 162. n. 4. cum alijs longa serie ciratis ad sui patrocinium à num. 108.*

*2. Verūtamen prætermissis contra rijs, quibus sigillatim respondere satis otiosum, & laboriosum esset, propterea quod variè extræ casu nostræ controversie loquuntur, multique id, ad quod citantur, minimè dissentant, vt clarè ex sui lectura colligitur, & perlucet; quæquè ergo de eis sit ve- rior, & receptioni sententia, docet, ad obseruantiam, & consuetudinem legitimæ introducendam nullatenus requiri, seu necessariam existimari, quod in iudicio, vel extræ fuerit contradicuum, vt manifestè liquet ex latè congregatis per P. Andr. Molsej ad Con-*

*ficiendis*

*suetud. Neapol. part. 1. cap. 5. num. 42.*  
*& firmat Ioseph Ramon, ex opposito*  
*citatus conf. 6. nu. 69. vbi in terminis*  
*de obseruantia populi tractat; in alio*  
*autem conf. 71. num. 84. cum seq. de*  
*Curię stilo peragit, & cum eo, & alijs*  
*transit D. Mar. Cutell. de donation. in*  
*appendic. ad part. 6. 2. discurs. 1. tract.*  
*ad num. 102. num. 17. & cum magis*  
*communi opinione, de qua testatur,*  
*comprobat Bertazzoli. conf. 11. nu. 52.*  
*quem refert, & sequitur D. Franc.*  
*Anton. Costa conf. 54. num. 11. vnde*  
<sup>3</sup> *num. seq. ex illo addit, in probanda*  
*consuetudine opus non esse, quod*  
*testes exprimant causas, & personas,*  
*in quibus fuit obseruatum.*

<sup>4</sup> Dubioquè procul hæc omnia locū  
 sibi vendicant, & peruigent, vbi non  
 de consuetudine, & obseruantia di-  
 spositiuē, sed interpretatiuē tantum  
 pertractatur, prout in casu nostro, nō  
 tantum, quia nulla lex est ex allega-  
 tis pro patre, quæ ita claram, & ma-  
 nifestam iuris dispositionem conti-  
 neat, & exprimat, sicuti fore necessū,  
 resultat ex illa *decisione Romana corā*  
*Ludouiso*, ex alijs pro illo citatis,  
 quantum quia per *Constitutionem*  
 illam *Dels impubers*, per quam ius  
 commune corrigi, & emēdari, certum  
 est in ea parte, in qua pater à succe-  
 sione filij impuberis, sola legitima re-  
 tentia excluditur, controversia inter  
 partes super eo potissimum versatur,  
 an illa patris exclusio à successione  
 filij, pleno iure intelligi debeat, tām  
 respectu proprietatis, quam ususfru-  
 ctus; quia tunc obseruantia subse-  
 quuta, & comprobata, cùm directo  
 cadat super dispositione constitutionis,  
 non verò iuris, quamvis ex illa  
 per indirectum correctio iuris aliqua  
 contingat, talis correctio non imme-  
 diatè per obseruantiam, sed per con-  
 stitutionem fieri certas erit, atqne  
 ita tunc obseruantia, non quidem  
 vt correctoria iuris, sed vt interpre-  
 tativa constitutionis ab omnibus  
 scribentibus, quos viderim, dijudi-

catur, & compellatur.

<sup>5</sup> Nullusq; est ex citatis pro patre,  
 qui in hoc euentu, in quo adest consti-  
 tutio, statutum, seu priuilegium  
 iuris correctorium, contrarium affir-  
 mare ausus sit, propterea quod tunc  
 non tām dispositio iuris, quam con-  
 stitutionis ita attendi, & asseruari de-  
 beat, vt si verba sunt clara, obseruan-  
 tia in contrarium vti dispositiua, &  
 correctoria constitutionis existima-  
 tur, & in his terminis loquuntur non  
 nulli ex citatis pro patre in casu sta-  
 tuti, requirentes ad legitimam pro-  
 bationem, quod testes, personas, &  
 causas exprimant, vbi verò statuti, &  
<sup>6</sup> constitutionis verba non sunt clara,  
 sed æquiuoca, & ambigua; quæcunq;  
 obseruantia super eis vti interpreta-  
 tiua, & declaratiua accipi, & intelligi  
 debet, ve dictum est, & concors no-  
 strorum sententia docet; vt ex infra-  
 citandis luculentè apparebit.

<sup>7</sup> In casu autem p̄fatae Constitutionis  
 super dubio proposito etiam hi,  
 qui patris partes peragunt, & signan-  
 ter *Fontanell. & Ferrer.* vbi ad eam  
 infra citabo, agnoscunt, verba esse  
 non clara, sed ambigua; ac propterea  
 subintrat indubitata iuris conclusio,  
 quod in omni dispositione, & præci-  
 puè in interpretandis constitutioni-  
 bus plurimū sit deferendum con-  
 suetudini, & obseruatiæ subsequitæ.  
 I. si de interpretatione ff. de legib. cap.  
 cùm venissent, extra de constitut. &  
 utrobiqvè Doctores. Comprobant  
*Iacob. Menoch. conf. 270. nu. 19. vol. 3.*  
*Ioann. Petrus Surd. conf. 362. nu. 3. vol. 3.*  
*Rot. Roman. decis. 455. num. 1. par. 2. in*  
*recentior. Propterea quod generale*  
*sit, quamlibet dispositionem per eam*  
*obseruantiam, q̄r̄ subsequitur, de-*  
*clarari, ita *Honded. conf. 6. nu. 34. lib. 1.**  
*Ludou. Casanar. conf. 45. num. 144. cum*  
*seqq. Ioann. Baptista Valenzuel. conf.*  
*52. num. 45. cum seqq. Solorzan. de iur.*  
*Indiar. lib. 2. cap. 24. ex num. 84. & Ca-*  
*still. Sotomaior tom. 7. de tertīs cap.*  
*31. num. 65. Nec ab eo intellectu, &*

inter-

- 8 interpretatione declaratiua, quam communis obseruantia dedit, ullatenus recedere licet, neq; permittitur, laminimè ss. de legib. & firmat Menoch. cons. 285. num. 3. & cons. 845. num. 13. vol. 9. Marta cons. 14. num. 21. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 825. num. 14. cum seq. tom. 5. & benè per D. Garf. Mastrill. decis. 238. num. 30. ac propterea num. 34. subiungit, quòd obseruantia interpretatiua non indiget præscriptione, satisquè esse, quòd statutum non fuerit receptum in eo sensu, vt ibi plenè comprobatur.
- 9 Rursus, quòd ad obseruantiam interpretatiuam sufficiat, si probetur, ità aliquando obseruatum fuisse, actuquè vnico contentari, & satis esse voluit ex alijs Rot. Romana apud Buratt. decis. 647. num. 21. & decis. 679. num. 9. tenuit Cancer. variar. resolut. tom. 3. cap. 19. num. 74. & cum alijs D. Mar. Cutel. horatio. 20. num. 86. atquè tandem alijs consultò omissis, quòd obseruantia interpretatiua, 10 vbi verba non sunt clara, om. nino attendi debeat, etiam si illius intellectus sit contra ius, & proprietatem verborum, docet ex multis Oliver. Beltram. in addition. ad decis. Ludouisi. 184. num. 8. quem sequitur Fontanell. decis. 85. num. 25. & est decis. Rot. Roman. apud Buratt. 948. num. 6. par. 1.
- 11 Nequè vrget, quòd in Principatu Cathalonie, vbi illa Constitutio fuit facta, & per priuilegium Calari communicata sub alio, & diverso intellectu, & obseruātia in favorem patris, quòd scilicet usufructum semel quæsitum in omnibus bonis filij, vna cum legitima retineat, admissa, receptaque fuerit, iuxta ea, quæ de illa in terminis tradit Isaac. Petr. Fontanell. de pactis nupcialib. claus. 4. glos. 8. à num. 60. & nu. 64. ita decisum refert, & concordat Franc. Ferrer. ad 4. Confite. glos. 4. num. 198. & 211. qui duo citant Mieroz. ad eandem Constitutionem num. 16. & firmat Cancer. variar. resolut. lib. 1. cap. 1. num. 41.
- 12 Propterea quòd facilis sit responso, obseruantiam illius Principatus neutiquam ad præsens Regnum. tanquam separatum, & diuersum ampliari, nec extendi posse, per ea, quæ cum alijs comprobatur idem Fontanell. decis. 247. num. 26. præsertim cùm in præsenti, vt dixi, alia, & diuersa obseruantia vigeat, & probata maneat, & iuxta eam iudicatum per nostram Regiam Audiētiā evidentēr appareat, ex duobus sententiis exemplaribus in processu exhibitis; ex eisquè iudicandi consuetudinem sufficienter induci, constat per decis. Vincent. de Franch. 91. num. 16. Cas. Barz. 98. num. 12. Georg. Cabed. 212. par. 1. & firmat Steph. Gratian. discept. forens. cap. 460. num. 23. lib. 3. & cap. 745. nu. 20. & 24. lib. 4. quos sequitur Fontanell. decis. 293. num. 22.
- 13 Nam & si in dictis exemplaribus neutiquam actum expressè videatur de usufructu iure patriæ potestatis debito, qui est casus noster, in quo ad consuetudinem etiā interpretatiuam necessaria existimatur probatio in specie cum qualitate casus contruerſi, atquè in proprijs illius terminis, vt tenet Rota Roman. apud Ludouisi. decis. 45. num. 6. & in addit. nu. 8. & concinit alia decisio apud eundem supra citata 162. num. 4. vbi num. 10. in actibus, qui à mera facultate procedunt maximè obtinere ex alijs cōcludit, per rationem, quam statim reddit, quia multa per patientiam tolerantur, quæ si fuissent in iudicium deducta, tolerata non essent, sequitur Fontanell. decis. 235. num. 14. cum seq. suffragatur quoq; alia decisio eiusdem Fontanell. 145. nu. 14. cū seqq. ad patrocinium patris citata num. 153. pro maiori exclusione dictarum sententiis, nimirūm in eo, quod afferit, Senatus sententias nullatenus obligare, vt ita in futurum declaretur. Itē quòd in eodem patrocinio num. 191. 14 differitur, tacitum intellectum in sententijs non admitti, propterea

quod

quod sint stricti iuris, & propriè, & strictè intelligi debeat, iuxta sentiem, & tenorem verborum, repulsis consequitis, & interpretationibus, ita quod omissus habeatur pro omisso.

15 His tamen, & similibus minimè refragantibus, si exemplaria illa attentè perlegantur, haud obscurè ex eis colligitur, & deducitur, nostri v̄susfructus casum specialem in iudicio decimum, & definitum manere,

16 ex eo, quod in utroque evidenter appetit, acum fuisse contra patrem ad restitutionem bonorum maternorum cum fructibus à die obitus sui filij impuberis, & ad eam faciendam fuisse illum condemnatum vigore præfatae Constitutionis. *De lege impuberr.*, de qua licet nulla expressa mentio facta fuerit, virtualiter tamen inest, & pro expressa haberi debet pereclusionem patris à successione filij, cum reservatione legitimæ, quæ quidem nullo alio iure, quam dictæ Constitutionis fieri, & declarari potuerunt, satisquæ expressum dicuntur, & iudicatur, quidquid virtualiter sub expresso continetur, iuxta ea, quæ latè cum penè infinitis suo more tradit. *Castill. Sotomaior quotid: controv. 10. q. cap. 17. à nu. 18.* Unde etiam prouenit, tam per petitionem, quam per condemnationem contra patrem ad rem cum fructibus restituendam in necessariam consequentiam ab omni v̄susfructu exclusum censeri; cum v̄susfructuarij ius in perceptione, & retentione fructuum consistat, *tos. xii. ff. de v̄susfruct. l. si v̄susfructuarius. ff. quibus mod. v̄susfructus amittatur. Iovann. Franc. à Ponte Conf. 100. num. 5. & 13.* sequitur *Horat. Barbat. de diuisio fructu. par. 2. cap. 1. num. 7.* & in his terminis cessare, & limitari opposita contra non expressum in sententia, ut non procedant, quando non expressum venit in necessariam consequentiam, probat eam alijs Steph. Gratian. *discept. furens. cap. 833. num. 28. cum seq. & est text. expressus*

in l. si inter me, & te. *ff. de exceptio. rei iudicatae. ibi Nam ex ipso, quod meam esse pronuntiatum est, ex diuerso pronuntiatum videtur, tuam non esse.*

17 Ecce igitur, quod ut dicatur aliquid pronuntiatum per sententiam, non solum attenduntur verba in sensu directo, sed etiam in sensu contrario, quod adeò verum est, ut producat etiam exceptionem rei iudicatae, ut in hoc *textu*, ac proinde in casu diorum exemplarum eo ipso, quod pater fuit condemnatus per mortem filij impuberis ad restituendum bona ipsius, quæ à matre habuit cum fructibus à die mortis, in necessariā consequentiam dicendum venit, fuisse pronuntiatum, dictos fructus, & eorum v̄sumfructum ad patrem non pertinere, & idem comprobatur *text. in l. Pomponius S. sed & sis. qui, in fine ff. de procura. ibi Nam cum iudicatur, rem meam esse, simul iudicatur, illius non esse.* Cum alijs, de quibus per *Scip. Rouit. decis. 60. per totam.*

Nec iuuabit ad excusationem rei iudicatae cum dictis exemplaribus, si dicatur, ex eis nullatenus apparere, patrem conuentum ad restitutionem bonorum cum fructibus, de v̄susfructu sibi iure patris potestatis debito secundum ius communem opposuisse, & exceptisse, supposito siquidem, quod v̄susfructus patri esset debitus ex dispositione iuris, ut prætenditur, absque eo, quod ei fuerit derogatum per dictam Constitutionem, nulla quidem exceptio, nec oppositio patris necessaria fuit, propterea quod cum agens ad restitutionem bonorum cū fructibus sine actione ad eos fructus iure v̄susfructus patri debitos egisset, notorium sit, cum lex eadem, quæ si 18. *lio. bonorum aduencitorum confert dominium, aequaliter conferat patris v̄susfructu eorum, ita quod propria authoritate cum capere possit.* *l. 1. C. de bonis materni. & l. cum v̄perte C. de bon. quæ liber. pro parentis, & utrobique DD. & signatè Arius*

Pinell.

*Pinell. ad d.l. 1.par. 2.num. 61. cum seq.*  
*& post eum Castillo Sotomaior de usu*  
**19** *fruct. cap. 7. nū. 27. ad agendum au-*  
*tem sine actione neminem admitti,*  
*coquè casu posse iudicem, reo etiam*  
*non opponente actorem repellere,*  
*aliter inferre iniuriam, certissimum*  
*est, ex traditis per Hieron. Magon de-*  
*cis. Florent. 26. & 35. per Surdum de-*  
*cis. 260. & 265. per Rotam Romanam*  
*apud Ludouis. decis. 118. cum alijs, de*  
*quibus latè per Laur. Vrsell. conclus.*  
*legal. conclus. 78. num. 17. & 18. qua-*  
*propter, ut iniuria, & iniquitas à præ-*  
*dicitis exemplaribus evitetur, & ex-*  
*cusetur, necesse est, ut dicamus, & fa-*  
*teamur, tām actores, quām iudices*  
*intellexisse, per præfatam Constitu-*  
*tionem dels impubers, in qua exempla-*  
*ria illa fundantur, derogatum, & re-*  
*uocatum censeri, vsumfructum ex*  
*iure communi patri debitum; qui-*  
*nimmo patres etiam reos conuentos*  
*eundem intellectum admississe, post-*  
*quām rei iudicatae acquieuerunt, du-*  
*bitandum non est.*

In primo enim ex dictis exemplaribus idem existimasse Gauinum Salso conuentum à Ioanne Scorsa manifestè appetit, ex eo, quod ut se excusaret à restitutione bonorum cum fructibus, ad remedium subsidiarium suæ militiae confugit, prætendens, neutiquā teneri, nisi in quantum facere posset. Vnde si iure ordinario vsumfructum vi patriæ potestatis sibi debitum nullatenus per dictam Constitutionem derogatum crederet, prædubio tale ius allegasset, suique allegatione etiam neglecta, & postposita nostra Regia Audiētia, coram qua præfata lites ducebantur, tām ex priuilegio Vrbis Calaris, vbi est sua solita Sedes, quām ex præheminentia sui Tribunalis, propterea quod sola veritate inspecta procedere debat, utique vsumfructum patri debitum, ex causa etiam non allegata, neutiquā denegasset, cūm in Supremis Tribunalibus, & in omnibus,

in quibus sola veritas facti attendi solitum est, agens ad rem ex causa indebita, si ex deducit, vel aliter apparet, deberi rem, ex alia causa, etiā non petita, obtinere debeat, vt per Surd. decis. 284. num. 14. quem. refert, & sequitur Laurent. Vrsell. d. conclus. 78. num. 71. per D. Franc. Hieron. Leo. decis. 198. tom. 2. per D. Ioseph. Sese decis. 165. tom. 2. per Dominum Regētēm D. Franc. Merlin. controvērs. forens. cap. 34. & firmat cum alijs Camill. Burrell. in sua summa decis. tot. Orb. ii. 30. **21** nu. 28. tom. 2. p̄f. sertum si concuerat clausula, iuq. & iustitiam sibi ministrari petens, quæ in omnibus libellis ad hiberi, & apponi solet, quia tunc omnis actio, & remedium magis pertineti utile intentatum censetur, adeò quidem, ut iudex super nō petitis valeat officium suum impartiri, iuxta ea, quæ de huiuscmodi clausula latè cum multis tenet Augustin. Barbos. de clausulis & suffrag. clausula 77. à num. 1. usque ad 6. & per totam.

**22** Neq; etiam proficiet, si addatur, omnes tām partes, quām iudices circa intellectum, & interpretationem præfatae Constitutionis in iure errasse, quia præterquā quod error, & ignorantia juris in dubio non presumitur, ut post multos tradit Jacob. Menoch. de præsumption. lib. 6 præsumption. 23. tom. 2. nullatenus audiendus, sed repellendus prorsus erit quisquis in Regno nostrum Regium Senatum perspicacissimum, doctissimumq; de juris errore, & ignorantia arguere audeat, propterea quod tantæ, & tām magnæ authoritatis sint decreta, & sententiae illius, ut vim legis in Regno habere, nemo est, qui dubitet. Non enim in eo ad legis promulgationem necessarius existimatur brachiorum consensus, sicuti de suo Cathaloniaz Principatu differit Fontanell. d. decis. 145. pro patre allegata, & cōtra eum fortiter vrgēt tradita per alium suum conciuem Ioann. Paul. Xamar. de offic. Iudic. & Aduoc. par. 1. quæst. 15. à num.

74. vbi post multos docet, Senatus  
23 sententiam legis habere vigorem, &  
amplius ad casum nostrum num. 77.  
de consuetudine, & obseruantia in-  
terpretativa agens, affirmat, quod  
24 adeo stringit Iudicem, ut eum omni-  
nō sequi teneatur, quamvis commu-  
nis opinio sit in contrarium.

Præterea supposito etiam iuris er-  
rore in præfatis exemplaribus, & ob-  
seruantia communi, in nihilo obstareret,  
cūm nouum non sit, quod communis  
25 error faciat ius, iuxta ea, quæ ex alijs  
tradunt Ioseph Mascard. de probat.  
tom. 2. conclus. 648. Anton. Gabr. com-  
mun. conclus. lib. 1. tit. de probation.  
concl. 8. & Cardin. Domin. Tusch. præ-  
dict. conclus. tom. 3. conclus. 330. præ-  
sertim cūm versemur circa intelle-  
ctum, & interpretationem præfatæ  
Constitutionis, quæ ad calum vsumfructu-  
mus non clara, sed dubia, & ambigua  
existimatur, quo casu nō tolùm iuris  
error prodest ad excusationem, per  
tradita ex alijs ab Augustin. Barbo.  
26 axiom. iur. 82. num. 6. sed etiam im-  
pellit, & adstringit ad obseruantiam,  
iuxta ea, quæ prædixi, & probauit su-  
præ ex Rota Romana, Fontanella, &  
alijs, quod scilicet vbi intellectus  
datus per obseruantiam sit malus, &  
de iure non tenendus, & contrarius  
27 sit de iure verus, nihilominus inter-  
pretatio deducta ex obseruantia ma-  
gis attendi, & obseruari debet.

Ita quoquè tollitur oppositum de  
tolerantia, & actibus facultatiuis,  
quia quando tolerantia versatur cir-  
ca titulum, & factum alicuius con-  
stitutionis, tolerantia conuertitur in  
obseruantiam, & actus facultatiuus  
28 efficitur necessarius, ex his, quæ cum  
alijs comprobat Beltramin. in addit.  
ad d. decis. 162. coram Ludouijo circa  
finem, vbi sciendum suadet, quod nō  
dicitur materia facultatiua, quando  
præcedit titulus, quia tunc actus se-  
quentes præsumuntur facti in vim ti-  
tuli præcedentis ad exclusionem vo-  
29 luntarij actus, præsertim si pluralitas

actus per longum temporis interval-  
lum concurrat, prout in casu nostro  
probatum manet, quia in eo euentu  
ait, quod toties multiplicata gratia  
non est præsumenda, & in his præcisis  
terminis est bona decisio D. Ioseph. Se-  
se 90. tom. 1. per quam ad casum in ea  
relatum, quamvis homines de For-  
uoles pro se iuris dispositionem ha-  
berent, attinen propter obseruan-  
tiam declaratiuam cuiusdam priu-  
legij, contra illos declaratum, & pro-  
nunciatum apparet, nulla habita ra-  
tione de tolerantia, & quod actus ad  
obseruantiam ex libera facultate, &  
spontanea voluntate gesti dici pote-  
tant, & conferunt multæ aliae deci-  
siones in proposito congestæ per I.  
Aloys. Ricc. in sua collectan. decis. num  
par. 8. collect. 3823. quod si ad iuris ra-  
tiones, quibus contraria Cathaloniæ  
obseruantia subnixa dignoscitur, ex  
traditis per Fontanell. & alijs supra  
citatos recurrere, easquæ ponderare,  
& examinare velimus, quamvis alias  
multum Cathaloniæ debeamus, & ab  
ea in nos per extensionem, & com-  
30 municationem transfusa, & condo-  
nata fuerit Constitutio illa Deli impu-  
bers, multumquæ etiam doctrinæ, &  
authoritati tantorum Virtorum defe-  
rendum esse censem, & soleam; pro  
defensione tamen propria nostri Se-  
natus, nostriquæ Regni obseruantia,  
potiori iure eam fulciri, & stabiliri  
posse, nō dubito. Ad caput enim suæ  
opinionis Fontanella, & ceteri aduo-  
cant tex. in l. fin. C. ad S.C. Tertullian.  
cum nonnullis alijs, quæ vsumfructu  
patri concedunt post filij mortem, ac  
inanem, & inutile propterea quod hæc  
iura in eo euentu dumtaxat vsum-  
fructum patri deberi post obitum fi-  
lij sanciunt, in quo ab integra pro-  
prietatis successione eum excludunt,  
vt ex sui lectura constat, nostra autem  
Constitutio deli impuberis per mortem  
31 filij impuberis non ita excludit pa-  
trem, sed ei defert, & concedit legitimi-

mam, qui casus valde diuersus est, nullam verò ex diueris rectam illationem fieri, aut admitti posse, decer-  
nit *I. Papinianus exuli. ff. de minor. cū concordantibus.*

32 Fortius ergò ex iure communi pro nostra obseruantia aduersus Cathalanos arguentari, propugnariquè potest, per *text. in auth. de heredi. quæ ab intestat. cap. 2. de ascendentium successione. S. si verò circa medium, ubi statuitur, patrem filio prædefuncto sine liberis succedere cum alijs suis filijs prædefuncti fratribus, æqualiter, ità tamen, quod in portione filiorum nullum habeat vsumfructum, & ratio redditur per hæc verba. Quoniam pro hac & sus portione hereditatis ius, & secundum proprietatem per præsentem dedimus legem.* Vnde non ineptè ex generalitate istius rationis colligi, & deduci potest ad casum nostra Constitutionis dels impubers, quod vbi cunquè pater filio prædefuncto 33 in aliquo hereditatis iure succedit secundum proprietatem, quemadmodum ex dicta Constitutione in legitima succedit, nullum in residuo hereditatis, quod alijs defertur vsumfructum capere ei liceat, atquè ità si pater succedat filio una cum matre, quod in ea matris portione nullum retineat vsumfructum, celebris est *decisio Senatus Pedemontani apud Anton. Thesaur. 156. videnda.*

Licet enim ex opposito contra illā pro patre ad sui patrocinium nu. 63. allegati sint *P. Ludou. Molin. de iustit. & iur. tom. 1. tract. 2. disput. 163. vers. quarti obserua. Anton. Gomes in l. 6. Taur. nu. 12. Vulteius in princ. Instit. de Senat. Consult. Tertullian. Osuald. Hilliger. ad Donell lib. 9. c. 3. sub lit. C. & Anton. Faber in Cod. tom. 2. tit. 33. lib. 6. defin. 14.*

34 Ex eis tamen ultimus *Anto. Faber*, qui debuit citari tit. 36 cùm in citato 33 nulla adsit definitio & extra casū propositum fuit allegatus, propterea quod de eo dumtaxat casu, in quo

scilicet mater præfertur auo paterno in successione filij, peragat, tunc ergò mirum videri neutiquam debet, si auus vsumfructum iure patriæ potestatis acquisitum retineat, cùm in aliqua proprietatis portione nullatenus succedat, iuxta dispositionem præfatæ *I. fin. ad Tertullian.* cum similibus, ex quibus ceteri insequentes *Gomes* moti fuere ad credendum, retentionem vsumfructus patri, & auo utique dari, quamuis cum alijs in aliqua proprietatis portione succedat, quod minimè probant iura, quæ citant, nempe *I. fin. vers. vlt. C. commun. de successione. l. 3. S. fin. l. 4 S. parentibus. I. fin. S. filijs. C. de bon. matern. l. 3. I. fin. C. de & sufruct. & d. auth. de hered. quæ ab intestat. S. i. pro *Thesuero* autem contra illos stat non tantum magis recepta nostrorum sententia, de qua infra, sed etiam *textus in d. S. fin. 12*, cui nullatenus illi satisfaciunt.*

35 Nequè ei obest, quod ad exclusionem patris in retentione vsumfructus pro portione filij coheredis vsum sit *Imperator* verbo vindicare. bi nullum & sum ex filiorum, aui filiarum portione in hoc casu & alene patre sibi penitus vindicare. non vero vsum tuit verbo retinere, quasi voluerit, in eo dumtaxat eventu patrem excludere ab vsumfructu portionis filij coheridis, in quo de vsumfructu nouiter quod redi per vindicationem, non autem de quæsito ante mortem filij per retentionem agi contigerit, iuxta eam, quæ in proprio casu ex opinione cuiusdam *Ferdinandi* tradit *Gerard. Maynard. decis. 53. num. 2. lib. 5. cum alijs*, de quibus per *Osuald. Hilliger. ad Donell. tom. 2. lib. 20. cap. 1. lit. A. vbi plura de hac voce vindicare profert, & declarat, ita quod excludatur pater ab vsumfructu portionis filij, in qua nullum ante acquisierat vsumfructum; secus autem ab vsumfructu iam quæsito, quia tunc etiam si cum alio filio succedat, illum retinere nil inconuenit, cùm ab hac retentione nullatenus*

exclu-

excludatur, per d.S. si verò, atque ita in proprijs terminis inter vsumfructum quæsitum, & querendum distinguunt Maynard. loco citato. Rota Roman. apud Cardinal. Caualer. decis. 442. & in posthum. Farinac. decis. 620. num. 9. par. 1. Ioann. Baptista Costa de portion. ratae quæst. 148. à nu. 8. & Pater Mulin. vbi supra. vers. de iure tamem communii.

Nam quamvis hæc omnia multū vrgere, & stringere videantur, faciliter tamen negotio dilui, & enervari possunt. Primum quidem oppositum ex illo verbo vindicare neutiquam iure subsistere evidenter comperiet quisquis verum illius verbi sensum, & significationem inquirat, acquiratque timul, vindicare etenim retinendo etiam dicitur, & idem esse quod restituere, per texium expressum in l. Seius ff. ad S.C. Trebell. & in cap. relatum extra de iure patron. & utrobique Doctores, exponit, & declarat Albericus in suo Dictionario ad illud verbū, nec est curandum de illo Ferdinando relato vbi supra ex Maynardō contrarium sentiente, quia nihil allegat, allucinatus ex eo, quod credidit, vocem vindicare secundū suam proprietatem significare, & importare acquisitionem de novo, quod erroneum sufficienter ex citatis iuribus constat, ac proindè in hac parte, & in omni alia, quæ contendit, patri licere vsumfructum iam quæsitum retinere, non autem querendum vindicare, vbi cum alijs filijs succedit, contra stimulum communis legentiae, de qua expressè ipse Maynardus restatur, dicendum est, calcitrare.

Nequè ad stipulantur tradita per Osvaldum, vbi etiam supra ex aduerso citatus, quin immò nostram conclusionem fortiter adstruunt, tam ex eo, quod à capite differit, vindicationem nihil aliud esse, quam proprietatem sibi stabilire, confirmare, & iure proprio repetere, quæ omnia ius quæsitum, non querendū supponunt,

quam etiam quia in 2. col. generaliter inquit, vindicationem causam habere, non tantum dominium, sed dominium, vel ius in re, vt ibi probat. Unde sicut ad vindicationem ex domino necessè est, vt dominium præcedat, & sit quæsitum, ante quam vindicari valeat. In rem. ff. de rei vindicatio cum similibus. ita ad vindicationem ex iure necessarium quoquè fatendū est, vt antequā vindicatione agatur, ius præcedat, & sit quæsitum, quem admodū in specie vsumfructus, quod postquam constitutus est, & sit quæsus, actio in rem, & vindicatio detur, est textus apertus in t. vti frui l. 1. vers. si partis ff. si vsumfructus petatur. ibi. Si partis fundi vsumfructus constitutatur, potest de eo in rem agi, siue vindices quis vsumfructū, siue alij neget, & indistincte nulla quidem constituta differentia inter vsumfructum quæsitum, & querendum, quod vsumfructuario vindicatio competat, docent quamplures, quos citat Castillo Sotomaior d cap. 6. de vsumfructu. nu. 9. cum seq.

Quod ergo attinet ad d.S. si verò, quod scilicet ibi de extinctione vsumfructus quæsiti, non verò de exclusione ab acquirendo peragatur, patet ex ratione finali, & decisiva supra relata, Quoniam inquit texius, nec piger relata verba repete pro hac vsumfructu hereditatis ius secundū proprietatem per presentem dedimus legem. Ex quibus liquet, patri ius hereditatis secundū proprietatem per eam legem dari in compensationem vsumfructus, à quo excluditur pro alia portione filij coheredis. Compensatio autem presupponit debitum iā creatum, & ita vsumfructum iam quæsitum. tot. sit. ff. & ē de compensat. vbi Doctores, ratio verò rationis sit, quod cum vsumfructus patri debitus legale debitum sit, nimirū, quia à lege prouenit, & per legem datur, propter patriam potestatem, ideo statim ac patri defertur pars aliqua.

hereditatis secundum proprietatem, necessè est, quod extinguatur ususfructus, quia animo compensandi, & extinguendi illum hereditatis ius datum censetur, quemadmodum de omni datione, & legato per debitorem creditor factò, ut debitum prouenit ex necessitate legis, vel consuetudinis, & sic ex causa necessaria, quod in dubio censeatur datum animo compensandi, & extinguendi debitum, est texius expressus in l. sicum dotem. S. si pater. ff. solut. matrem. & cum veteri, & receptiori sententia quam plures ad eam citans firmaui in Conclusione Legatum, ubi appetet, ita bis conclusum, & decisum fuisse per nostram Regiam Audientiam ad mei relationem.

41 Accedat, quod in d. S. si verò praefata voci vindicare anteposita fuit dictio penitus, ibi penitus vindicare, quæ quidem dictio idem importat, quod omnino ex toto in totum, & in omni casu, & habet præcisam naturam, ut nullam recipiat modificationem, & limitationem, ut latè cum per nè infinitis comprobat August. Barbos de dictio. & frequent. dictio. 249. per totam. Vnde distinctio, & modificatio ex opposito deducta aduersus dispositionem d. S. si verò frustra pugnat, nulla habita ratione prædictæ dictio penitus, quæ ideo adiecta fuit, ut omnimodo, & indistinctè locum sibi vindicare supra vi., & natura perspicue dignoscatur.

42 Et consequenter non iure illo, non alio, nequè etiam ratione fundatur responsum ad eundem S. per Rotam Romanam datum in praefata decisione apud Caualerium, quod scilicet obtineat, & procedat in usufructu querendo, non quæsito, ad quam num. 4. & 5. extrare, & casum propositum citantur Surdas. & decisiones eiusdem Rotæ in Turritanæ bonorum cum d. l. fin. ad Tertullian. & de usufructu. præterea quod iura hæc, ut supra dixi, non quidem loquuntur, & disponunt

in casu particulari praefati S. si verò, qui est casus noster; quod videlicet pater filio predefuncto cum alio succedit in iure hereditatis, secundum proprietatem, sed in alio, in quo nimis pater post mortem filij retinet usumfructum iam quæsitus, quia cum ei in aliquo hereditatis iure non succedit, cessat compensatio, & causa extinctionis illius; in hoc ergo ultimo calu, à proposito in illa decisione Caualerij, & à nostro longè diuerso, locum sibi uendicant cōsilium Surdi, & decisiones in Turritanæ bonorum, ut ex sui lectione non obscurè colligitur, & deprehenditur, ac propterea dictio illa Caualerij ulterius num. 6. agnoscens, deducta in antececentibus, neutiquam ad casum ususfructus in portione filij coheredis pertinere, repugnante dispositione auth. item hereditas, quæ desumitur ex d. S. si verò configuit ad remedium Statuti Vrbis, de quo meminit num. 4. & respondet, non applicari quod ad bona dotalia, quorum usumfructum pater iam lucratus erat in compensationem onerum matrimonij, sentiens tunc, usumfructum tolli, & prohiberi non posse, quia non est merum lucru, sed in mero lucre cōcludit ad finem illius numeri benè posse patri prohiberi, per auth. excipitur C. de bonis, quæ lib. quæ quidem in usufructu iure patris potestatis debito obtineretur, ac proindè, tantum abest, quod dictio illa Caualerij contradicit dispositioni praefati S. si verò, cui obseruantia nostri Regni ad dictam Constitutionem dels impubers innititur, & quod illa voluerit, usumfructum iure patris potestatis debitum non esse merum lucrum, sed in compensationem onerum matrimonij datū, ut inconsulto ad patrocinium patris num. 172. affirmatur ex Doctoribus ab illa citatis d. num. 6. ubi, ut dictum est, de usufructu per Statutum Vrbis debito peragitur, ut potius dispositioni d. S. si verò faueat, & adiuuet, per d. aut.

*auih. excipitur, constituta differentia inter vſufructum debitum ex statuto propter onera matrimonij, cui non noceat prohibitio, & inter aliud iure patris potestatis debitum, in quo bene valer prohibitio.*

44 *Vnde ad casum nostrum, in quo pater filio prædefuncto cum alio filio succedit in aliquo iure hereditatis secundum proprietatem de prohibitione vſufructus in portione coheredis, ambigendum non est, cùm exp̄ressè dictus §. si verò disponat, pro illo vſu proprietatem dari, vt in terminis post Surdum cons. 116. in decisione illa Caualerij citatum agnoscit Steph. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 781. num. 45. per hæc verba. Quia ista procedunt de iure communi ob compensationem successoris in proprietate medietatis bonorum, quæ patri deferetur in bonis filij prædefuncti, superstite alio filio, & statim num. 46. agens de illo Statuto Vrbis, de quo per Caualerium, ita prosequitur. Aliud est in istis bonis superlucratis vigore statuti, quæ acquirit maritus in recompensationem onerum matrimonij, ita vt de tali lucro idem iudicemus, quod de damno, tāquam ab eo originem ducat, cùm non sit lucrum, sed onus. Vnde non licet arguere ab vſufructu paterno, iuxta dispositionem iuris communis, ad vſufructum delatum vigore statuti propter onera matrimonij, cùm de eo agatur, tanquam de damno vitando, quod non est in alio. vt bene ibi hæc omnia comprobant, ac propterea, quæ deinde subiungit de vſufructu patri quæsito, quod mortuo filio duret, quia amplius non tollitur, intelligi debent, retento casu illius statuti, de quo proximè loquutus fuerat propter impotentiam prohibitionis, ad differentiam vſufructus debiti ex iure communi, cuius prohibitio tenet, & vti validè excipitur à dispositione d. I. fin. ad Tertullian. per præfata aut. quæ ita incipi, excipitur, à Caualerio, vt dixi, relatam.*

45 *In individuo autem, quod vſufructus ex iure communis censeatur prohibitus per legatum proprietatis, etiam si legatum sit minimum, per doctrinam Bartolini l. 1. s. susfructus. Sicutq. quis. ff. quand. dies leg. ut. cedat, probavit eadem Rota Roman. in post. bum. Farinac. decis. 547. par. 2. num. 9. quam sequitur idem Gratian. tom. 4. cap. 713. num. 80. vbi declarat, procedere, quiamuis legatum annum non esset, sed tenue, nec corresponderet quantitati vſufructus, quia non ex hoc tollitur separata prouisio, in qua residet coniectura voluntatis testatoris, vt filius haberet plenam, & rotam hereditatem.*

46 *Ex his igitur ad casum nostræ Constitutionis idē, necesse est, vt dicatur; quod scilicet per retentionem legitimæ, quæ per illam in proprietate patri reseruatur, exclusus censeatur ab vſufructu in residuo hereditatis, cùm à testatore ad lègem, & statutum validum sit argumentum, vt cùm multis probat Augustin. Barbos. in suis locis communis argum. loco 111. cum seq.*

47 *Dubioquè procul maior sit potestas legis, quam testatoris, vt constat ex his, quæ citrà controversiam ex alijs tradit. Surdus, agens de vſufructu prætenso à patre d. cons. 126. num. 8. quod scilicet verbum restituere importat 48 plenariam restitutionem, quādo est positum à lege, secūs si ab homine. Quidquid autem de hoc sit, de quo rursus idem Surdus pertractat ibi nu. 6. i. quod attinet ad lègem, nil refert, quod de vſufructu quæsito, vel quæredo peragatur, cùm peræq; vtrumq; vetare, prohiberequè possit, ac propterea respectu illius, & nostræ Constitutionis deis impubers consequens sit, ex illa sola legitimæ reseruatione in fauorem patris indistinctè excludi ab omni vſufructu in reliquis bonis per hanc ultimam prohibitionis rationem à Caualerio approbatam.*

49 *Concinit etiam text. in l. 3. S. cùm Pollidius ff. de vſu. vbi cauetur, quod*

ex eo,

ex eo, quod testator grauauit heredē institutū ad restituenda bona cum retentione vnius fundi, visus est disponere, quod nihil aliud penitus retineat, prater eum fundum, ita quod nequè fructus medij temporis retinere valeat. Vnde oppositè infert Jacobus Mandel. Albens. conf. i 10. num. 5. vol. i. quod per retentionem alicuius rei patri concessam, ceseatur ei usus fructus prohibitus.

50 Ex quibus omnibus inepita prorsus, & illegitima redditur, & deuinicitur distinctio illa aduersus dispositionem dicti S. si verò inter usumfructū quæsūcum, & quærendum, pro parte deducta, & opposita ex Caualerio, qui tandem ab allegatis dissident. num. 7. in illa sua decisione aliud fortius fundamentum ad inualiditatem donationis, de qua principaliter controvertebatur adjicit, & confirmat, ita quod nullum in ea validum constitui potest, quemadmodum nec in alia. 610. num. 9. tom. i. in postib[us] Farnacij ex opposito allegata in favore patris, propterea quod hæc cum in prima instantia in eadem causa, in qua illa Caualerij in secunda facta fuerit, intelligi, & declarari debeat iuxta ea, quæ huc usque ad Caualrium dicta, & responsa fuere, nec una magis, quam altera subsistere possit.

51 Præterea opposita etiam pro parte ex Ioanne Baptista Costa dicta quæst. 248. vbi satis confuse loquitur, partiter non subsistere ex sui lectura constat, nám sub num. 8. dispositionem ex d. auth. de hered. ab intest. S. si verò planè amplectitur cum illa decisione Thesauri suprà citata, & alijs, quos allegat. Quod verò statim distinguic num. 9. inter bona quærenda, & quæsita, referendum est ad id, quod immediatè precedit circa reservationē, quam facit pater, vel auus in emanicipatione filij, vel nepotis, de qua principaliter tractat à capite illius questionis, iuxta consilium Cravett. ab eo citatum. in quo nec verbum

adest, quod congruat, & adaptari valeat ad casum nostræ conclusionis, & Doctorum dicta intelligi debent secundum ea, quæ allegant. Quod si distinctionem illam referendam esse quis credat ad omne antecedens, ita quod comprehendat calum præfati S. si verò, cum nihil in contrarium adducat, nec distinctionem illam ritè, nec rectè probet. Erubescimus cum fine lege loquimur; alia autem, quæ subiungit nu. 10. cum seq. nullatenus etiam nocent, propterea quod supposita distinctione, & separatione bonorum paternorum, & maternorum, de qua ibi per eu[m] mirum videgi non debeat, quod cum auus pater nus in aliqua bonorum maternorum parte neutiquam succedat, retineat in eis usumfructum iam quæsūcum, per dispositionem d. l. fin. ad Tertull. quam citat Thesaurus ad finem præfate sue decisionis, ubi eā ita limitat, & declarat, & ab eo mutuatus est Costa, qui amplius illam rationem cumular, quod afflictio non sit addenda afflictio; potest enim esse, quod nepos non habeat alia bona, nisi materna, & tunc auus paternus penitus remuneret exclusus, nisi retineret usumfructum, atque in hoc præciso cunctu vera erit eorum opinio. In eo verò, de quo generaliter tractant, quando nepos reliquit bona materna, & paterna, & alia quoquæ aduentitia, contra eos stat authoritas illius magni Senatus Pedemontani, qui indistinctè adiudicavit auo materno bona, quæ nepos ex linea materna habuit, tam in proprietate, quam in usufructu; cuius quidem Senatus authoritas potior disjudicari debet, quam illa Thesauri, & Costa; præcipue cum horum opinio, & iura, quæ citant, extræ casum nostræ conclusionis constant, nulla, quia in ea fit separatio bonorum, ad totalem exclusionem patris, & etiam in his, à quibus excluditur, legitima potitur per præfatam Constitutionem dels impubers, atque

ita

itā cessat ratio de afflictione haud cumulanda.

52 Ultima authoritas P. Molina dict. disp. 163. vers. de iure tamen conclusiōni etiam non officit, quia nihil certum firmat, nec probat ea, quae in contrarium proponit; merito ergo de eis dubitat, cūm loquitur per verbum forte, nequē cūm ea opinione contraria transire dici potest, propterea quod ad finem expressè itā concludat, & sunt verba illius, nimirum, *Huc tamen Iurisperitis definiendum relinquo.* Vnde resultat, & appareat, nihil illum definire voluisse.

53 Quidquid itaq̄e de eis sit ex opposito pro nostra conclusione, quod dispositio toties repetita ex d. S. si vero, cui assimilatur, & cōcordat nostra Constitutio dels impubers procedat, & obtineat in vſu fructu, nedūm quārēndo, sed etiam quāsito, est receptissima Doctorum sententia, quam probant multi in repet. d. auth. item hereditas C de bon. quælib. & signatēr Paul. de Castro, qui eam legit cum auth. excipitur num. 4. & Salyc. nu. 2. expressè etiam tenent Bened. Capr. conf. 46. num. 4. Franc. Aret. conf. 72. sub num. 3. in 3. dub. Socin. sen. conf. 34. num. 7. vol. 1. qui duo consuluerunt super eodem facto in casu fortiori, in quo pater ad secundas nuptias conuolauerat, ob easquē amiserat proprietatem, atquē in eodem facto post eos firmat Roland. à Vall. conf. 95. num. 49. vol. 1. item in eisdem terminis est pulchra decisio Vincent. de Franch. 573. in qua quamplures alij citantur, opinionem hanc expressè amplectentes, quod scilicet pater nō retineat vſumfructum iam quāsituū antē mortem filij, cui deinde succedit cum alio filio, & in addit. Horat. Viscont. nec non & in suis conclusiōnibus Pater si filio suo alios cumulat, & præcipue Anton. Tbesaur. d. decis. 156. vbi num. 1. cum eadem sententia concurrit, eam quoquē supponunt post alios Nicol. Beer. decis. 185. num.

13. Philip. Pusch de virib patriæ potest. part. 1. cap. 3. num. 53. & Rot. Roman. apud Buratt. dec. 5. f. 20. num. 28. quæ in recentior. cit decis. 723. num. 14. par. 2. & cum communī opinione, de qua testarunt, post multos, quos citat, tenet Anton. G. mes ad l. 48. Taur. nu. 12. vbi ex parte affirmat, hoc casu extingui vſumfructum, quem anteā pater habebat in illa parte, & portio. ne, & cum eo, & Boerio, quos refert, transit Cancer. variar. resol. lib. 1. cap. 1. num. 43. inquiens, esse notandum circa prædicta, relationem habens ad ea, quæ anteā docuerat num. 41. vbi cum Mier. illam probauit sententiam, quam oppugno, quod scilicet in casu Constitutionis dels impubers pater vltra legitimam retineat vſumfructum in bonis filij prædefuncti, sentiens d. nu. 43. aliud esse, quando pater cum filio succedit, idem pariter ex alijs probat Fran. Ferrer. d. glo. 4. num. 195. vbi etiam affirmat, quod dispositio d. l. fin. ad Tertullian. quam maximē nititur Cathalorum opiniō, censemur quantum ad hoc correcta per d. auth. item hereditas, & quod itā ab omnibus vti correcta reputatur per Doctores, quos citat.

55 Quamvis autem is ex hoc statim num seq. 196. inferat, & deducat, præfata mā authenticam vti correctoriam nullatenus extēdi posse vltra casum, in quo loquitur, idest quando pater succedit vna cum fratribus impubēris ab intestato, & consequenter asserit, quod si extraneus patrem, & filios suos heredes instituerit, in portione filiorum pater habebit vſumfructum, & seruabitur dispositio d. l. fin. iuxta nonnullorum, quos allegat, sententiam, quæ quidēm in casu nostro ad patrocinium pannis à num. 82. anxie tueri contendit, & præcipue num. 85. ex eodem Ferrerin d. glo. 4. num. 192. notatur, per nostram Constitutionem dels impubers similitē corrigi d. l. fin. & tandem ad pennam sub nu. 84. commendatur doctrina Cancer. lo-

eo suprà citato num. 51. cum seq. vbi firmat, præfata Constitutionem dels impubers odi & sicut esse, & venire stri-  
ctè interpretandam.

56 Attamen, si verum amamus, ex iam dictis constat, tamen per dictam authen-  
ticam, quām per nostram Constitutionem neutiquām corrigi dispositio-  
nem d. l. fin. in ea parte, quā ad vsum  
fructum pertinet, quia hæc lex in eo  
casu vsumfructum patri conseruat  
post obitum filij, in quo nullatenus  
ad proprietatem vocatur. Authentica  
verò illa, & consequenter Constitutione  
nostra tunc patri denegant vsumfru-  
ctum, cùm in aliquo hereditatis iure,  
quod pro usufructu datur, succedit  
filio, ac proinde tanquam in casu di-  
uerso loquentes iura hæc nequeunt  
iudicari, & compellari correctoria  
prioris; dato tamen, sīne veritatis  
præjudicio, quod correctoria essent,  
ex identitate rationis licitam, & per-  
missam esse extensionem de casu ad  
casum, tamen in terminis iuris commu-  
nis, quām in specie præfata nostræ  
Constitutionis tueatur, & comprobat  
idem Cancer. post innumeros ex ad-  
uerso relatos à num. 13. præsertim  
nu. 55. cum multis seqq. Aduersus er-  
gò Ferrerium in eo, quod pro patre  
differuit, usufructu debere potiri etiā  
in portionibus filiorum, vbi simul cū  
ab extraneo instituitur heres, præter  
Doctores, quos contra se allegat, eodem  
num. 196. ex opposito citato, suf-  
ficiat authoritas Rota Romana, per  
quam illo casu contra patrem deci-  
sum constat ex recentioribus part. 5.  
decis. 356. vbi alij citantur.

57 Quod verò attinet ad præfata-  
nostram Constitutionem dels impubers,  
sicuti ad eam Cancer. d. num. 43. &  
Ferrer. d. num. 195. neutiquām infi-  
ciantur, & haud inuiti fatentur, extin-  
guiri vsumfructum in portionibus  
filiorum, eumq; amittere patrem, vbi  
cum eis altero filio in pupillari rete  
præmorienti succedit, per dispositio-  
nem præfati S. si verò. Quod idem di-

cendum sit generaliter in omni alio  
casu successionis, ex eadem Constitu-  
tione delatæ proximiорibus ex illa li-  
nea, vndè bona prouenerunt, reser-  
vata legitima patri, ex eo principali-  
ter deducitur, & comprobatur, quod  
ratio defumpta ex d. S. si verò in pro-  
prio casu successionis delatæ patri, &  
alteri filio, ea est, vt suprà retuli, quod  
scilicet patri defertur secundum pro-  
prietatem in recompensationem  
usufructus alijs sibi debiti; que qui-  
dem ratio perquæ militat, & est ea-  
dem in altero casu successionis ex  
d. Constitutione delatæ quibuscumque  
proximiорibus, cùm sufficiat, quod  
patri reserueretur legitima secundum  
proprietatem, vt exclusus videatur  
ab usufructu in residuo, propterea  
quod pro usufructu censetur data le-  
gitima. In hoc ergò consistit ratio fi-  
nalis ex d. S. si verò, nam & si in e-  
tantum fiat mentio de patre, & fratri-  
bus defuncti; verùm id ex eo contin-  
git, quod secundum ius commune  
pater simul cum fratribus tantum, &  
non cum alijs ulterioris gradus ad  
successionem intestati vocatur, quia  
tamen ratio generalis est, ex ea idem  
ius constituendum est in omni alio  
casu, in quo alij simul cum patre ad  
successionem vocantur, quemadmo-  
dum per nostram Constitutionem dels  
impubers proximiорes omnes ex illa  
linea, vndè bona prouenerunt, tamen  
fratres defuncti impuberis, quām alij  
simul cum patre uocantur ad suc-  
cessionem illius, nimirūm pater ad legi-  
timam, ceteri uero ad reliqua bona,  
ac propterea in eadem Constitutione  
nulla inita distinctione, nec constitu-  
ta differentia inter fratres, & alios  
cosanguineos, generaliter uocantur  
proximiорes, ut ita intelligatur, parē,  
& æqualem de omnibus habendam  
esse rationem, dummodo proximiорes  
existat, adeò quidem, ut sicuti pater,  
si concurrat cum filijs, usufructu pri-  
uatur in casu præfata Constitutionis,  
ex sententia Cathalanorū ubi suprà,

ita

itâ pariter idem dicendum sit in eodem casu, quo concurrat cum alijs; 58 cū una determinatio respiciens plura determinabilia debeat ea pariformaliter determinare, vulgata siam hoc iure ff. de vulg. & pupill. cum concordantibus, de quibus passim per Doctores.

Atquè itâ per generalitatem præfactæ rationis Dominus D: Franc. Merlin. controuers. forens. cap. 29. num. 9. oppositè sollicitū docuisse existimat, text. in d. l. fin. ad Tertull. posse locum habere in casu, quo pater filio non succedat, eo quod succedendo in proprietate, vſusfructus extinguitur. Ad hocquè Arium Pinellum allegat. Vnde luculentè appetet, in consuleo pro parte ad sui patrocinium nu. 51. Merlinum citari, propter quod licet ipse Merlinus statim num. seq. decisiones illas Cathalonie ex Fontanell. referat, at illas non approbat, nec verissimas, ut ex aquero supponitur, dicit, sed remissiuē ad Fontanellam se habet, suadens, quod omnino videatur. Ex sui ergo relatione liquet, Merlinum intellexisse, per dictam.

59 Cathalonie Constitutionem, patrem excludi à successione filij, quod maximè congruum, & conueniens erat cum casu, de quo tractat, illud tamen verum nō est, quod pater excludatur omnino à successione filij, cùm legitima ei fuerit reseruata. Quod vero deinde Merlinus num. 20. pro patre relatus ubi supra affirmat, Regiam Curiā habuisse pro absoluto, supradicta omnia verissima, neutquam referendum est ad decisiones illas Cathalonie ex Fontanella d. num. 10. sed ad multa alia firmiora, quæ post illum adducit in numeris seqq. & præcipue ad proximiiora num. 19. in proprijs terminis suæ Consuetudinis Neapolitana, quæ affinis, & consimilis est super puncto controuerso cum nostra Constitutione, ubi post Napodanum in Consuetudine Fœliefamilias. in verbo saluo. num. 23. & 25. itâ expressè

iuxta obseruantiam nostri Regni pro extinctione vſusfructus contra patrem firmat, per hæc verba, Quia patri conceditur bonorum subsidium, in quo ipse iure consuetudinario succedit in proprietate, & subrogatur in locum vſusfructus, ad quam subrogationem probandam allegat ipse text. in d. S. si verò auth. de hered. quæ ab intest. in quo expresse cauesur, quod pater succedendo in aliqua portione in proprietate filio descendenti, nō retinet vſusfructum, quasi dicere veller, consuetudo vocat patrem ad proprietatis portionem, quæ vocatur bonorum subsidium, nō potest eo casu habere vſusfructum, quia ubi datur successio, cessat vſusfructus. hacten nus ille. Ex quibus constat, casum in specie nostrum contra patrem mirabilitè decidi, illumquè sequitur Donatus Anton. de Marin. quotid. resolut. cap. 345. sub num. 15. aduersus eundem Fontanellam ubi supra ex opposito citatum. Quapropter ex his omnibus concludendum est, primum Cathalanorum fundamentum iuribus, & rationibus destitutum, sati debellatum, miserèq; destrutum proflus manere.

60 Secundum autem subnixum dispositioni l. placet ff. de acquirend. hereditat. cum similibus, quæ ad id ciatur, facili etiam negotio prosterri, & in contrarium retorqueri posse nō dubito, nam & si vſusfructus iure patris potestatis quæsus patri, nec momento temporis apud filium permaneat, ex dictis iuribus, attamen prætermisis multis, quæ in contrariū adduci possunt, & præcipue disposizioni l. fin. C. de vſusfruct. per quam vſusfructus filio relietus itâ acquiritur patri, ut per mortem ipsius non extinguitur, sed in filio intactus conservatur, quod fieri nullatenus possit, nisi in persona filij aliquo tempore vſusfructus subsisteret, ad quam quidem legis interpretationem videndi sunt multi relati, & congesti per August. Barbos. in sua collect. Doctorum

*ad eam, noueque differit Anton. Merenda controvrsiur. tom. 2. lib. 7. cap. 49. ne in exrica oiles iuris questiones aggrediar. In facto notandum est,*

**61** *Constitutionem nostram dels impubers neutquam tractare de rerum, & bonorum acquisitione, sed tantum disponit, quod bona, quae ad filium peruenient, per ipsius mortem in pupillari aetate perueniant ad proximiiores ex illa linea, reseruata legitima patri; disponit ergo secundum factum naturale, non secundum iuris acquisitionem, quod enim acquiratur patri regia via, & immediate, ac si ipsi soli fuisset celictus, non relevat in proposito, cum ex eadem iuris dispositione ita acquiratur patri, ut id fiat per medium personam filij. S. igitur Inst. per quas person. nob. acquir. & notat Rot. Roman. apud Seraph. decis. 193. num. 2. par. 2. nisi etenim bona prius peruenissent ad filium pleno iure, secundum factum naturale, neutquam patri vslusfructus fuisset quae situs ex iuris dispositione, quod evidentius comprobatur, sicuti dici soleat in terminis terminantibus scilicet in l. cum oportet. C. de bon. que lib. non quidem tantum per illud verbum acquirat primo loco positum, ibi. Si quis itaque filius familias, vel patris sui relati, vel procul in potestate constitutus aliquid sibi acquisuerit, de quo quidem verbo, quod naturaliter intelligi debeat, saltim habita ratione ad vsumfructum, qui regia via ad patrem transit, resultat ex traditis per Merend. d. lib. 7. cap. 48. num. 15. sed etiam quia ultraius ita d. l. disponit, suntque verba formalia illius. Sed ab alijs quibuscunq; causis, quae ex liberalitate fortuna, vel laboribus suis ad eos perueniat, eas suis parentibus, non in plenum, sicuti ante fuerat sancitum, sed usque ad vsumfructum solum acquirat, ecce ergo, quomodo hic bona ad filium peruenire dicuntur; & si in eis patri vslusfructus queratur, Vnde idem dicendum est de ver-*

*bo peruenias positum in d. Constitutione dels impubers. Ut eadem bona, que ad filium peruenient, in quibus patri fuit acquisitus vslusfructus per mortem filij in pupillari aetate, eodem pleno iure, quo peruenient ad eum naturaliter, reuocato vslusfructu, sublataque causa efficiente illius iuris acquisitionis, perueniat etiam naturaliter pleno iure ad proximiiores de linea, ita quod si isti sub patria potestate constituti reperiantur, suis parentibus acquiratur vslusfructus, ac propterea eorum respectu vtitur Constitutione eodem verbo peruenias, quod quidem fieri, & moliri nullatenus posset, si pater pupilli praefuncti retineret vsumfructum, cum itaque casu isto ei dumtaxat reserueretur legitima per eandem Constitutionem, sicuti haec legitima in sui persona non nisi pleno iure consistere potest, ita*

**62** *idem de alijs bonis, quae ad proximiiores deferuntur fateendum est, ut idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. l. fin. S. fin. ff. de legat. 3. cum concordantibus, de quibus per Mar. Anton. Macer. variar. resol. lib. 2. resol. 52. nu. 12. & Simeon. Vaz Barbos. in suis prin. & loc. commun. lit. O. num. 13. & per Augustin. Barbos. axiom. iur. 171.*

*Vltima fundamentalis ratio ex Fontanell. & alijs pro tuitione sua opinionis, sive Senatus obseruantiae in eo consistit, quod ille num. 64. inquit, non esse verisimile, quod Constitutione voluerit, iura de vslusfructu condita unico verbo tollere per h. si quando C. de inoff testam. relationem habens ad ea, quae deduxerat num. 61. de verbo taxatio sola, ibi in Constitutione Sola legitima reseruata.*

**63** *At respodeo primo, dispositionem prefatae legis Si quando cum similibus procedere, vbiunque concessio sine derogatione iuris potest aliquid operari, secus si alias, ut optimè ibi probat glos. in verbo conceditur, quae communiter ab omnibus recepta est,*

ut testatur *Iul. Clar.* *recept. sentent.*  
*S. testamentum quæst. 34. num. 3.* & firmat *Ioann. Gutierr.* *in repet. l.* *nemo potest ff. de legat. 2. num. 8.* cum alijs, de quibus latè per *Augustin. Barb. fin. 64 collect. Doctor. ad d. l. si quando.* In *Constitutione autem nostra dels impubers, verbum illud taxatuum sola nihil sanè operaretur, & frustrà adie. Etum, & appositum fuisset, nisi patrē ab vſufructu, iure patriæ potestatis alias debito excluderet, quia quod atrinet ad proprietatē, satis, superq; fuisset de ea dispositum per verba Constitutionis, etiam sive verbo sola, quod scilicet bona, quæ ad filium peruenierunt, ad proximiores ex illa linea perueniant, reseruata legitima patri, absq; eo, quod necessè fuerit addere, & adiucere verbum sola. Vnde, ut aliquid operetur, dicendum est, exclusionem vſusfructus importare, & continere non solum ex eo, quod nullum verbū debet stare in quavis dispositione sine virtute aliquid operand, ut probat *l. si quando* *§. 1. ff. de iure iurius.* cum alijs, de quibus latè per *Cam. l. Gallin. de verb. sig. if lib. 1. cap. 9. a nu. 14.* sed etiam, quia vſusfructus patri quæsius antè mortuū filij adhuc post eam intactus permanueret, in casu dictæ Constitutionis neutiquam verum esset, quod in ea disponitur, quod sola legitima fuisset reteruata in bonis filij, cùm vſusfructus quoq; in eis fuisset reteruatus; nam & si de- tetur, reservationem tunc ex iure com- munni procedere, inficiari tamē neutiquam potest, quin etiam virtualiter à prefata Constitutione proueniar, sal- tim ex eo, quod cùm per eam ius cō- mune in hac parte derogari, reuoca- 67 riq; potuit, vriq; ex non facta de- rogatione approbatio, & confirmatio restaret, nostraq; sanè facimus en- omnia, quibus autoritatem nostram impartimur. *l. l. S. omnia C. de ret. iur. encl. cum alijs,* de quibus latè per *Cardin. Domin. Tuscb. practic. conclus. tom. 5. b. t. M. concl 67.**

Secundo negari potest, iura aliqua de vſufructu condita vnicō verbo in casu præfatae Constitutionis tolliti, per eam supponatur, vſumfructum patri quælitum in bonis filij, eo viuente, post eius obitum extingui; nam quæ qualia iura illa sint dē vſufructu lo- quentia, non declarat *Fontanella*, nec alijs ex contrarijs, nequè ille in toto bac nostra controuertia alia allegat. præter *l. fin. ad Tertull.* de qua supra latè peractum est, & comprobatum extra casum nostræ Constitutionis di- sponere, in eo nimirum euentu, in quo pater à successione filij in totum excluditur, secūs autem si alias per auth. item hereditas, quæ in eadem le- ge attextitur, & per d. l. si vesò, vndē illa sumitur, per quam ex eodem iure communi dispositionem illius legis in hac parte declarata censeri, se- cundūm receptissimam sententiam apparer; pariterq; per aliam auth. ex- cipitur, ad eandem legem insertam. 68 Constat, vſumfructum patri iure pa- triæ potestatis debitu prohiberi pos- se, nec non prohibitum existimari à *Bartolo*, & *Ros. Romana* per legatum proprietatis, in re etiam modica fa- ciat, atquè eam prohibitionem non tantum expressè, sed etiam tacitè per coniecturas fieri posse concors no- strorum sententia docet, quam post *Boer. decis. 193. num. 93.* probat *Ros. Roman. in posthum. Farinac. decis. 408. sub num. 4. part. 1.* & admittit ex alijs *Ferrer. ad eadem Constitutionem dict. gl. 4. num. 220.* & multos alios citat *D. Mar. Cutell. de donat. tract. 1. di- scurs. 3. part. 1. num. 9.* & post eum, & alios *Dominus D. Franc. Merlin. ibi suprà d. cap. 29. num. 21. & 23.* & se- quitur *Marin. d. cap. 345. num. 12.* vnde si ius vſusfructus patri tacitè ex coniecturis adimi potest, quod cen- seatur ademptum per reservationem solius legitimæ, ex nostra Constitutio- ne mirum videri non debet, nec ita inuerisimile existimari, ut voluit *Fon- tanell. l. a.*, præcipue concurrentibus

alijs, de quibus latè huculq; ad primum, secundum, & ultimum hoc fundamenum deducunt extat, coadiuante etiam alia consideratione ex eadem Constitutione desumpta per eundem Ferrer. d. glof. 4. num. 215. quod scilicet pater, & mater exequatur, pares, & consimiles sunt in successione filij impuberis. Vnde sicuti mater nullum retinet vsumfructum, praeter legitimam, idem quoque de patre afferendum, & tenendum est; cui quidem considerationi ipse Ferrer. neutquam legitimè satisfacit, quia satisfacere non potuit. Ita ergo ad exclusionem vslusfructus in patre non unicum verbum, sed plura simul tam verba, quam iura, rationesq; concurrunt.

69. Præterea aduersus patrem valde vrgent, quæ pro limitatione, & declaratione præfatæ suæ opinionis vbi supra Fontanell. num. 66. post Mierez, & Oliban. quos citat, addit, omnia scilicet, quæ in superioribus dixerat de vslusfructu penes patrem post mortem filij remansero, sanè intelligenda esse in bonis filij liberis, non verò in vinculatis, & fideicōmisso subiectis, quia in eis patrem post obitum filij vsumfructum non habere, constantē affirma, propterea quod ea in patrimonio filij computari nequeant, & eandem declarationem post Mier. acmittit, & notat dictus Cancer. vbi etiam supra, & pluribus alijs relatis comprobat Ferrer. d. glof. 4. num 218. ex qua quidem declaratione sumpto 70 argumēto à dispositione hominis ad dispositionem legis, quod validissimum supra ad primum fundamētum comprobatum est in casu præfatæ Constitutionis, negari, insiciariquæ haud potest, per eam censeri, & existimari debere, patrem ab vslusfructu post mortem filij exclusum, propterea quod si dispositio testatoris ita vinculantis, quod bona post mortem filij ad proximiores deueniant, potens sit ad exclusionem vslusfructus in-

præiudicium patris, multò magis id poterit dispositio legis, & præfatæ Constitutionis, quæ ulterius prouidet, & miseretur patri, legitimam ei reseruans.

Quanquam enim Ferrer. sentiens, & agnoscens huius argumentationis vim, ut scipsum defendaret, & à contrarietate liberaret, post præfatam declarationem num 219. ita distinguat, & asserat, illam tunc procedere, cum substitutio ab alio, quam à matre ordinatur, secūs si à matre, quia tunc aliam, & diuersem opinionem suetur à num. 221. nihilominus tamē si attentè perpendatur ratio illa fundamentalis, qua maximè nititur pri 71 ma declaratio, quod scilicet resolutio iure dantis resoluitur ius accipētis, adeò generalis, & concludens est, vt perquæ militet, & perugeat in omni dispositione, tam ab alio, quam à matre facta; ac propterea omnes alij supra citati Doctores indistinctè de præfata doctrina, & declaratione loquuntur. Solus Ferrer. ex Doctoribus, quos viderim, in sua distinctione singularis existit, qui in his, quæ pro patre contra substitutum matris adducit, neutquam rationi prædictæ respondunt vllum dat, quia dare non potuit contrā se, ergo num. 220. allegat, quæ alijs supra ex eodem retuli, vsumfructum patris tacitè prohiberi posse, prohibitumq; celeri per præfatam Constitutionem, suadetur, & colligitur clare ex his, quæ refert nu. 222. nimirum, quod ex quo mater si 72 liū instituit, nullo vinculo adiecto, voluntas tacita illius fuit, vt bona tacitè ad cognatos perueniant, iuxta terminos præfatæ Constitutionis, cum qua se voluisse conformare præsumendum est. Vnde latiter tacita vslusfructus prohibitio prouenit, & resulat, nam & si affīxeret, neminem hoc dicere, in contrarium tamen satis est referre Donat. Anton. de Marin. ubi supra d. cap. 345. num. 16. qui in casu consimilis Cōsuetudinis illius Neapo-

liana

*litana per præfatam declarationem*, de bonis vinculatis, in terminis quod ad bona dotalia, & materna patris exclusionem ab usufructu infert, & confusat. Videantur, quo, & examinentur rationes, quibus mouetur, *Ferrer.* ut ab alijs recedat, atque omnes leues, & inefficaces quisq; compierit; propterea quod nulla sit, eum magis in matre, quam in alijs admitti debeat præsumptio de regulanda sua voluntate cum dispositione iuris communis; quam quidem præsumptionem fundat in dispositione *I. fin. ad Tertull.* de qua latissime peractum est, namque cessare, ubi adest disposicio hominis, constat ex *d. autb. excipiatur*, ad eam adiecta; prouisio enim hominis facit cessare prouisionem legis, ut agnoscat, & comprobet idem *Ferrer.* ibi num. 215.

Vltimo tandem, multis alijs prætermisis, considero, quod aliás inter informantum proposui Aduocato patris agenti, nimirum ex iure communi in casu præfatæ Constitutionis, ea seclusa, & postposita, si filius impubes prædecedat patri, integræ illius successio ad patrem pertinet, si solus sit, ubi vero alijs filij prædefun-  
di fratres præexistant, omnes & quis portionibus succedunt, secundum dispositionem præfatæ *auth. de berod.* que ab intell. d. S. si verò atq; in utraq; casu usufructum formalem aliás patri quæstitum inter patris potestatis, viuente filio in suis bonis post obitum cessare, & extingui, manifestum est, quia in priori casu per delationem, & acquisitionem proprietatis consolidatione tollitur, ut per plura comprobat *D. Jo. n. Castillo Sotomajor de susc. cap. 71. per totum.* In seconde autem, quia in recompensationem usufructus proprietatis pars data censetur, ut abunde supra probatum extat ad prius fundatum. In eisdem ergo terminis superveniens Constitutio illa in derogationem, seu veras limitaciones iuris

communis, illud quicquid statuit, & prescripsit, quod reseruata legitima patri in dictis bonis, alia ad proximiores ex illa linea, unde pervenient, pertineant. Unde dicendum venit, bona hæc ita per Constitutionem peruenire debere ad proximiores, quemadmodum per ius commune, ad patrem peruenire debuissent, immunita videlicet, & libera ab illa servitute usufructus, cumque tunc non tam per Constitutionem, quam per ius commune tolli; propterea quod prima causa extinctionis usufructus formalis, sit ius commune, propter consolidationem, & cōfusionem cum proprietate, ab illoq; Constitutio tanquam secunda causa, quamvis aliás non possit, vim, & robur accipiat, iuxta ea, quæ de prima, & secunda causa per *I. peto S. prædium ff. de leg. I.* cum concordantibus post alios probat *Simon Vaz Barb. s. in suis princ. & loc. commun. verb. Causa num. 9.* multo ergo magis id fatendum est, ex eo, quod Constitutio potens fuit ad tollendum ius commune cum sua causa, & effectu, nequæ super sui potentia probabilis illa dubitatio cadere potest. Voluntatis autem quæstio ex eo maximè submouetur, quod 75 statutum corrigens legem, vel aliam dispositionem, ad omnia illa se extendit, ad quæ actus correctus extendebatur, ita ex alijs firmat *Cardim. De min. Tus. practie conclus. tom. 2. concluf. 1038.*

Nec relevat quod ad patrocinium patris à num. 95. usque ad 106. responsum fuit, quod scilicet parer, etiam antea obitum filij, legis ministerio consequitus fuit usufructum in bonis illius, & quod proprieà Constitutio non de usufructu iam delato, & acquisito, sed de foceccione, & proprietate deferenda, & acquirenda disponit, per tradita à *Fontanell & Ferrer.* ut supra cum additione ex *Martin. vbi etiam supra d. cap. 29. num. 7. & 8.* præsupposita scilicet repugnancia in-

ter successionem, & vsumfructum, qui non iure successionis, sed retentionis penes patrem remanet, praeferat quod ubi datur vsumfructus, nequeat dari successio, & per renunciationem successionis non possit inferri ad renunciationem vsumfructus, cum sit diuerium acquirere, & acquisitum anuitere.

- 76 Deducta namque ex *Fontanella*, & *Ferrer*, falsa tatis supra manent. Restat nunc ut ad *Merlinum* respondeam, qui in eo, quod differit de renunciatione successionis, nullatenus ad renunciationem vsumfructus trahi, nec extendi posse, de illa successionis filiorum renunciatione tractat, quae in capitulis matrimonialibus inita, & compacta fuit, ut ex sui argumento constat, meritòque tunc renunciatione successionis cum de futura successione, & iure simpliciter deferendo perageatur, neutquam vsumfructus renunciationem ex novo, & diverso iure quam si continuere, & comprehendere potest, quia, ut magistraliter enucleat, & declarat *P. Mafes*, ad *Consuetud. Neapol. par. 4. tit. de renunciatione quae est. 6. per totum, agens principiè à num. 27. de hereditate deferenda*, ut est futura successio, illud num. 32. notandum tuaderet, renunciationem tunc non censi collatam in tempus, quo deferetur hereditas, ut illud tempus inspici debeat, sed renunciationis tempus attendi oportere, quo casu nec animo quidem potest fieri aditio in bonis, quae, incertum est, an deuoluantur, ut bene ibi probas, ac propterea num. 33. cum communis Scribentium opinione, de 78 qua testatur, iure optimo infert, ut facta renunciatione, etiam iuri de futuro, intelligatur facta de iure, quod aliud competit de praesenti, vel de praeterito, non autem de eo quod ex noua causa in futurum comperierit, ut latè per plura comprobatur videntur. Ita ergo omnia ex aduerso dedicta de iure deferendo, intelligi, &

declarari debent. In casu vero Constitutionis nostræ, non de renunciatione, & exclusione successionis deferenda, ut inconsulto pro patre oppositum extat, sed de ea, quae post mortem filij iam delata de iure communi in favorem patris, vel matris eos ab illa excludit, legitima referuata, & ad proximiores ex illa linea, vnde bona proueneunt peruenient disponit, correcta, seu verius limitata (ut dictum est) in hac parte dispositione iuris communis, quapropter ex hac sui correctione, siue limitatione per Constitutionem facta, quamvis primò, & principaliter in successionē dirigatur, secundò tamen, & in necessariam consequentiam vsumfructum etiam comprehendit, nec id minus videri debet, cum in terminis de vsumfructu, quod censeatur renunciatus, quamvis de eo nesciendum in renunciatione expressa menio fiat, quando ex actu renunciato de necessitate interitur, pro constanti i. p. ponunt post alios *Jacob. Menoch. conf. 389. nu. 13. vol. 4. Tiber. Decian. conf. 113. num. 18. col. 3. lequitur Ioann. Petr. Surd. conf. 431. num. 22. lib. 3. conferunt quoque ea, quae ex multis supra ad primum fundamentum, principiè ex illa decisione *Vincen. de Franob. 593. anno taui, quod icilicet patri vsumfructuario bonorum filij viventis, post ipsius obitum delata successio fuerit, quamvis per transiit ad secunda vota ex iuris dispositione proprietatem ducaxat debeat amittere, in necessariam consequentiam amittit etiam vsumfructum, alias non amitterendum.**

Nec obstat, quod ad prefatam informationem ab altero ex Dominis aduersus hanc meam ratiocinationem fuit oppositum, quod nimis lucidus delatio ex iure communis patri debita, nullatenus fuit in sua persona radicata, nec acquisita, sed potius exclusa per dictam Constitutionem, de qua cum illa suppositione,

quod

quod de iure deferendo pertractat, idem, ut dixi, ad patrocinium partis virtualiter affirmatur; & per consequens cessare necessitatem, quam ad vſusfructus exclusionem considerai, cum non ex solo iure, & dominio de latio, nisi etiam acceptatum, & acquisitum sit, taliter quod ius vſusfructus cum proprietate confundi, & consolidari contingat, nullatenus tolli, & extingui valeat.

Quia respondeo, quod ubi is, qui ius proprietatis, & dominium defert, potens est ad tollendum, & prohibendum vſumfructum, nedum quz rendunt, sed etiam qualicum, quemadmodum in proposito (extra omnem aliam) potestas legis se habet, nil tunc referre, certum est, quod ius illud acquiratur, vel repudietur, cum sola delatio pro voluntate sufficiat, sicuti ex sola dispositione testatoris, qui dubio procul minus potest, quā lex. Decisum constat per Rotam Romanā in illa decif. 356. tom. 5. suprà relata. ubi postquam nu. 5. ex multis firmat, patrem institutum heredem vñā cum filio æquis portionibus, nullo in filij portione vſufructu potiri, ad casum nostrum ita fatur num. 6. Nequē obstat, quod dictus Hieronymus non acceptauerit testamentum vxoris, quo casu potuisset uti beneficio iuris communis, quia respondetur, quod cum ex dicta institutione facta a testatore, æquis portionibus facile colligatur, voluisse, quod Hieronymus solam medietatem consequeretur, non potest propter quidquam super alia medietate pretendere, & idem tenet Mandell. de Alba d. conf. 110. num. 6.

Porrò ad maiorem satisfactionē, & pleniorē p̄fam̄ Constitutionis dilucidationē addo, per eam nedum non impediri in favorem patris, & matri delationem successionis filij impuberis ex iure communī, quin potius successionem iam declarat, & acquisitam supponit, tam ex eo, quod per exclusionem illorum sola legiti-

ma reseruata neutiquā vocat legitimos post illos successores de iure, sed proximiores ex illa tantum linea, vndē bona prouenerunt; ac propterea illorum exclusio non est extinctiua, quæ citrā aditionem contingere possit, veluti repudiatio, & abstensio, ut declarat Mofes. d. quest. 6. à num. 20. sed est translatiua, quæ sine aditione, & acquisitione moliri, & fieri nequit, ut constat ex traditis per eundem Mofes. ibi. num. 17. cum duobus seqq. & p̄cipue nu. 26. quām etiam, quia cum dicta exclusione, ut dictum est, patri, & matri fuit reseruata legitima, quæ quidē in casu nostro fuit à patre acceptata, ac propterea in sui persona fuit radicata, & acquisita successio ex iure communī, non tantum pro illa portione, quæ legitimam tangit, sed etiam in totum, cum solus fuerit ex iure communī ad successionem vocatus, ita quod non potuerit legitimam acceptare, & residuum successionis repudiare, iuxta ea, quæ cum veriori, & receptioni sententia, de qua testatur, probat Mangil de imputation. & destruction. quest. 216. num. 25. & post eum, & alios Mercur. Merlin. de legitima lib. 5. sis. 3. q. 2. à num. 6.

82 Quod si obiciatur, legitimam patri, & matri per eandem Constitutionem ita expressè reseruari, ut ex eadem taxat, & non ex iure communī deberi, acquiriq; dicendum sit, quemadmodum de residuo bonorum in favorem proximiorum ex illa linea, vndē prouenerunt, pro constanti supponitur. Respondeo, ex hac eadem reservatione per Constitutionem disposita manifeste devincki, nihil illam innouasse respectu portionis legitimæ, cum reservationis natura ea sit, ut nullum ius nouum tribuat; sed solum pr̄seruat ius in eo statu, & modo, quo competit, ut post Sociz. iun. Crauett. & Menoch. qui alios citant, nouē firmat Horat. Giouagnon. respons. 90. num. 21. lib. 1. atq; in pra-

cisis terminis statuti respons. i. num. 5. & 70. eodem lib. i. ex alijs probat, statutum, loquens exceptivè, & præseruatiuè, neutiquam dispositionem inducere, sed causis exceptos, & reservatos relinquere sub dispositione iuris communis, in eo enim, quod statutum non addit, nec detrahit iuri communis, non valet ut statutum, sed ut ius commune, & successiuè non nascitur actio ex statuto, sed ex iure communi, ut per plura comprobatur. Scip. Ruit. decis. 100. num. 8. vbi ex Fehno refert de quodam Aduocato, qui egit ex statuto continente idem, quod ius commune, & succubuit, quia debebat agere ex dispositione iuris communis, non autem statuti, in quo certum est, illam semper admittendam interpretationem, per quam ius commune minus lreditur, & corrigitur, ut passim notant Scribentes, & post alios tradit Steph. Gratian. discep. forens. cap. 752. num. 44. tom. 4. & cap. 976. num. 6. tom. 5.

Coadiuuatur hoc idem fortiter ex eo, quod reseruatio illius portionis facta expressè fuit titulo legitime, qui quidem titulus sui naturæ delationem ex iure communi debitâ importat, cum legitima sit portio portionis debitæ ab intestato. auth. nouissima. C. de inoffic. testam. & in fortioribus terminis de dote per statutum præseruata, vbi fœminæ ita à successione excluduntur, si dotatae fuerint, quod tunc dos succedat loco legitimæ, quia per eam censemur eis præseruata successio ab intestato de jure communi, cum magistrali doctrina Paul. de Castro ad l. Titio centū. I. Titio genero. vers. ego pluris. ff. de condit. & demonstr. post multas decisiones tenuit Rota Roman. d. tom. 5. decis. 400. num. 33. cum seq.

Acritè etiam comprobatur assūptum, quod videlicet reseruatio illa portionis legitimæ in favore patris, & matris, non eam inducat dispositionem, ut ex Constitutione debeatur,

sed tantum ex iure communi, per decis. Math. de Affl. 310. num. 2. dūm. 85 constituit differentiam inter portionem à statuto delatam agnatis, & legitimam matris debitam, nam quodad portionem agnatorum decidit Affiliatus, patrem non posse eos priuare mediante pupillari institutione, ex quo illa portio agnatorum debetur eis iure consuetudinario, illa vero matris iure communi; ac propterea eam tollere concedit patri pupillariter substituendo posse. Vendè ad casum nostrum infest Menoch. conf. 362. vol. 4. sub num. 41. Quod si dicatur, quartam banc matris reseruatum esse ab ipso statuto, respondetur, esse reseruatum loco legitime, & eius loco esse subrogatum, & ob id sapere eius naturam, & ideo statutum recipit interpretationem à iure communi, quod non corrigitur à statuto in hac parte, sed diversum est in illa legitima agnitorum, quæ iure communi eis debita non est. hæc ille.

Concinit quoquæ doctrina Paul. de Castro conf. 82. lib. 1. relata per Io. Anton. Lanar. de feud. ad cap. 1. §. huius generis. ex quibus caus. feud. amitt. num. 40. & sequitur Dominus Hector Capysius Latro decis. 70. num. 35. quod scili 86 cèt statutum vocans per verbum succedat in re sui natura hereditaria, respectu eorum, qui alias de iure communi sunt vocati, videtur voluisse reseruare successionem legitimam, respectu verò eorum, qui de iure communi non succedunt, quod illi non veniant ut heredes, atq; ita nihil inconuenit, quod proximiiores in casu nostræ Constitutionis succedant ex ea, cum alias ex iure communi succedere non possent. Pater autem, & mater ex iure communi retineant legitimam, cum ex eodem iure integra successio fuerit eis debita.

Multò ergò magis hæc omnia amplectenda sunt, attentis verbis præfatæ Constitutionis, ex eo principaliter, quod proximiiores neutiquam vo-

cantur ad bona impuberis per verbū succedit, vel aliud, quod delationem hereditatis, & successionis cōtineat, sed id tantum disponit, quòd bona 87 perueniente ad eos; bonorum autem appellatione non venit ius quārem dum, nec ius adeundi hereditatem, antequām adeatur, sed iam aditam, & acquisitam supponit, ut constat ex decis. Rot. Roman. 28. num. 6. per Mer-  
hiu. relata post suum dictum tractat de legitim. Item bonorum appellatio-  
ne non venire hereditatem, vel suc-  
cessionem; ex Othrado tradit Gardin.  
Tasch. practic. conclus. tom. 1. lit. B. con-  
clus. 101. num. 1. quamuis num. 27. id  
limitet, tamen in ultima voluntate  
sequitur Augustini Barbo. de appell.  
verb. et iusquæ iur. appell. 5. num. 6.  
quidquid autem de hoc sit in proprio  
nostro Constitutionis casu Frane. Fer-  
rer. glos. 2. ad eam post Mieroz, quem  
citat num. 3. agnoscit, proximiores  
non esse heredes; sed tantum bonoru-  
possessores, & si enim addat, loco he-  
reditum habendos esse, atcamen, quid.  
quid etiam de hoc sit, hoc vnum pro-  
tunc certissimum est, quòd sufficit ad  
88 intentum, nimirūm bonorum posses-  
sores utiles tantum actiones habere,  
non directas, ut notat Anton. Faber de  
error. pragmat. tom. 1. decad. 27. error.  
5. num. 12. directæ itaque actiones ad  
legitimum heredem, & successorem  
filij impuberis, ex iure communi, qui  
absquè dubio pater est, pertinet. Vnde  
ad casum nostrum pater acceptā-  
do legitimam, sibi per Constitutionem  
reseruatam, adiuuisse hereditatem ex  
iam dictis resultat, & consequenter  
usufructum formalem in sui perso-  
na subsistere non potuisse, sed confu-  
sione extinguit, & sublatum clare  
apparere..

Nequè durum, & nimis graue exi-  
stibari debet, quòd per simplicem  
acceptationem portionis legitimæ,  
quam patri Constitutione ipsa reserua-  
uit, ex eo solo, quòd secundum ius  
commune delata eidem hereditas, &

successio fuerit, cùm nullum indè cō-  
modum, & utilitatem cōsequi valeat;  
damno pater afficiatur per omissionē  
usufructus, sibi aliàs iure patriæ po-  
testatis quæsiti, in ea potissimum par-  
te bonorum, quæ præter legitimam  
ad proximiores pertinere Constitutione  
disposit, adeo quidem, ut nec mo-  
mento temporis illorum commodo  
perfici, gaudereq; potuerit.

89 Satis etenim facit dispositio l. is,  
cuius ff. de legat. 2. vbi si ab herede  
usufructario seruus legetur, cuius recta  
via dominiam in legatarium transire  
certum est, absquè eo, quòd heres  
commodum indè consequatur; nihili  
ominus usufructum amittit, & cō-  
cordat h. cùm filius. S. dominus ff. eod.  
vbi Barto. in princ. opponit de l. legatū  
2. S. fin. ff. de legat. 1. vbi contrarium  
disponitur in seruitute prædiorum, &  
respöderet, aliud in usufructu, aliud in  
ceteris seruitutibus, rationem tamen  
differentiæ neutiquam reddit, quam  
quidem expressit Pomponius ad d. S.  
domini. Quoniam inquit usufructus  
portionis instar obtinet. Quali velit,  
cum, qui fundum simpliciter legat,  
torum fundum, atque singulas eius  
partes censeri legare, meritòq; lega-  
tarium usufructum, qui portionis  
instar obtinet, vindicare. L. Meius  
ff. fundo ff. de legat. 1. vbi usufructus,  
etsi in iure non in parte consistat,  
ac propterè heres non iure illum  
retinere contendit, cùm usufructus  
etiam sub fundi nomine includatur.  
L. si alij ff. usufr. legat. ut post Corafū,  
& Cuiacium benè hac omnia decla-  
rat Castillo Sotomaior d. cap. 71. de-  
usufruct. sub num. 9.

Ex hisquè dum exdt, quamvis alia  
hucusquè latè deducat, & compro-  
bata deficerent, luce ipsa clarior pa-  
ret nostra conclusionis iustificatio,  
quòd nimirūm per obitum filij impu-  
beris pater excludatur ab usufructu  
illorum bonorum, quorum solam le-  
gitimam Constitutione ei reseruat, refi-

duum vero ad proximiores peruenire disponit; proprie<sup>t</sup>ate quod vslusfructus portionis instar obtineat, & honorum etiam appellatione contineri doceat, post Baldum, & Cardin. Tuscbum, quos citat Augustin. Barbos. d. appell. 35. num. 16.

90 Quapropter concludendum est, obseruantiam illam Cathalonie in favorem patris, ut in omnibus filij prædefuncti bonis vsumfructum retineat, non iure, nec ratione probari, & aut saltim dubiam ex his omnibus reddi; ita quod nostra contra illam obseruantia cum iure claro, & aper-  
to non aduersetur, nec ratione legitima, & certa deuinatur, improbari, & explodi nullatenus debet, iurique merito secundum nostram in Regno iudicandum erit, repulsis omnibus, quæ ex opposito allegata fuerit, iuxta ea, quæ ferè in terminis aduersus præfata obseruantiam, & decisiones Cathalonie in consimili illa Neapolitana Consuetudine, de qua supra me-  
mori, conciludit Donat. Anton. de Mar-  
tin. d. resol. 345. n. 18, per hæc verba.  
Haec decisiones, quidquid sit de illarum iustitia, dicant Nostrates, quod in hac Ciuitate allegari non merentur; quia prolate fuerunt in terminis præfatae Constitutionis, quo sic intellecta fuit, istamque recipit interpretationem, mos autem nobilium platearum huius Ciuitatis auctenit illius verbis, quibus enix<sup>t</sup> constat de extincione vslusfructus patris in bonis maternis filij, contraria recipit obseruantia, etenim biccasus singulis anni diebus apud nos contingit, & per eos scula ab illa die, quo mox iste fuit introductus, semper plenaria restitutio ad beneficium dotan-  
tium, eorumque heredum, & successorum obseruata fuit, quomodo ergo in pre-  
sentiarum possit tuta conscientia ob-  
seruantia bac in controvferiam ponit, non enim defuerunt in hac Ciuitate, maxime in proximo superiori sculo præstantissimi, & insimul admirabiles causarum patroni, qui bac omnia in-

dubium reuocare poterant, & tamen neminem de hoc dubitate coperimus. haftenus ille.

Post hæc autem matura inter Do-  
minos disceptatione, & deliberatio-  
ne pendente adiumentus fuit origi-  
nalis processus super controvferia  
præfati primi Exemplaris inter di-  
cos Ioanem Escorial, & Gauipum  
Saxeum, apparuitque ex sui lectura  
ad relationem Magnifici quondam  
Regij Consiliarij Francisci Giagara-  
chio cum schedula oblata die 5. No-  
vembri anni 1603. oppositum fuisse  
patris, vslumfructum neuerquam debe-  
re, quando certa quantitas ei in pro-  
prietate conceditur, & adjudicatur,  
iuxta terminos præfatae Constitutionis  
de iuribus; ac proprie<sup>t</sup>ate de vslu-  
fructu iure patris potestatis qualiter  
collendo in specie peractum fuisse, &  
consequenter per sententiam suble-  
guatam sublatum, exclusumque ab  
eo patrem fuisse; veram quia simul in  
codem processu cum alia schedula  
oblata die 26. Augusti eiusdem anni  
exhibita fuit quædam Regia senten-  
tia per Dominum nostrum Regem,  
eiusque Sacrum Supremum Regium  
Aragonum Consilium lata super eo-  
dem facto in odium patris. Vslum  
fuit Dominis, agendum prius esse de  
viribus talis sententie, an legitimam  
probationem, & obligationem indu-  
ceret, & cotineret ad ita iuxta sui se-  
rietem, & tenorem, & non aliter in po-  
sterum pronunciandum, dubioque  
partibus proposito, antequam illi re-  
sponsum fuerit per me à patro Regno discessum causam ipsam indeci-  
sam dereliqui. Pro decisione tamen,  
præfata Domini nostri Regis sen-  
tentiam ad verbum hic attexere li-  
buit, tenoris sequentis.

Attero, & per duas sententias per nos latae  
22. Septembris anno 1573. & 2. Augusti  
1573. fuit declaratum, Leandrum Saf-  
fo Ciuitatis Calaris habitatorem con-  
demnandum fore, & esse, prout eum  
cudemnauimus ad restituendum Paulo

**Blancafort eius cognato, sive cognato bona, & hereditatem, quae fuerunt Gauini Sasso filii sui impuberis, & ab intestato defuncti, iuxta ordinationem, & pro obseruancia Constitutionis Carthaginensis edita per Serenissimum Regem Petrum III. in Curia Montissenis, incipientem los impuberos, quam in Civitate Calaris etiam inter militares iuxta Regia priuilegia dicta Civitati concessa obseruari debere declarauimus. Ita quod solum retenta legitima per dictum Sasso, fructibusq; illam respicientibus, ab eo quoque retentis, cetera bona omnia, que ad dictum impuberem ex persona Monice Blancafort eius matris peruererant cum fructibus a die mortis huius restituerentur, & traderentur dicto Blancafort predicti impuberis quunculo prætensione vñfructus bonorum dicti Gauini Sasso infra pubertatem defuncti per dictum Leandrum Sasso patrem dicti impuberis, proposita, & allegata ad alium iudicium reseruata, prout in dictis sententijs per nos latis diffusus continetur, ad quas nos referimus, & attento quod per dispositionem dictæ Constitutionis Carthaginensis incipientes los impuberos, puidetur expresse, quod bona impuberis ab intestato defuncti perueriant ad propinquos eius parentis, a quo processerunt, retenta sola legitima parentis superstite in bonis eiusdem impuberis illi pertinenti, per quam dictiōnem, sola superstite, pater ab vñfructu, quem alias ex iuris communis dispositione prætendere posset, exclusus censi debet, tūm etiam, quia in viam iuris pater, qui portionem habet in proprietate, quæ ad filium peruenire, non habet vñsum fructum reliqua proprietatis filio pertinetis, tūm etiam, quia ubi de voluntate testatoris, vel legis apparet expresse, vel per evidentes coniecturas, quod pater non habeat vñsum fructum bonorum per filium familias acquisitorum, excluditur pater ab vñfructu, qui alias cessante dicta dispositione expessa, vel coniecturali deberetur, & attento, quod per dictam**

Constitutionem per verbacula sola legi-  
tima, quæ in viam iuris sunt taxativa,  
& restrictiva, & eorum natura est  
expresa includere, & omnia alia ex-  
cludere, expressa censeri debet disposi-  
tio legis municipalis prohibebit. & sum-  
fructum patri, ex quo portionem pro-  
prietatis perpetuam sibi, & suis iure in  
compensationem vsusfructus legalis ei  
referuatis, quod ex aequalitate, quam  
lex ipsa municipalis obseruari vult  
inter patrem, & matrem in successio-  
ne impuberis filij communis ab intestato  
defuncti, maxime confirmatur, qua  
in eo consideranda est, ut pater non  
possit plus habere ex bonis filii, quād-  
mater, & utiq; maxima efficit aequa-  
litas, si patri diceretur seruatur vsus-  
fructus in bonis filij ultra legitimam,  
matris autem sola legitima pertineret,  
cui de iure non competit vsusfructus.  
Cuius iuris dispositionis non ignorans  
Rex Petrus, ut eius legislatores consul-  
to, dictam aequalitatem inter eos serua-  
ri voluerunt, alias autem non aequali-  
tas, nec aequitas inter eos posset considerari, nec iuris communis dispositio, qua  
vsusfructus semel patri quæsitus pro-  
pter filium, morte filij non extinguitur  
dicta Constitutionis, & legis munici-  
palis, sc̄, & prout superius dicitur, di-  
sponentis prouisioni contraria est cen-  
sēda, cum illa in casu, quo pater habeat  
portionem eiusdem proprietatis, in qua  
posset pretendere sumfructum, locum  
sibi non vindicet, predictis, alijsque  
meritis processus tam in facto, quam in  
iure consistentibus attentis, & alias  
pronunciamus, sententiamus, & decla-  
ramus, dicto Leandro Sasso circa peti-  
tionem vsusfructus bonorum, & heredi-  
tatis, quæ fuerunt Gauini Sasso filij  
sui impuberis ab intestato defuncti  
per dictum Leadrum Sasso propositam  
aduersus Paulum Blancafort dicti im-  
puberis auunculum silentium fore, &  
esse imponendum, prout cum presenti  
imponimus, & dictum Paulum Blan-  
cafort à dicta petitione fore, & esse ab-  
soluendum, prout cum presenti absol-

uimus, & consequenter bene fuisse, & esse per dictum Blancafort à sententia per nostrum Locumtenetem generalem Regni Sardiniae die 7. Octobris anni 1578. contra eum, & in favorem dicti Leandri Sasse le:z suplicatum, & minus bene per eundem Locumtenetem generalem sententiatum, & declaratum, non obstante exceptione desertio- nis, & alijs per dictum Sasse, seu pro eius parte in contrarium oppositis, de- ductis, & allegatis, & neutrampartem in expensis condemnamus, sed prohibi- stratis exequitionem fieri mandamus.  
 D. Bernardus Vicecancellarius. Vidi Sapena Regens, vidit Terça Regens, lata fuit huiusmodi sententia per nos, seu in nostri personam per Spectabilē, nobilem, & Magnificum, & dilectum Consiliariū, & Vicecancellariū nostrum D. Bernardum de Bolea, & de nostro, seu ipsius mandato lata, & pu- blicata per dilectum Scribam mandati nostrum Ioannem Mariam Serra, no- tarium publicum vice, & loco Magni- fici Consiliarij, & Secretarij nostri, &

buiusmodi cause Scriba Michaelis Gort in quadam Aula nostri Regis Pa- lae, quod in presenti Oppido Madriti solum in Parochia Sancti Aegidij, ubi dictum nostrum Sacrum Supremū Regium Consilium celebratur. Die vi- delicet 26. Mensis Septembris ad dictā sententiam audiendam, assignato anno à Nativitate Domini millesimo quin- gentesimo octuagesimo, Regnorum au- tem nostrorum, idelicet vñerioris Si- ciliae vigesimo septimo. Hispaniarum vero, & aliorum vigesimo quinto pre- senti, & ad dictam sententiam ferri, & publicari petente, & humilitè sup- plicante Politiano Ricardi, dicti Pauli Blancafort procuratore, altera verò parte absente, & presentibus testibus Marco Antonio Valles notario Valeriae, & Mattheia Aragnes Ciuitatis nostra Cesaraugusta, Fortunio de Bolea, & Damiano de Bolea nostris Regis Por- tarij, & alijs quamplurimis. D. Ber-nardus Vicecancellarius. Vidi Cam- pi Regens.

## F I N I S.

Ad laudem Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis.

NOTA-

# NOTABILIVM R E R V M

In hoc volumine firmatarum copiosissimus.  
Elenchus.

DE DE DE DE DE DE DE  
DE DE DE DE DE DE DE

A



Bsens causa Reipubli-  
ce, & extans in bo-  
stium potestate, in-  
morare regulari non  
est, & quare. decis.  
10. n. 10. f. 41.  
Acceptatio donatarij  
in quo casu deneg-  
tur post mortem donatoris. decis. 86.  
n. 4. f. 310.

Accidentia contractus possunt per can-  
trabentes remoueri, non autem sub-  
stantia. decis. 11. n. 15. f. 56.

Acquisitio lucri cum iactura alterius non  
conceditur. decis. 10. n. 35. f. 46.

Acquisitum non dicitur antequam sit ac-  
ceptatum, etiam si in contractu sit de-  
cretum ipso iure. decis. 51. n. 9. f. 195.

Actio ab intestato inservari non potest cum  
sit proposita actio ex testamento. decis.  
30. 1. f. 8.

Actio in eo, quod interest competit, quando  
res pro alia re pecunia datur, cuius  
traditio non efficiatur, siue contractus  
venditionis sit, siue innominatus. decis.  
4. n. 1. f. 12.

Actio ex empto accommodatur aduersus  
venditorem ad id omne, quod emptoris  
interest, si rem tradere nolit. ibid. n. 2.

Actio prescriptis verbis si in eam rem in-  
stituatur, in qua agitur de permutatione  
in specie, tunc quidquid emptoris in-  
terest est praestandum. ibid. n. 3. f. 13.

Actio prescriptis verbis non competit, ut  
quod datum est, restituatur. ibid. n. 8.

f. 14.

Actio ex permutacione est bona fidei, ex  
contractu do, ut des, est stricti juris.  
ibid. n. 14. f. 15.

Actio bone fidei quo casu concedatur ex  
permutatione, & quo casu stricti juris  
ex contractu innominata. ibid. n. 15.

Actio ex traditione unius datur ad id,  
quod interest in permutatione. ibid. n.  
16.

Actio efficax oritur pro consequitione eo-  
rum, que in sententia coniunguntur. de-  
cis. 45. n. 2. f. 275.

Actio ex empto non potest novari nisi re-  
stituatur pecunia cum re pro proprio da-  
ta. decis. 65. n. 11. f. 144.

Actio ex empto creditori accedit in  
datione insoluum, pignoris obligacione  
penitus exuncta. decis. 77. n. 6. f. 282.

Actio ex empto quod contrahatur, & pi-  
gioris obligatio infinitus subsistat, com-  
tradictionem non recipit. ibid. n. 12.  
f. 283.

Actiones locati conducti, & tutela qua bo-  
na fidei sunt conceduntur ad lucrum.  
decis. 53. n. 3. f. 216.

Actus deprehensionis tantum in adulterio  
est dubius, et carens omnis auctor, aliis  
est incertus. decis. 5. n. 14. f. 59.

Actus deueniens ad casum, a quo incipere  
non potest, si non subsequatur effectus,  
euanefecit. decis. 24. n. 3. f. 97.

Actus validus, qui aliquem effectum non  
potest producere, dicitur nullus. ibidem  
n. 3.

Actus

# E L E N C H V S .

*Actus primus, id est potentia alicuius, qua voluntas dirigitur, est in dispositionibus attendendus, atque omnino seruandus.* *decis. 100. n. 80. f. 359.*

*Actus viuentium quo in casu, & quare suspendantur; & quomodo suspensionem patientur morientium actus.* *decis. 51. n. 71. f. 205.*

*Actus si ab initio valere potest, lex statim obligati nem inducit.* *ibid. n. 73.*

*Actus suspenduntur, & obligatio non inducitur, nisi post mortem defuncti, in actibus ultime voluntatis, cum ante pro libito possint reuocari.* *ibid. n. 75. f. 206.*

*Actus voluntarii, aut verba non possunt operari ultra intentionem agentis.* *decis. 62. n. 9. f. 234.*

*Additio, nec animo potest fieri in bonis, que, incertum est, an deuoluantur.* *decis. 100. n. 77. f. 358.*

*Adiunctum si ad substantiam differentiam ponatur, impropriate denotat, secus si ad differentiam terminorum.* *decis. 14. n. 14. f. 65.*

*Adulti minores, si in eis misericordia ratio defit, non gaudent priuilegio fori.* *decis. 68. n. 6. f. 267.*

*Acquafacta feruari debet in contractibus ulro veroque obligatorij.* *decis. 98. n. 2. f. 333.*

*Agens ad rem ex causa indebita, si ex deductia, vel alter appareat, rem ex alia causa deberi, etiam non perita, debet obseruare actionem, & in Tribunalibus omnibus, in quibus sola facti veritas attendi debet.* *decis. 100. n. 26. f. 344.*

*Agnatus expressè nominatus, & predeletus si excludatur, & summe rem natale in propinquiori, vel in aequali gradu cum testatore præteritionem facta passa filia primi heredis sub conditione, si sine filijs, non contineatur.* *decis. 35. n. 23. f. 152.*

*Alienatio rerum in donacione respondarum in donatione facta filio contemplatione certi matrimonij, non valeat, se non solum filio suos, sed etiam & filios nasciturus.* *decis. 7. n. 16. f. 25.*

*Alienatio dotis pro alia dote, ex soluenda;*

*quamvis ex hypothesi in piam causam facta rigorose diceresur, non impedit tam repetitionem, cum favor pia causa non debet extendi, ut per eum recedatur à iure.* *decis. 22. n. 20. f. 92.*

*Alienatio per actus inter viuos lög differt ab alienatione per actus ultime voluntatis, & quomodo hoc procedat, attenditur.* *decis. 27. n. 23. f. 109.*

*Alienatio in feudo ex pacto à fortiori locū sibi vendicat per actus ultime voluntatis, quia in hoc ut alienatio valeat, requiritur aditio hereditatis, & per istam ius descendenti quæsum auferri non possit; unde cum agatur in feudo ex pacto, ipso iure dominium ex successione acquiritur.* *ibid. n. 24.*

*Alienatio cum adiuncta sit verbis, conditionis, donationis, permutationis, vel cessionis, sive generale illud verbū, alienatio restringitur ad particulares casus, & sic naturam recipit expressorum, & sic inter viuos, dum verba prædicta huiusmodi dispositionem arguit.* *ibid. n. 30. f. 110.*

*Alienatio per actus ultime voluntatis non repugnat substantiae feudi hereditarij, scilicet feudi proprij.* *ibid. n. 41. f. 113.*

*Alienatio alicuius rei, ubi de iure permittitur, permitteatur etiam pignoratio, & hypotheca.* *decis. 28. n. 2. 3. & 4. f. 116. & 117.*

*Alienatio per illa verba permissa, ita quod vos, & vestri habeatis, teneatis, & possideatis, dispositionem concineret, ex eo etiam quia ante clausulam constituta, & præcary fuisse apposita.* *ibid. n. 9. f. 118.*

*Alienatio tunc impropriat, quando in dispositiuis apponitur secus in exequitiis.* *ibid. n. 25. f. 120.*

*Alienatio prohibetur in feudo paterno, aucto, & antiquo, non tam favore domini, quam agnatorum.* *ibid. n. 34. f. 121.*

*Alienatio feudi concepsi iure antiqui, & paterni, successoribus non prejudicat, cum illius concessionis ea si natura, ut feendum in personis successorum sit alienabile.* *ibid. n. 35.*

*Alienatio rei dotis facta ab uxore ma-*

*rito*

# E L E N C H V S.

*trio absente, iuramento non confirmatur.* decis. 47. n. 1. f. 178.

*Alienatio per mulierem de iure canonico concurrente iuramento, cessante viri confirmatione non vales.* ibid. n. 5. f. 179.

*Alienatio res contra testatoris prohibitionem laudem non parit, cum actus redditatur nullus, & dominum translatio impediatur.* decis. 51. n. 3. f. 193.

*Alimenta sunt praestanda uxori ad Thori separationem agenti, quamuis separationis iustas non probauerit causas, dummodo contra eam iniusta non appareant; & eo fortius dispositio hac habet locum, quando uxor marito docens dedit.* decis. 6. n. 1. & 2. f. 20. & 21.

*Alimenta uxori fugitiue postposita cognitione iusta, vel iniuste causa debentur.* ibid. n. 7. f. 22.

*Alimenta peti debent coram illis Iudicibus, quorum interest cause principalis cognitio.* decis. 9. n. 2. f. 33.

*Alimenta non solum possunt peti ante lite contestatam, verum etiam & posse, & in quaunque parte iudicij.* ibid. n. 4.

*Alimenta ideo coram laico petuntur pendente lite coram Ecclesiastico super separatione matrimonij, quia principaliiter, non incidenter petuntur.* ibid. n. 7. f. 36.

*Ampliatio officij per verbum, continuare prouisa, quid inducat.* decis. 66. n. 27. & 28. f. 252.

*Animus est causa sufficienter efficiens acquisitionis domiciliij.* decis. 13. n. 7. f. 61.

*Antapoche, quibus filij pollicentur penes bonorum a patre donatorum contemplatione certi matrimonij, vel ipsa bona non petere; si aliunde habeant, ut comode matrimonij onera substinent, valide sunt.* decis. 7. n. 1. f. 23.

*Antephatum non debetur uxori, quando ipsa marito promissam docem non eradicavit.* decis. 8. n. 1. f. 29.

*Appellatio cautionis idonea depositi requisitis non repugnat, sed potius illa comprehendit.* decis. 18. n. 2. f. 79.

*Approbans citationem, simul approbas personam procuratoris.* decis. 13. n. 8. f. 68.

*Approbans contractum, conjectur approba-*

*re personam, que illum gessit.* ibid. n. 9. Approbatio, ac alicuius actus confirmatio arguitur, cum de illius derogatione non appareat.

*decis. 100. n. 67. f. 355.* Argumentum cessante ratione in iure est validum.

*decis. 17. n. 2. f. 73.* Argumentum bene procedit de damno ad lucrum.

*decis. 98. n. 19. f. 335.* Argumentum validum est a testatore ad legem, & statutum.

*decis. 100. n. 46. f. 349.* Argumentum validissimum est a dispositione hominis ad dispositionem legis.

*ibid. n. 70. f. 356.* Asserta per eos, quod ad legitimam consuetudinem probationem, scilicet, personarum, & causarum expressio, sic ne cessaria, locum sibi vendicant, quando statutum, vel constitutio adest iuris correctior, & verba ad sunt clara, quorum obseruancia uti dispositiva, & iuris correctoria existimatur.

*decis. 100. n. 5. f. 341.*

## B.

**B**eneficium, ne egeat, tunc est persona le, ita ut donatori tantum concessum, & ad eius creditores non transire censesur, quando credentes opponunt dedicto beneficio ad commodum eorum proprium, secundus si donatori inde resultet, quia tunc de beneficio excipiunt, prout vices gerentes defensoris illius.

*decis. 19. n. 6. f. 82.* Beneficium, quod datur donatori, recte opponitur a suis creditoribus, secundus autem, si donatoris commodum non concernit.

*ibid. n. 8.* Beneficium deductio, ne egeat donator, si creditoribus ex causa onerosa iuvat & quando in commodum donatoris convertitur, ad eius favorem principaliter concessum fuit, quamvis deinde creditorum commodum oriasur.

*ibid. n. 100. f. 83.* Beneficium illud deductio, ne egeat, personale est, nec prodest creditoribus pro exclusione.

*decis. 29. n. 5. f. 389.* Beneficium non confertur in iuuentum.

*decis.*

# E L E N C H V S .

decis. 51. num. 8. f. 195.

*Bona contenta in renunciatione queruntur ei, ad cuius commodum interfuit renuncatio.* decis. 2. n. 8. f. 7.

*Bona si sufficiat tam pro donatione, quād pro solutione eris alieni, & donatoris alimentis, ita ut ea eis possit dicto beneficio iuuari, procedit decisio 19. secūs autem sita magnum esset as alienum, ut si prælatio concederetur, caderet in commodum creditorum fauore cessatione donatoris; & tunc non est habenda ista ratio.* decis. 19. n. 11. f. 83.

*Bona dotalia soluta per mulierem citra mariti consensum matrimonio constare pro dote à se promissa nepi post huiusbitum à mariso, qui talia bona ex successione detines, repetuntur.* decis. 23. n. 1. f. 90.

